2 Tamen Privilegia in Miserabilium personarum favorem elargita esse personalia enuncia- vit *Rota in una Mediolanen transportationis Actorum coram R. P. D. Bravo, & voluerunt Caruit. in Rit. M. C. V. 228. numero 15. & Marchesan. in tract. de Commission. tit. de Avocat. Causarum part. 2. §. 2. numero 28.* Quorum sententiam existimavi veram in *præxi elect. & variat. fori quæst. 11. sect. 1.* in moderna Editione, ubi cum latiori calamo hanc sim tutatus opinionem variis quidem fundamentis, ne repilogare, illa videar, ibi benevolunt relego Lectorem.

## Prælium V.

## ARGUMENTUM.

Privilegia Misera. Personis concessa an extendantur de persona ad personam.

## SUMMARIUM.

- 1 Privilegium alicui personæ concessum non extenditur ad alios.
- 2 Extensio cessat in Privilegiis de persona ad personam, etiam ex tacita mente disponentis, etiam si versetur in materia favorabili, num. 3.
- 4 Privilegia privata, & non omnibus favent.
- 5 Privilegium certæ personæ concessum ipsum sequitur, nec ad hæredes extenditur.
- 6 Privilegium individuis communicatur aliis

**E**X fundata opinione in antecedenti prælium Privilegia Misera. Personarum esse personalia, necessarîo oritur determinandum illa non posse extendi de persona ad personam.

1 Sumit robur hæc conclusio, ex *Text. in capit. sanè de Privileg.* ubi probatur privilegium alicui personæ concessum, ob eandem rationem ad alias extendi non posse.

Cujus sanè ratio datur, quia in privilegiis 2 extensio cessat de persona ad personam, etiam ex tacita, & verisimili disponentis mente *Ca. bed. decis. Rot. Lusitan. 140. numero 2. part. 3. 1.* etiam ubi non versatur in materia pœnali, & correctoria *Sese decision. Rot. Aragon. 43. numero 54. tom. 1.* & sic in materia favorabili.

4 Consonant jura illa, quibus sancitur privilegia privatas esse leges singulis, & non omnibus faventes, ideoque cæteris exemplo esse, non posse, nisi his tantum, quibus conceduntur, c. non exemplo 26. *quest. 2. c. hinc est vers. quod Privilegium 16. quest. 1.*

5 Hinc insurgit regula communi calculo recepta, quod privilegium certæ personæ concessum ipsam sequitur, & ad alias etiam ipsius hæredes minimè extenditur, l. in omnibus *causis, & l. privilegia, ff. de regul. jur. l. 1. §. permittitur, ff. de Aqua quodid. & æstiv. l. 3. ff. de censibus, l. quia tale, ubi fuscè Barbof. f. solut. matrim. l. Sordidorum, C. de excusat. numer. lib. 10. c. privilegium de reg. jur. in 6. Gayll. observat. 144. lib. 2. Flores Diez de Mena var. *quest. lib. 2. quest. 21. numero 203. Salas de legibus disput. 17. sect. 6. & 8. Tusc. conclus. 746. lit. P. Suarez de legibus lib. 8. cap. 10. & 11.**

6 Cæterum licet hujusmodi affirmata opinio sit vera, recipit tamen interpretationem, ne procedat in individuis, ut prosequuntur *Molfes. in summ. Theologiae moral. tract. 9. de legib. cap. 12. numero 50. tom. 1. Maria de jurisd. part. 4. cas. 12. & cas. 116. Gonzalez in reg. 8. Cancellaria de altern. gloss. 24. numero 52. cum seq. Trentacinque var. resolut. lib. 2. resolut. 15. de judic. ubi fuscè, & nos plenè tutari sumus in praxi *elect. fori quest. 1. sect. 3. in nova edit. à numero 17. usque ad 24.**

*Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.*

## Prælium VI.

## ARGUMENTUM.

Privilegia concessa Misera. Personis, an sint censenda odiosa.

## SUMMARIUM.

- 1 Privilegia omnia essentialiter illud habent, ut aliquid contra jus commune constituant.
- 2 Privilegia Misera. Personarum sunt odiosa.
- 3 Privilegia Misera. Personarum extensionem non recipiunt.
- 4 Privilegia Misera. Personarum juxta ipsorum seriem sunt observanda, nec alteranda.
- 5 Privilegia in præjudicium tertii non sunt extendenda, & quando secus videndum, numero 6. & 7.

**Q**uia Privilegia omnia essentialiter illud habent, ut aliquid contra jus commune constituent, ut plenius exaravimus in *Prælium 1.* ac subinde, quatenus à jure communi exorbitant odiosa censentur ex dictis à *Tiraq. de utroque retr. in proem. numero 62. Rot. divers. decis. 432. p. 1. Mende recup. possess. remed. 4. num. 38.*

Ideo tutò affirmari potest privilegia ad favorem Misera. Personarum esse pro odiosis reputanda ut respectu privilegii exemptionis tutatur *Erasm. à Kochier. in tractat. de jurisdiction. in exempt. part. 1. quest. 4. tom. 1.* Sicque in individuo privilegii electionis fori concessi personis hujusmodi Misera. Personis largâ manu probavimus in *prax. elect. & variat. fori quest. 8. sect. 1.* in ultima editione, ubi cum per plura sint adducta Fundamenta pro hujus veritatis ostentatione, ibi erit videndum nec non adeas, quæ cumulavimus in *tractat. de Datione insoluum quest. 7. sect. 1.* in modernissima impressione.

Quare talia privilegia extensionem non recipere supra dicti cogunt, ut dicam, ex regula satis vulgari, ut restringenda veniant, quæ odiosa sunt *cap. odia de regul. jur. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. cap. renovantes 22. distint.* Et proindè juxta ipsorum seriem continentiam, & tenorem sunt observanda ad unguem, nec alteranda cum præjudicio tertii.

Sed non reticeam dicere, tunc odiosa censeri talia privilegia, quando contra jus commune, & tertii præjudicium tenderent, imò in casu veniunt restringenda, juxta *text. in l. nec Avus, C. de emancipat. liber. Jacob. de Belvis. in §. reliquum, Auth. de hæred. ab intest. venient, Molfes. in Comment. ad Consuet. Neap. part. 4. tit. de success. ab intestat. quest. 33. numero 4. tom. 1.* ubi id agnoscit verum in Privilegio hominis, non autem in privilegio juris nam hoc privilegium habetur pro lege, & ad instar legis debet interpretari, & ampliari, quoad omnes illos casus, & perso.

personas, quas lex prædicta comprehenderet, ex *Glof. in Aub. si quia in Provincia in verbo illis, C. ubi de crimin. agi oport. Felin. in capit. 1. num. 12. de rescript. Gabr. conf. 1. n. 12. ubi latè.*

Quod si privilegium solum respiceret damnum concedentis, tunc erit habendum pro favorabili, & consequenter venit ampliandum ita post cæteros, quos secum vehunt, *Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 4. Peregrin. in Compend. privileg. Cleric. regular. tit. privilegia p. 16. Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 9. de legibus c. 12. n. 32. tom. 1.*

Cumque ipse pariter hanc distinctionem existimem veram, cum illa concuro, unde juxta illius tramites in resolutione propositi Articuli redigere poteris.

Sed qualiter privilegia sint explicanda, ex Noethericis fusa quidem manu aperit *Bonacin. in tract. de legib. disp. 1. q. 3. punt. 7. §. 1. ubi erit videndum.*

### Preludium VII.

## ARGUMENTUM.

Privilegia elargita ad favorem Miserabilium Personarum, an possint exerceri adversus alias ejusdem conditionis.

### SUMMARIUM.

- 1 Covar plures distinguit casus pro enucleatione Articuli, si privilegiatus contra pariter privilegiatum utatur privilegio.
- 2 Privilegiatus contra privilegiatum in Regno non utitur privilegio, sed servatur inter illos jus commune, & n. 2.
- Sed declara, ut num. 6.
- 3 Dispositio eadem inter pares subintrat.
- 4 Debitor non potest, uti datione in solutum contra creditorem pauperem.
- 5 Dos, & Fiscus equiparantur in privilegiis.
- 6 Privilegia conquisantur inter Fiscum, & dotem.

**Q**UAMVIS appositissimè quidem Covarr. in præct. quæst. capit. 7. à numero 4. cum seq. nixus sit plures distinguere casus pro resolutione Articuli, & explicatione quæstionis, si privilegiatus contra pariter privilegiatum possit uti privilegio, ut latius apud eum facile cerni poterit.

Tamen in Regno indistinctè viget praxis, ut non habita ratione ad sexum, nec ad ætatem, vel ad similia Miserabiles personas non admitti ad exercenda propria privilegia contra alias personas Miserabiles, sed uao eodemque tempore privilegia confunduntur, & juris communis series servatur, ut in materia privilegii eligendi forum stat sancitum, per *Rit. M. C. V. 228. & 231. & probant Andr. & Afflic. in Constit. Regni statuimus, & ibi pariter Reg. Tappia n. 26. Foller. in præct. crimin. Rubric. Audiantur excusatores à num. 102. Præses de Franck. decif. 188. & 553. Cald. in tractat. de modo*

*articuland. & probandi §. 1. gl. 1. numero 80. Ur. fil. in Schol. ad Afflic. decif. 56. Illustrissimus Episcop. Riccius in collect. decif. 348. Trentacinq; var. resol. tit. de citat. resol. 2. numer. 18. latè alios modernos reportans Carleval in tract. de Judiciis, & foro competenti lib. 1. titul. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. numero 633. & nos fufissimè per plures adducendos autoritates, rationes, & fundamenta similibus in præct. de elect. & variat. fori quæst. 61. sect. 4. in ultima editione, ubi videas, nam non pigebit, quia multa bonæ farinæ reperi est, & optimum certè conficiet panem.*

Sumit robor hujusmodi conclusio ab illa regula, quia privilegiatus adversus privilegiatum non utitur suo privilegio; *lib. sed & Milites, ff. de excusat. Tutor. DD. communi consensu, in Aub. quas actiones, C. de sacros. Eccles. Kochier in tract. de jurisdic. in exempt. quæst. 44. part. 1. tom. 1. Parlador. lib. 1. rerum quotid. capit. 17. numero 28. Card. Tusc. præct. conclus. li. P. conclus. 760. Sed conquisantur ad invicem privilegia Roman. conf. 385. Oter. Roman. lucubrat. disput. 2. & uti inter pares eadem intrat juris dispositio, capit. inter corporalia, & c. sicut 3 ergo de translat. Episcoporum.*

Et pro corroboratione conducunt, quæ utiliter congestimus in moderno tractatu de Datione insolutum quæst. 20. sect. 3. dum ibi improbabimus debitorem vigore *Aubent. hoc nisi de solut. nou posse uti datione in solutum contra Creditorem pauperem, ut ibi largè videri poterit.*

Hinc descendit, quod cum dos, & Fiscus dicantur æquale privilegium habere *Glof. & omnes in capit. ex literis de pignor. Sayr. in clavi Regia lib. 10. tract. 5. capit. 10. numero 14. Molfes. conf. 13. numero 8. eorum privilegia inter ipsos conquisantur, lib. 2. & de Privil. Fife. lib. Dotis, C. de jur. dot. Gizzarell. decif. 1. numero 22.*

Sed non reticeam dicere, quod *Marchesan. 6 in tract. de Commissionib. part. 2. de commiss. Avocat. caus. §. 2. numero 79. ex Foller. in præct. Crim. d. verbo audiantur excusatores, numero 105. veram non agnoscit firmatam opinionem, ubi alter ex Miserabilibus Personis proprio Jure, alter autem ex jure cesso ageret, nam putat ipse jure proprio agentem privilegio suo adversus alium jure cesso privilegiatum uti posse, refert novissimè Alvarez de Velasco in tract. de privileg. pauper. quæst. 52. numero 60. part. 1.*

### Preludium VIII.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ, quænam dicantur, & sub tali nomine, quænam veniant.

### SUMMARIUM.

- 1 Pupilli, Vidua, morbo diuturno fatigati, & debiles in jure persona Miserabiles sunt nominati.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 201

- 2 Miserabilis, ut quis censeatur, sufficit passum fuisse fortuna injuriam.
- 3 Miserabilis dicitur, quasi miseria habilis.
- 4 Regula certa, qui nam sint Miserabiles dari non potest.  
*Judicis arbitro est remissum, quinam dicantur Miserabiles, ibidem.*
- 5 Dispositio eadem subintrat, ubi militat eadem ratio.
- 6 Orphanus, Pauper, Inops, Captivus, Carceratus, Peregrinus, advena Meretrix, expositus, liberus, publicus, pœnitens, senex, virgo, Agricola, Avar, & alii hoc in Miserabilium numero reponuntur.
- 7 Miserabiles persona vocantur, etiam quæ propria culpa ad miserabilitatem inciderunt.
- 8 Paupertas inquam propria culpa, quis incidit excusatur, & prodest.
- 9 Miserabilitas respectu divitum, an detur.
- 10 Miserabiles persona divites, quibus non utantur Privilegiis.
- 11 Qualitas dispositionis, ubi deficit, ipsa dispositio deficit.

**H**ercle, si juris rigorem attendere velimus certè in illo miserabiles Personæ, propriè sunt nominati Pupilli, Viduæ morbo diuturno fatigati, ac debiles, ut cernitur in *l. unic. C. qaan. do Imper. inter Pupill. & Vid*

At non per hoc aliæ tales appellari nequeunt, cum sufficiat esse passas infelicitates ob fortunæ injuriam, & misericordiam nostram movere, ut in Miserabilium numero reponantur miserabilis enim personæ appellatione venit omnis, cujus natura movet nos ad miserandum propter fortunæ injuriam *Scacc. in tract. de appellat. quest. 7. numero 138. novissimè Barbof. in tractat. de appellativa veris utriusque jur. signific. appell. 152. ubi quod dicitur miserabilis, quasi miseria habilis, Isidor. lib. 10. Ethimologiarum Rebuff. ad constit. Franch. tractat. de provif. artic. 3. glos. final. numero 15. & patet ex cap. ex parte, ibi ipsius miseriæ miserandum de Cleric. agroriant.*

Ita quod cum certa regula dari nequeat communi calculo apud priscos, Neotheriscosque est receptum in arbitrio Judicis repositum esse, quæ nam miserabiles personæ nuncupari debeant, ut apud *Cyn. Bart. Alber. Bald. Angel. in cit. lib. unic. Fælin. in capit. significantibus numero 6. de offic. de leg. Soccin. in capit. ex tenore de foro compet. numero 4. Calvin. in lexico jur. in verbo Miserabilium Personarum Mascard. de probat. conclus. 1065. Valasc. decis. 65. numero 35. Cabed decis. Lusitan. 54. numero 61. pag. 1. Menoch. de arbitr. judic. cas. 66. Azeved. in lib. 9. numero 12. tit. 3. lib. 4. novæ recopilat. Perez. in lib. 1. tit. 1. lib. 3. Ordinam. Castill. controvers. jur. capit. 25. numero 18. Bernard. Greve ad pract. Camer. Imperial. conclus. 1. consid. 1. numero 2. lib. 1. Maria de jurisdic. part. 2. capit. 21. numero 5. Trentacinq. var. resol. lib. 2. titul. de citation. resolut. 2. numero 25. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. quest. 6. numero 139. Bobadilla in Politic. lib. 3. cap. 14. numero 7.*

Ita quod si aliqui reperiantur, in quibus major, vel æqualis vigeat ratio, eadem subintrat dispositio, *arg. lib. bis solis, C. de revoc. donat. nam ubi eadem est ratio, idem jus statuendum est, l. illud, ff. ad l. Aquil. cum fufius adductis per Salyc. in l. 2. C. de Noxal.*

Inter illas autem passim à DD. reponuntur <sup>6</sup> Orphanus, Pauper, & Inops, Captivus, Carceratus, Peregrinus & Advena Meretrix, Expositus, Libertus, Pupillus, Pœnitens, nupèr ad Fidem conversus, Senex Virgo, Scholaris, Agricola, Prodigus, Avarus, Mercator, qui in itinere pro Gabellis gravatur Ecclesia, & Ecclesiasticus amore captus Damnatus ad Triremes Nauta Relegatus, Deportatus, Demoniacus, Decoctus, Ebriosus, Furiosus, Fatuus, Lunaticus, Universitas, & Collegium, de quibus omnibus pleniori calamo habens scriptum in *praxi elect. & variat. fori sect. 2. per totam* in moderna impressione, & recenter de pluribus ex nominatis ediderit *Carleval. in tract. de judiciis, & foro competent. dispus. 2. quest. 6. sect. 7. à numero 531. usque ad numero 575. ubi quam sæpius nos allegat, & sequitur, firmans numero 616. Miserabiles personas vocari ne dum illas, 7* quæ involuntariè injuria fortunæ factæ sint tales, sed e iam, quæ culpa sua in miseriam inciderunt, ex *Covarr. practic. quest. capit. 6. numero 2. quod & nos fufius tutati sumus in eadem praxi elect. & variat. fori quest. 66. sect. 4. quem locum in alia tamen editione ipse commemorat, & sequitur, ut pariter modernè dictum meum locum citat, & prosequitur Alvarez. de Velasc. in tract. de privilegiis pauperum quest. 54. part. 1. ubi variis quidem fundamentis respondendo contrariis fundat paupertatem in quam quis culpa sua incidit excusare, pauperique prodesse, ut respectu debitorum volentium, uti beneficio dandi bonâ insolutum vigore, *Authent. hoc nisi de solut* nos quoque probavimus in *Tract. de datione insoluum quest. 26. sect. 3. in modernissima impressione Neapolitana.**

Nec sub silentio pertranseam miserabiles personas supra nominatas vocari posse, etiam si fuerint divites, ut maximo cumulo DD. hanc veram agnovimus opinionem, illamque corroboravimus in *d. praxi electionis fori q. 30. sect. 4. quibus nunc jungo, Roland. conf. 76. n. 44. lib. 1. Barbof. in lib. 1. nu. 50. & 51. ff. solut. matrim. part. 1. Bernard. Grev. ad pract. Cameræ Imperial. lib. 1. conclus. 1. consider. 1. n. 4. Gratian. discept. forens. cap. 182. n. 3. Valasc. decis. 65. nu. 28. Card. Tusc. pract. conclus. lit. M. concl. 273. nu. 12. August. Barbof. in d. tract. de appellat. verborum utriusque jur. significat. cit. appellat. 153. n. 6. Lopez. in l. 5. tit. 3. part. 3. glos. 2. propè finem, Perez. in lib. 1. tit. 1. 3. ordinam. in verbo pobres Castill. l. 3. quotid. controuv. 25. & 26. Scaccia de appell. qu. 7. n. 117. Pascal. de patria potest. part. 2. cap. 2. n. 96. Capiblan. in Pragmat. 8. part. 1. n. 309. & seq. de Baronibus tom. 1. Carleval. in tract. de judiciis, & foro competent. cit. disp. 2. qu. 6. sect. 7. nu. 541. ubi nos quoque allegat, & hanc tutatur sententiam variis mediis dicens *num. 549. non esse ab illa recedendum uti veriori, & magis communi, 10* subdens tamen miserabiles personas divites, nam debere gaudere illis privilegiis miserabilium, quibus locum facit paupertas, & inopia, videlicet eo privilegio, quod indulget miserabilibus personis in Regno nostro Neapolitano *Constitutio lege præfenti, & Rit. M. C. V. 19. nempe Advocatus pauperum pro defensione Causerum ad eas spectantium, nihil recipiat, sed gratis advocacionem exerceat, ut apud Præsid. de Franch. dec. 100. n. 20. sicque de singulis poterit quoque dici, nam cum paupertatis qualitas sit, & videatur concessionis causa, illà non existente privilegium pariter cessare debet, quasi quod qualitas dispositionis, ubi deficit, & ipsa deficit dispositio, Glos. in l. mancipia**

in vers. avocandum, ff. de serv. fugitiv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 14. numero 8. Menoch. de pres. lib. 6. pres. 15. numero 47. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 82. numero 1. Gallin. de verbor. significat. capit. 9. numero 9. lib. 4.

est pauper Orphano tu eris adjutor. & numero 17. desiderium pauperum exaudivit Dominus præparationem cordis eorum audivit auribus tua.

*Psal.* 67. num. 6. Patris orphanorum, & Judicis viduarum.

*Psal.* 145. numero 9. Dominus custodit advenas, pupillum, & viduam suscipiet.

*Zachar.* 7. numero decimo, viduam, pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari.

*Proverb.* 5. numero 25. firmos faciet terminos viduæ.

*Ecclesiastic.* 35. numero decimo-septimo, non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus, nonne lacrimæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas, à maxilla enim ascendunt usque ad Cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

Tali modo ut eisdem sacris Literis commertum ut imminere Divinum supplicium, hoc tam commendatum præceptum despicientibus imputareque Deum Maximum acerbè, & graviter ejus violationem non servantibus. Amici *Job.* putabant hac de causa incurrisse Divinam iram, & punitionem, *Job.* 22. numero sexto, ibi Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus, aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem, & numero 9. viduas dimisisti viciuas & laceratos pupillorum comminuisti, & capit. 24. numero tertio, asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bovem viduæ subverterunt pauperum viam.

*Ezech.* 22. numero 7. advenam calumniati sunt in medio tui pupillum, & viduam contristaverunt apud te.

*Jerem.* 5. num. 28. causam viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt.

*Isaia* 1. numero 23. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos, & capit. decimo numero primo, Vè qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.

Et *Psal.* 93. num. 6. viduam, & advenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.

Contra autem ipsemet *Job.* se immunem à tali culpa, & poena indignum ostendit, imò tanquam retributione dignum Deo commendat, dum inquit capit. 29. numero 11. Auris audiens beatificabat me, & oculos videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, & numero decimo quinto. Oculus fui cæco, & pes claudò, Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè investigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferabam prædam, cap. 31. num. 16. Si negavi, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci, si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, & n. 19. Si despexi pereuntem, eo quòd non habuerit indu-

### Prælium IX.

## ARGUMENTUM.

Miserabilium Personarum Cætus, qualiter ex dispositione sacrarum Litterarum tuendus veniat, earumque protectio ad Principes spectat.

### SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles personæ sunt commendate in Sacra scriptura, ut numero 3. ubi multa loca recensentur satis latè.
- 2 Deus viduæ recipere sub sua protectione miserabiles personas.
- 4 Divinum supplicium imminet non curantibus de miserabilium personarum tutamine.
- 5 Protectio miserabilium personarum spectat ad Principes.

**P**Assim in sacris Literis reperitur sancitum, ut Miserabilium personarum cætus veniat tuendus, illarumque genus maximopere, & quam severe commendatum reperitur, & Deus Optimus Maximus ipse videtur sub sua protectione recipere, & speciali, & peculiari favore prosequi, ac presto esse, & suis Vice gerentibus earum curam nominatim demandasse.

- 3 Patet enim *Isaia* 1. numero 17. ibi (discite benefacere, quærite judicium subvenire oppresso, judicate pupillo, defendite viduam) & 66. numero 12. ad quem autem respiciam nisi ad paupereulum, & contritum spiritu.

*Deuteron* 10. numero 18. facit judicium pupillo, & viduæ amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum.

Et cap. 27. num. 19. maledictus, qui pervertit judicium advenæ pupilli, & viduæ.)

Et cap. 24. num. 17. (non pervertes judicium advenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.)

*Exodi* 22. numero 22. (viduæ, & pupillorum nocebitis, si lacefferitis eos vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.

*Jeremie* 7. num. 6. (advenæ, pupillo & viduæ non feceritis calumniam.

Et capit. 22. numero 3. (facite judicium, & justitiam, & libertate vi oppressum de manu calumniatoris, & advenam, & pupillum & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè.

Et *Psal.* 9. numero 9. oculi ejus in pauperem respiciunt.) & numero 14. tibi derelictus



## de Privileg. Miserab. personarum. 203

indumentum, & absque operimento pauperem ovium mearum calefactus est, Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta Superiorem,

Inde rationabiliter ad Principum officium spectare similibus personarum protectionem elicatur, ex cap. ab Imperatoribus 23. quæst. 3. cap. Regum, &c. Administratores 23. quæst. 5. ubi Glos. Gemin. & Archidiacon. probant cap. 1. & 2. 87. distinct. & modernissime multò post hæc scripta in lucem editus, Carleval. in tract. de iudiciis, & foro competenti sect. 7. n. 528. ubi sacræ scripturæ loca adhuc reportat.

Preludium X.

### A R G U M E N T U M.

Miserabilibus personis cum alterius iniustitia, num impartiri possint favores.

#### S U M M A R I U M.

1. Favores non sunt impartendi miserabilibus personis cum aliorum iniustitia.
2. Jura privilegiatorum sunt fovenda, sed non aliorum perturbari.
3. FAVOR Ecclesiæ cum alterius præjudicio impartiri non debet.
4. Iniquum, quod est non est faciendum.
5. Declinandum non est in iudicium pauperis.
6. Justum, quod est, iudicari debet.
7. Parvus uti magnus est audiendus.
8. Iudices non debent esse Acceptores personarum.
9. Jura sanctorum legum non sunt violanda.
10. Verba I. C. in l. respiciendum, ff. de penis recitantur.

**1** Quamvis favores sint impartendi miserabilibus personis, non tamen taliter larga debet concedi manus ut ex ipsorum favorum cumulo aliorum exoritur iniustitia, ita quod non debemus ita favere huiusmodi personis, ita ut aliis præjudicium, afferamus & iniustitiam faciamus, cap. ex tenore de foro competenti, cap. nuper, & quod autem de donat. inter vir. & uxor. probarunt Alber. in l. unic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. Rebuff. in Const. Franc. tit. de provision. fieri solit. glos. fin. vers. ex quibus prærogativis, Foller. in cap. Regni, quoad decreta numero 19. Nevizant. in sitog. nuptial. lib. 6. numero 28. Caballin. millo. loq. 598.

**2** Privilegiatorum enim defendi debent jura, sed non aliorum jura perturbari, cap. volentes de privileg. in 6. cap. denique 14. quæst. Barbat. conf. 36. & diximus forens. quæst. 300. in fin. part. 1.

**3** Hinc Masrill. dec. 280. numero. 21 ex Barbat. conf. 13. & Khircon. comm. op. l. 1. tit. 1. de sacros. Eccles. numero 12. firmat non esse favorem impartendum Ecclesiæ cum alterius præjudicio.

**4** Hinc Levit. 19. numero 15. legitur, non facies, quod iniquum est, nec iniuste iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores vultuum potentis,

Et Exodi 23. n. 3. stat sancitum, pauperis quoque non misereberis in iudicio, & num. 6. non declinabis in iudicium pauperis.

Et Deuteronom. 1. n. 16. & 17. sunt ista verba videlicet. (Audite illos, & quod justum est iudicare, sive civis sit ille, sive peregrinus Nulla erit distantia personarum, ita parvum audieris, ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.)

Ita quod acceptatores personarum Iudices esse non debent, neque partiales, Mich. Ulcur. de Regimin. Mand. par. 1. q. 2. num. 16. Torres lib. 6. philosoph. moral. lib. 8. cap. 7.

Inde noviter Carleval. in tract. de iudic. & foro competenti lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. sub. num. 584. facta mentione de locis sacræ paginæ advertit, ut discant, iudicare qui clementiam, & potestatem, quam non habent ostentantes misericordiæ prætextu violant sanctorum jura legum, & reportat verba Juris Consulti, in l. respiciendum, ff. de penis, quæ sunt tenoris sequentis. Nec enim, aut severitatis, aut clementiæ gloria assequenda est. sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat statuendum est.

Conducunt pro corroboratione adducta per Semanc. de Republica lib. 6. cap. 12. & per Jo. de Torres lib. 7. philosoph. moral. cap. 5.

Finis Primæ Sectionis, & Præcludiorum.

## JO. MARIÆ NOVARI

J. C. LUCANI.

De Privilegiis Miserabilium Personarum.

### SECTIO ALTERA.

Continens singulatos Casus, in quibus Miserabiles Personæ Privilegiatæ reperiuntur.

#### PRIVILEGIUM I.

### A R G U M E N T U M.

Causæ privilegiatorum, & miserabilium personarum debent prius tractari, & expediri quam aliarum.

Ad ornatum Pragmatic. Regni de officio Sacri Regii Consilii, & Pragm. 15. de ordin. Judic.

#### S U M M A R I U M.

1. Causa primò conclusa sunt prius expedienda.
2. Prior, qui est tempore potior est jure. Etiam si prioritas sit in hora, & in puncto num. 3. Idque procedit. tam in agendo, quam excipiendo, num. 4.
3. Vicenna in Molendinis debetur primo venienti, occupanti locum.

6 CUM.

- 6 *Causæ miserabilium personarum, & si non primò conclusæ debent prius tractari.*  
 7 *Officialis expediens prius causas miserabilium personarum, aliorum causas derelinquendo non tenetur in Syndicatu*  
 8 *Lege permittente quod fit, penam non meretur.*  
 9 *Causa primò conclusa non expeditur, si sit præjudicialis majori causæ, postea conclusæ.*

**R**egula est clara, & omnibus recepta, juri quæque & æquitati consona, quod causæ primò conclusæ debeant prius expediti, ut probat *text. in l. penult. C. si pendem. appellat.* & cavetur de Jure Regni in *pragm. 10. incipit Fisciæ sub rubur. de offic. Sac. Reg. Conf.* & ita fuit confirmatum per Carolum Cæsarem in anno 1440. ut in *pragm. 15. de ordin. Judic. incip. similiter mandamus*, ut in anno 84. per Ducem Ossunæ; ut in *capit. & privileg. Neap. fol. 174.* & iterum in anno 96. in confirmatum cum adjectione certæ formæ per Comitum Olivares, ut pater novimè in *prag. 72. cit. tit. de inoffic. Sac. Reg. Conf.*

- Sumit robur illa ex altera conclusione, ut  
 2 *prior qui est tempore, potior sit in jure, i. qui balneum. & l. si potior, ff. qui potior. in pign. hab. l. si fundum, C. eod. cap. prior. de reg. jur. in 6. exornant Duen. regul. 198. Mascard. de probat. conclus. 1128. Illustrius. Episcop. Ricc. collect. decis. 473. Card. Tusc. conclus. 475. lit. P.*  
 3 *amplians etiam si prioritas sit in hora, vel in puncto, ex Decian. conf. 109. numero 22. lib. 2.*  
 4 *ut etiam procedit tam in agendo, quam in excipiendo, l. creditor qui prior la 2. in princ. ff. qui pot. in pign. Ripa in l. privilegia n. 18. ff. de privil. cred. Negus. de privil. cred. Negus. de pign. ribus memb. 2. ampliat. 2. numero 2. Girond. de privileg. & exempt. explicat. numero 358. fusè videndus Villar. in sitva respons. lib. 1. respons. 10. & conferunt, quæ latiori calamo exaravimus in tract. de gravaminibus vassallorum tom. 2. grav. 143. quatenus ibi probavimus Vicennam in molendo frumentum in molendinis deberi primovenientis, & locum occupanti, & proinde graviari vassallos, quando in Baronalibus Molendinis, Tapetis, Bastindieriis, & similibus juxta ordinem quo venerunt frumenta non molantur, vide ibi quia perplura bonæ farinæ reperies, nec pigebit.*

- 6 *Tamen favore miserabilium personarum in earum causis nullus ordo servari debet, sed illarum causæ prius debent tractari, & expediti, glos. in cap. in primis in princip. 2. q. 1. Roman. in repet. l. si verò, §. de viro col. 10. fultent. 25. ff. solut. matr. quos refert, & sequitur Ceravita in ritu. M. C. V. 16. seq. numero 18. vers. quintum privilegium, ubi facit mentionem de Constit. Regni incip. justii cultoris hoc approbante Rebuff. in Constit. Gallia. art. 3. gl. fm. in tit. de sentent. provis. Advocatio ad Statutum Parmæ in rub. cap. de ratione reddenda miserabilibus personis fol. 92. vers. & ideo sunt summarie, de jure Segni est sancitum per citatam pragmat. 10. de offic. Sac. Reg. Conf. ubi mandatur causas primò conclusas primò expediendas, exceptis causis privilegiatis, videlicet*

Fisci Carceratorum, Ecclesiarum Viduarum, Pupillorum Orphanorum, Pauperum, & Miserabilium Personarum, de quibus expressè loquitur ipsa *prag. in princ.* ante eos voluerunt *Cyn. in l. fm. C. si quis alt. vel sib. Royas in fin. 49. numero 10. & Marfi in pract. crim. §. attingam, numero 75.* sed hodie videnda est *pragm. 62. sub eadem rubrica de offic. Sac. Reg. Conf.* ubi reformat citat. *pragm. 10.*

Unde rationabiliter ex his descendit, Officialem expedientem prius causas istarum personarum miserabilium, & aliorum causas derelinquentem, nullatenus teneri in Syndicatu, cum quod lege permittente fiat, penam non mereatur, *l. gracchus, C. de adult. l. illud. ff. quod quisque juris, latè Tusc. in suis conclus. lit. P. concl. 208. tom. 6.*

Cœterum est observatione dignum quod causa minor, licet sit primo conclusa, non tamen primo expeditur, si est præjudicialis majori causæ, postea conclusæ, *juxta text. in l. per minorem, ff. de judic. cum aliis adductis per Mandell. conf. 62. numero 1. vol. 1. & in terminis Seg. Revit. in præfat. pragm. 10. numero 2. de offic. Sac. Reg. Conf.* sicque dum casus accidisset consultus respondi, & alias fuit practicum in Regia Audientia Capitanatæ.

## PRIVILEGIUM II.

## ARGUMENTUM.

Conclusio facta in parlamento, sive Concilio per majorem partem Universitatis non debet attendi si vertit in præjudicium miserabilium personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Conclusio facta à majori parte, debet attendi, nisi esset in præjudicium miserabilium personarum, n. 5.*  
 2 *Factum à majori parte dicitur factum ab omnibus.*  
 3 *Actus voluntarius factus à majori parte Capituli valet minori parte reluctantante.*  
 4 *Civitas Neapolis representantur per quinque sedilia.*  
 5 *Major pars quæ dicatur,*  
 6 *Facta à majori parte Capituli, sed non facti, sunt invalida.*  
 7 *Major pars, non sufficit, ubi actus est necessarius, pro quo minor pars consultit.*  
 8 *Electio facta à minori parte Capituli quando valet.*  
 9 *Ad ornatum Text. in l. quod major, ff. ad municip.*

**R**egulariter factum à majori parte Universitatis debet attendi, vigore *text. in l. quod major, ff. ad municip. l. plane ff. quod cuiusque Universit. nom. cum adductis per Franch. in dec. 2. Episcop. Riccius in collect. decis. collect.*

## de Privileg. Misérab. personarum. 205

316. & ante cum *Bombin. in conf. 3.* ubi multa jura, & DD. autoritates adducit & meritò, quia dicitur factum ab omnibus, quod fit à majori parte *Afflic. dec. I. num. 4. Gratian. in decis. Marchia 183. Masfrili. decis. 97. Episcop Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 491. par. 4. Caput. de Reg. Reipublic. c. 1. à num. 15. cum seq. Anicel. in lutam. pauper tit. de remiss. deb. unde videmus, quod actus voluntarius factus à majori parte Capituli valet repugante minori parte *Fely. in cap. cum omnes coll. II. de constit. Abb. in capit. scripta de elect. de quibus noviter habetur, per Raguc. in tractat. de voce Canonicor. in cap. quæsto 9.* & idè cum Neapolitana Civitas repræsentetur per quinque Sedilia Nobilium, ut refert *Franc. in dec. 207. numero 8.* & Plateam popularem, contingit, quam sæpè inter negotia Civitatis esse discrimina, unde major pars Civitatis esse cernitur concurrente consensu quatuor Platearum, quæ repræsentant, & concludunt etiam contradicente platea populari, ut proindè *Fonte de potest. proreg. tit. 2. de abundantia Civitatis, §. 7. numero 13. §. 15.* & habetur per *Thoro in compend. decis. Neap. in verb. major pars, id quod facit tom. 1.**

Tamen ubicunque conclusio facta à majori parte tenderet in præjudicium miserabilium personarum, & piæ causæ non valet, nec debet attendi, unde cum in quadam Civitate hujus Regni esset conclusum per minorem partem Civium Universitatis, ut fieret quodam Hospitale pro Ægenis, Infirmis, Mendicantibus Pauperibus, & aliis miserabilibus personis consultus dixi posse hoc fieri, etsi major pars Civium reluctaretur, & obstarè, movebar, quia cum in minorem partem videretur esse major pietas, ibi videbatur esse major pars, etenim major pars illa dicitur, ubi est major ratio, seu pietas, ut per jura adducta, per *glos. in capit. primo paragraph. quod circa vers. rationabiliter de his, quæ sunt à majori parte Capituli, tradit Bombin. in d. conf. decimo tertio numero decimo-septimo* ubi quod quando à paucioribus est aliquid rationabilius dispositum, licet major pars dissentiat, tamen statim paucioribus, ex *d. capit. primo paragraph. quod circa*, notat noviter *Barbos. in tr. de Canonic. §. Dignitatibus capit. 38. numero quinto* sed cum per minorem partem Civium fuerit conclusum esse Hospitale dirigendum, dicitur esse conclusum rationabilius, quàm per majorem.

Et facit, quod sanior videtur minor pars, dum ad erigendum locum pium intendit, & facta majori parte Universitatis, vel Capituli, sed non saniori non valet *Abb. in d. capit. cum omnes*, ubi etiam *Felin. numero 13. conf. Ragucciis noviter in tract. de voce Canonicorum in Capitulo quæsto vigesimo octavo*, ultra quod in dicta Civitate opulenta, non aderat Hospitale aliud, quo casu succedit opinio illorum Doctorum volentium, quod major pars non sufficit, ubi actus necessarius requiritur, unde minor pars contradicens attenditur, *tex. est in l. si quis hac lege, paragraph. quoties. ff. qui §. à quibus, & tenet glos. §. communiter alii in capit. cum omnes de constit. Bombin. d. conf. decimo tertio numero decimo-quinto* sed in casu nostro erat actus necessarius, nam absurdum

videbatur in Civitate opulenta, & numerosa non adesse Hospitale, propterea major pars contradicens, non debebat attendi, quare fuit juxta meum votum deinde erectum Hospitale, in cujus beneficium fuerunt ab Universitate donata ducentum aurei annui, & hoc de anno 1620.

Electio autem facta à minori parte Capituli, sive Universitatis sustineri, ubi major indignum scienter legeret noviter probat. *Merlin. controuv. forens. capit. quinquagesimo.*

### PRIVILEGIUM III.

#### A R G U M E N T U M.

Renunciatio quantumvis generalis, imò specialis non comprehendit legata facta miserabilibus personis.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Legatum pro anima alicui relictum non comprehenditur in generali renunciatione facta per legatarium.
- 2 Renunciatio in his, quæ concernunt pietatem non solum specialis, imò specialissima requiritur.
- 3 Beneficium alicui concessum miseratōnis gratia non tollitur per verba generalia.
- 4 Testamentum ad pias causas, fortiores derogationes requirit, quàm simplex testamentum.
- 5 Renunciatio generalis nunquam extenditur ad legitimam, juramento non obstante.
- 6 Validum est argumentum de legitima ad piam causam.
- 7 Renunciatio nunquam suas habet vires ad casus privilegiatos.
- 8 Renunciatio est stricti juris, & in ea stricta est facienda interpretatio.
- 9 Legatum factum à testatore pro anima sua, videtur factum pro exoneratione suæ conscientie.
- 10 Renunciatio nihil operatur, quando est facta in præjudicium tertii.
- 11 Renunciatio facta de legato pio, quia tendit in præjudicium legantis, non tenet.
- 12 Legatarius non obstante renunciatione facta delegato pio, pro adimplenda voluntate Testatoris bene potest agere ad illud recuperandum.
- 13 Renunciatio facta à filia femina dotata de bonis paternis in beneficium fratris de omnibus successioneibus, & legatis à consanguineis relictis non extenditur ad legatam ipsæ filia à consanguineo pro ejus anima relictum.

**R**egulam firmo, quod si fuerit legatum aliquid miserabilibus personis, vel aliis

- aliis pro anima, stante legatarii generali renunciatione, non per hoc videtur renuntia-  
se tali legato pio, & consequenter legatarius potest agere pro ejus repetitione contra  
2 hæredes, quoniam in his, quæ concernunt pietatem, prout in casu nostro, ne dum requiritur  
3 specialis renuntiatio, sed imò specialissima, quia beneficium alicui concessum miserationis, & pietatis gratiâ non tollitur per verba generalia, & renunciationem amplam; *Rota in illerden. jurisdictionis coram. R. P. D. Pirovano.*
- 4 Et facit, quod testamentum ad pias causas forciores, & efficaciores derogationes requirit, quam alia testamenta simplicia, ut per *Soccin. conf. 229. sub n. 11. vol. 2. Castrens. in Auth. hoc inter liberos n. 5. ubi communem dicit C. de testam. & ibi Jo. Baptista de Santa Sever. Oldrad. conf. 119. Covarr. in 2. par. in rubric. de testamentis post num. 15. eos refert, & sequitur Caesar. de Grassis decis. Rot. Rom. 1. de testamentis.*
- 5 Quibus ad stipulatur illa conclusio generalis, qua cavetur, quod renunciatio generalis non extenditur ad legitimam, vel ejus supplementum, *l. si quando, §. generaliter, C. de inofficioso testamento, etiam non obstante juramento, Jaf. in l. sed, etsi, §. quaesitum, ff. si quis cautionibus Aret. in l. 1. §. si quisita, ff. de verb. oblig. & in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. latè Bertrand. conf. 239. vol. 8. recenter Grat. in lib. 4. discept. forens. c. 637. num. 23. & 751. num. 18. noviter Genuens. in practicabil. Eccles. quaest. 257. tuicen. 9. ergo*
- 6 sic in legato pio debemus annuere, cum favore legatorum piorum multa concedantur, ultra quod argumentum de legitima ad pias causas est validum in jure.
- 7 Congruit, quod renunciatio nunquam suas habet, vires ad casus privilegiatos, prout in casu
- 8 nostro, ubi agitur de legato facto miserabilibus personis, quæ sunt privilegiatæ, ut est notum in jure, maximè, quia renunciatio est stricti juris, & in ea faciendâ est strictissima interpretatio *Surd. conf. 133. num. 28. vol. 1. Men. conf. 182. num. 8. & 9. vol. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 52. num. 25. hinc renunciationem semper esse interpretandam, quò minùs noceat renuncianti, ex doctrina multorum refert Paris. de resignat. benefic. quaest. 18. num. 23. lib. 1. unde in renunciatione facta de bonis in genere non includuntur bona feudalia, nisi in specie illis fuerit renunciatum, ut decisum in Sac. Conf. dicit Affl. in cap. 1. §. Titius cum Sempronio in fine si de feud. desunt. fuer. contr. inter Dom. & Agnat. sequitur *Grammat. decis. 101. num. 11. & noviter memini Thor. in compend. decis. Neap. in verbo renunciatio si sit facta de bonis tom. 1. & verba generalia non extenduntur ad speciales causas, res vel personas Flores Diez. de Mena quaest. var. quaest. 24. n. 33. Barbof. noviter in axiomat. utriusque jur. lit. V. num. 24. & facit, quod regulariter legata facta miserabilibus personis non comprehenduntur sub generali revocatione, ut firmavimus infra in Privileg. 24. ubi est videre.**
- 9 Quæquidem opinio, eo magis debet procedere, & eam esse veram prædico, quia legatum factum à testatore ad pias causas videtur factum pro exoneratione suæ conscientiæ, & principaliter favore suæ animæ ergo dum per legatarium renunciatur ei, utique infertur ipsi testatori præjudicium, sed sic est, quod renunciari non potest, per aliquem habentem aliquod privi-

legium in præjudicium tertii, ex traditis in *Collect. decis. ad Pragmat. Regni 1. sub. num. 17. de Senatus Consulto Macedaniano, & in prac. elec. fori quaest. 12. sect. 1. in moderna editione, ubi multa sunt cumula, ideo concludendum est, quod licet fortasse in renunciatione generali veniret legatum pium, (quod non concedimus) tamen, quia tendit in præjudicium legantis renunciatio est invalida, & non tenet, & consequenter legatarius potest agere pro adimplemento voluntatis testatoris, & legatum factum recuperare non obstante renunciatione per ipsum facta, ex quibus in facti contingentia consultus respondi renunciationem factam à filia femina dotata à Patre in beneficium fratrum de omnibus successioneibus, & legatis à consanguineis relictis, non extendi ad legatum ipsi filiæ à consanguineis pro anima relictum, quod alias habui in facto.*

## PRIVILEGIUM IV.

## ARGUMENTUM.

Legatum factum Miserabilibus Personis præsumitur annuum, nec extinguitur prima vice.

Ad limitationem *Tex. in l. Boves, §. hoc sermone, ff. de verb. significat.*

## SUMMARIUM.

- 1 Verba debent intelligi de primo actu, & n. 9.
- 2 Legatum factum miserabilibus personis non extinguitur prima vice.
- 3 Legatum in causa favorabili præsumitur annuum.
- 4 Legatum factum Ecclesiæ censetur annuum.
- 5 Provisio facta pauperibus intelligitur ob causam alimentorum.
- 6 Legatum annuum factum Ecclesiæ est perpetuum, & non temporale.
- 7 Ususfructus relictus Ecclesiæ restringitur ad centum annos.
- 8 Testandi facultas concessa Episcopo, an in primo testamento verificetur, & n. 24. & 29.
- 10 Concessio facta à Papa Abbati ad concedendum bona in emphyteusim extinguitur cum primo actu.
- 11 Baro potest ponere collectam pro maritanda filii in primo matrimonio.
- 12 Concessio simplex primum actum tribuit.
- 13 Licentia data per maritum mulieri ad contrahendum intelligitur de primo contractu.
- 14 Licentia data pro frumentis deferendis ad infideles intelligitur de prima.
- 15 Privilegium concessum alicui, & heredi suo intelligitur de primo hærede.
- 16 Securitas veniendi concessa Banitis intelligitur pro prima vice.
- 17 Potestas condendi Statuta intelligitur de prima vice, sed vide num. 25.
- 18 Dispensatio in primo actu verificatur, & de ratione num. 19.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 207

- 20 *Argumentum de majori ad minus non valet in dispensationibus.*  
 21 *Dispensatus ad ordines, censetur dispensatus ad minores.*  
 22 *Dispensatus ad curata, non censetur dispensatus ad Canonicatum.*  
 23 *Dispensatus ad dignitates non censetur dispensatus ad majores.*  
 26 *Privilegia non intelliguntur in primo casu, sed ad infinita.*  
 27 *Privilegium est interpretandum secundum intentionem concedentis.*  
 28 *Effectus, quando non consumatur ex primo actu.*  
 30 *Verba debent intelligi secundum naturam actus, ad quem referuntur.*

1 **R**egulariter quamvis verba debeant intelligi de primo actu, ubicumque sumus in casu dispositionis hominis, & si talis actus suum non sortiatur effectum vulg. l. *Boves*, §. *hoc sermone*, & ibi fusè *Tiraquell. ff. de verb. signific. l. dotis*, & ibi *Bart. ff. de jur. dot. Vivius decis. 87.* ubi materiam declarat.

2 Tamen claudicat hujusmodi regula favore miserabilium personarum, quibus si reperitur factum legatum non extinguitur primà vice, maxime accedentibus conjecturis.

3 Recipit incrementum talis opinio, quia hujusmodi legatum videtur factum in causam favorabilem, quo in casu legatum præsumi annuum, nec unica primi anni solutione finiri elicitur, ex l. *Legatum*, & ibi *Bart. annuis legat.* & probarunt, *Cuman. in l. eum, qui Kalendis, ff. de verb. oblig. & Socc. conf. 48. vol. 3.* quos recensendo sectatur *Genuen. practicabil. Eccles. qu. 225. tricen. 8.* ubi perinde decisum apud Romanam Rotam testatur legatum factum Ecclesie in dubio censi annuum, & perpetuum, & non temporale, quam opinionem veriore agnosco concurrentibus conjecturis mentis Testatoris, prout habui in facto in Civitate Lucerie Apulee de anno 1531. in causa Monasterii Sancti Leonardi Ordinis Sancti Augustini.

5 Conducit pro corroboratione Theorica, *Bart. in l. eum, qui ita, ff. de oblig. quatenus tutatur, provisionem factam pauperibus in decem intelligi causa alimentorum, & deberi singulis annis, ut pariter communi calculo sequuntur Doctores ibidem, de quo fusiori sermone videndus est, *Surd. in particulari tract. de aliment. privileg. 25.* ubi plura ad saturitatem.*

6 Et in augmentum favoris talium miserabilium personarum poterit philosophari simile legatum esse perpetuum, nec restringi ad spatium centum annorum, ut plurimum cohorte, quos secum vehit favore legati facti Ecclesie fundant *Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 30.* dicens praticari in Civitate Patavii, & *Genuen. in practicab. Eccl. quest. 328. tricen. 11.* quamvis contrarium consultum vidisse per eximios viros asserat noviter *Mosel. in summ. Theolog. mor. tit. de ultim. voluntatibus c. 5. n. 56. tom. 2.* ubi inter cæteros ad hanc opinionem reportat *Covarr. var. resol. lib. 3. cap. 9. numero 10. Brun. à Sol. in compend. resol. in verbo legatum annuum, Menoch. conf. 1263. numero 20. vol. 13, Surd. conf. 123. & Card. Tusc. concl. 86. lit. L.* quod ipse agnovi verum in usufructu donato Ecclesie, etiam in perpetuum, ut ad spatium centum annorum restringi debeat, vide *for. quest. 90. par. 2.* ubi notatu digna, ibi reportata per nos reperies.

*Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

Sed quia in materia allegata, l. *Boves*, §. *hoc sermone. ff. de verb. signific.* multa annotavi in mea adolescentia occasione discussionis Articuli, si licentia concessa Episcopo testandi extinguatur in primo Testamento, placuit hac occasione nactus tales Allegationes in primi facere, & sunt tenoris sequentis, videlicet.

8 **C**onditio Testamento pro quemdam Episcopum, qui habebat facultatem disponendi, & testandi cum deinde desideraret aliud condere revocando primùm orta est difficultas, si id licitè potuisset fieri, & articuli resolutione ad vota sapientium remissa, inter quos ego pariter minimus accessit sui primà, ut aiunt fronte, mihi occurrebat pro opinione negativa, *conf. Decii 112. cui subscribit Socc. Jun. in conf. 89. vol. 1.* dicens juxta talem sententiam respondi insignes Jure Consultos, dum hæc quæstio in lite tractaretur, & ità tradunt quos *Cucch. inst. moral. lib. 2. tit. 4. de Card. numero 90. pag. 101. col. 2. & Curt. jun. in conf. 188. n. 22. cum seqq. l. 1. Rodoan. de spol. Eccles. q. 7. n. 18.*

9 **Q**uorum sententia posset fulciri, ex *text. 1. in l. cujus bonis, ff. de verb. signif.* quam omnes referunt ad probandum, quod regulariter quælibet dispositio in primo actu verificatur, unde meritò licentia data per Publicanum extrahendi merces intelligitur pro prima vice secundum *Ferret. in tract. de gabell. numero 199. per doctrinam Bal. in l. dotis promissio, ff. de jur. dot. de Platea in l. 1. C. de navic. lib. 11. & facit etiam doctrina Bald. in veluti, §. hac uxor, ff. de edendo, ubi dicit, quod in licentia data ab homine intelligitur de prima licentia, idem *Bald. in l. si ut proponis la secunda. col. 1. & ult. C. quomod. & quando Judex per tex. in l. fideicommiss. §. si rem, ff. de leg. 3.* per hoc dixit *Alex. in conf. 81. numero 8. lib. 3.* quod commissio facta per Summum Pontificem de dando licentiam Abbati ad concedendum bona in emphyteusim extinguitur cum primo actu, & concessione notat in bono casu *Soccin. jun. in conf. 25. numero 9. lib. 2. & conferunt notata per Otalor. in tract. de Nobilit. 3. par. 3. partis princ. cap. numero 8. Caroc. in tract. de loc. par. 4. quest. 4. numero 8.**

11 **E**t dominus potest reponere collectam ad maritandam filiam pro primo matrimonio non secundo, *Guid. Pap. dec. 57. in fine, Menoch. de arbi. judic. lib. 2. casu 181. numero 4. & generaliter simplex concessio primum actum tantùm recipit, lib. dotis promissio, ff. de jur. dot. lib. placet ff. deliber. & postum. cap. non potest, §. 1. de præbend. in 6. notat *Cald. in conf. Falin. in cap. 1. de tregua, & pace, de quo pacto varia scribit Tiraq. in d. §. hoc sermone Velasc. decis. 102.* ubi necessaria plura in ista materia scribit, per quam regulas tradit *Guid. Papa decis. 467.* quod si testator instituit Titium, & post ejus mortem filium suum, qui voluit habere nomen Familie testatoris, & ejus insignia, & Titius plures habuit filios solus primogenitus, si voluerit ista facere admittitur ad successionem, *Tiraquel. in tract. de primogen. quest. 164. Gabr. lib. 6. comm. opin. de leg. concl. 2. numero 2.* ubi alia ad propositum scribit, licentia data per maritum mulieri ad contrahendum intelligitur de primo contractu, ut tradit *Lup. in lib. 56. Tauri n. 7.* per doctrinam *Bart. in l. Titius, ff. de excus. tutor.**

T

Et

- 14 Et licentia data pro frumentis deferendis ad infideles intelligitur pro una delatione, quia est odiosa, ut latè tradit *Capyc. in dec. 150. numero 4.* hinc Privilegium concessum tibi, & hæredi suo intelligitur tamen de primo hærede, *Bart. in lib. 2. de const. princ. Falin. in cap. 2. de reg. & pat. Lopez. in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 96.* & quando Papa mandat simpl. alicui provideri de beneficio vacaturo intelligitur de primò, ut notat *Dom. cap. si Clericus in 3. notab. & ibi Franch. in 2. not. de præbend. in 8. Bald. conf. 228. col. 4.* &
- 15 securitas veniendi concessa Bannitis, vel delinquentibus intelligitur pro prima vice, prout ita tenent *Dec. conf. 512 numero 6. Magalot. in tract. de salv. conduct. fol. 61. in Clem. sepe in pr. col. 62. de verb. signific. Curt. jun. conf. 178. col. 1. num. 24. Socc. jun. conf. 29. col. 1. vol. 2.*
- 17 Etiam potestas concedendi, & reformandi Statuta aliquibus concessa intelligi debet tantummodo pro prima vice, secundum *Alex. in conf. 65. col. 7. & in conf. 119. col. 6. qui in conf. 16. col. 1. vol. 4.* pariter asserit, ut licentia concessa ab Episcopo intrandi Monasterium monialium intelligi debet de prima vice ut voluit *Jaf. in conf. 36. col. fin. vol. 3. Dec. conf. 512.* & datà potestate arbitrandi, semel arbitrandi poterit, ut per *Jaf. & Falin. loc. cit. Innoc. in capit. venietur de jur. jurand. Bald. in lib. si diversa collect. 2. C. de transact.*
- 18 Et dispensationes in primò actu verificantur, *capit. ordinarii, ubi glossa, & verbo, ea qua de reg. jur. in 6.* ubi probantur, quod dispensatio ad duo beneficia intelligitur de primis tantum, ideo probatur *in d. capit. non potest in vers. illud autem de præbendis in 6.* Et ideo dicunt *Lop. Anchar. Dom. & Franch. in capit. 1. de fil. presbit. libr. 6. capit. 11.* quod si Papa dispensat cum aliquo illegitimo ut possit habere beneficium non poterit habere aliud beneficium post primum, quia dispensatio est odiosa stricti Juris, strictamque recipit interpretationem, *capit. 1. in fil. de filiis presbi. in 6. Ojed. de incompatib. benefic. par. 2. capit. ult. numero 67. cum seqq. Sayr. de censuris lib. 6. capit. 11. am. 16. Azor. inst. mor. pag. 2. lib. 7. capit. 33. quest. 6. Mathiens. lib. 10. glos. 1. numero 7. tit. 8. lib. 5. novæ recogil. Garz. de benefic. pag. 1. capit. 6. numero 58.* ita ut in eis non valeat argumentum à majori ad minus nec extendatur ad casum habentem in se majorem rationem, prout resolvunt *Covarr. de spons. par. 2. capit. 8. §. 8. numero 11. Navarr. de reddit. Eccles. quest. 3. numero 2. Mol. de primogen. lib. 2. capit. 4. numero 48. seq. Surd. dec. 268. numero 20. & 21. Pereir. de nominat. Empb. quest. 21. num. 67. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 1. numero 32. & disp. 24. numero 17. Campanil. in suo divers. jur. canon. capit. 13. rubr. 11. numero 90.* ubi restringit, quando illud minus comprehensive, & necessario includeretur sub majori, aut esset necessarium consequutivum, ac dependens ab eo, super quo fuit dispensatum quia dispensatus ad unum censetur dispensatus ad omnia consequutiva, plenè *Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 1. numero 19.* dispensati igitur concessa adversus unum impedimentum, & defectum non porrigit suum effectum, quoad aliud, *lib. si quan-*
- do, C. de inoffic. testam. & ibi Glos. Bal. Saltet. & alii Surd. dec. 245. numero 8. Gonzal. variar. quest. capit. 14. numero 11. Costa de retr. capit. 9. casu 10. numero 2.* sic etiam dispensatus ad unum effectum non censetur dispensatus ad alium *Bero. consil. 163. numer. 30. & 41. lib. 2.* quare dispensatus simpliciter ad ordines non extenditur ad beneficia, ut etiam fatentur *Anton. var. resol. lib. 1. resol. 19. numero 10. Suarez. de censib. tom. 1. disp. 41. sect. 3.* sicut dispensatus simpliciter ad ordines intelligitur, dumtaxat ad minores, *ex glos. verb. ordinati, in c. litteras de filiis presbyt. Campanil. d. cap. 13. n. 95.*
- Unde dispensatus ad curata non dicitur dispensatus ad Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ *Rota decis. 54. alias 1. de filiis presbit. in antiq. asserit Campanil. d. capit. 13. numero 99.* etiam à fortiori dispensatum ad beneficium Curatum non censetur dispensatum ad obtinendam dignitatem, resolvunt *Azor. d. capit. 3. quest. 7.* etiam si excuberta esset dispensatio, nempe ad quæcumque beneficia, quia etiam turie dignitates non comprehenderet, nisi apertis verbis illarum meminerit *Campanil. num. 101. capit. 13.* appellatione enim beneficiorum non veniunt dignitates, *Clem. 1. de sequestr. poss. cum sim. sic etiam dispensatus ad beneficia, vel etiam ad dignitates non potest promoveri ad dignitates, quibus cura animarum iueat, Azor. d. capit. 3. quest. 9. 10.* sic enim dispensatum ad obtinendum Canonicatum, vel dignitatem in Ecclesia Cathedrali non censeri dispensatum ad hoc ut possit esse Delegatus Papæ ante vigesimum octavum probat *Navarr. consil. 22. à numero 1. sub tit. de celebr. Miss.* hinc etiam dispensatus ad dignitates non dicitur dispensatus ad majorem dignitatem ut post alios fatentur *Bellet. disquisit. clerical. in tit. de disciplin. Cleric. §. 2. n. 39. Azor. instit. moral. d. c. 3. quest. 8.*
- Re tamen meliùs perpenfà in contrariam descendendo sententiam, quam sequuti sunt *Navarr. in tract. de reddit. Eccles. quest. 3. numero 22. Bonecien. in cap. Imperialem fol. 63. de prohib. feud. alienan. per Frederic. quos refert, & sequitur Bursat. in conf. 30. numero 56. lib. 1. Sim. de Prat. lib. 7. de interpret. ultim. volunt. vol. 4. numero 4. lib. 84. ubi hanc sententiam ex nonnullis defendit, ut illum plenè quamvis tuetur Cæphal. conf. 539. lib. 3. qui loquitur in Cardinalibus Sarmient. de redd. Eccles. quest. 3. numer. 22. Gabr. conf. 83. à numero 27.* asserens se bis ita consuluisse, & quod ita judicaret, nullumque esse virum alicujus judicii, qui negare possit, quod accedens, & impetrans intellexerunt de eo testamento, cum quo impetrans decedere vellet, & ita latissimè respondens contrariis Decii probat *Fernand. in lib. Tauri. ff. 4. numero 3. cum seq. & Peralt. in lib. si quis in princ. numero 94. ff. de leg. 3. Ferret. conf. 13.* quos citat *Barbos. & eandem tenens sententiam in lib. divorcio, quod in annum, ff. solut. matrim. & ita sentit Covarr. in capit. cum in officis n. 8. de testam. per doctrinam Bald. in cap. 1. in princ. nu. 3. in vers. deinde quæro de pa. constant. ubi per Text. in l. omnium C. de testam. & per alia jura firmat, quod si Princeps concessit Civitati facere Statuta virtute, cujus concessionis Civitas facit Statuta, quod poterit illa revocare, & pro ista opinio-*

## De Privileg. Misera. personarum. 209

opinione Bald. ego pondero *Text. bonum. in leg. adoptatum, Cod. de adoption. ex quo Bald. notat, quod illud, quod factum est auctoritate Principis potest per Judicem, & eodem partium consensu tolli.*

26 Et pro ista opinione consideratur, quod intentio Papæ concedentis licentiam ad faciendum testamentum sit, quod ille qui licentiam impetrat eâ utatur, & sortiatur effectum suam & finem pro quo fuit concessa, ut talis intentio concedentis sortiatur effectum licentia non extinguitur in primo actu, & Privilegium non intelligitur in primo actu, sed in infinitum *cap. licet de privil. in 6. Oldrad. conf. 300. Felin. in cap. immovamus in fin. de reg. & pac. Rebuff. de privileg. Schol. privil. 166.*

27 Quod autem Privilegium debeat interpretari secundu[m] intentionem concedentis, & extendi, vel restringi probatur *in cap. fin. de praben. cap. ex multiplici de decim. & in c. mandatum de rescript. & quod in materia favorabili, & quæ benignam interpretationem recipit dispositio non consumatur in primo actu probatur in l. hæc conditio filia mea in fin. ibi benigne tamen dicendum est, ff. de condit. & in l. placat; ff. de liber. & posthum. ubi si quis instituat posthumum hæredem solum instituens videtur, qui ex ea quam habet uxorem ei primum natus est, vel is qui hoc in utero est, ne dum, & is quoque qui postea ex quacunque uxore nascitur, quod *glos. ibi dicit esse propter favorem institutionis & testamenti conservationis & Oldrad. notat conf. 212. latè Tiraquell. in d. l. Boves, §. hoc sermone lim. 3. Mandos. post alios in reg. 8. Cancell. q. 7. n. 6.**

28 Accedat supra dictis pro confirmatione, & contrariorum responsione, quod ex primo actu nullatenus consumitur effectus, quando per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni loquentis, sive disponentis, sive agentis, Bald. in l. fideicommissa, §. si quis. ff. de leg. 3. Roman. conf. 504. col. 1. Ruin. conf. 130. num. 8. vol. 2. Soccin. junc. conf. 89. vol. 1. Dec. conf. 22. col. 1. Jaf. in l. cum servus, §. si quis alicui; ff. de leg. 1. Tiraquello d. §. hoc sermone limit. 6. & in lib. de retract. §. 8. *glos. 7. num. 5. ubi refert, text. in d. §. hæc conditio, ff. de condit. & demonstr. & alia similia Gran. dec. 102. numero 84. cum seq. & in his, quæ habent tractum successivum negotium finitum non dicitur, donec totaliter perficiatur Aretin. in l. in substitutione col. 4. ff. de vulg. Gomez. de annal. possess. q. 44. Drigon. singul. 26. unde merito Rolan. in conf. 70. numero 32. lib. 3. per doctrinam Anchar. in consil. 26. Barbat. consil. 18. lib. 7. & Roman. conf. 438. col. 6. scribit, quod cognati concepti post prohibitionem alienationis & fideicommissi relictum admittuntur ad revocandum alienationem, quia fideicommissum, & prohibitio non verificantur, nec sumunt effectum suum, juxta intentionem fundatoris in his, qui concepti erant tempore mortis.*

Et huc confert sententia *Avendani in l. Tauriglos. §. numero 18. fol. mibi 4. ubi firmavit quod licentia testandi damnato ad mortem, quæ conceditur per d. l. Tauri non extinguitur cum primo testamento.*

Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

Nec obstant ea omnia, quæ in contrarium adducta fuerunt, nam ultra quod illa veniant declarata per contrarias conclusiones, & rationes consideratas in favorem hujus secundæ sententiæ addimus, quod præfata solent limitari per Doctores quando agitur de actu suapte natura revocabili, prout in casu nostro, si quidem cum verba debeant intelligi secundum naturam actus, ad quem referuntur, *l. penult. §. acquisitis, ff. de usufruct. l. cum Pater, §. donatum, ff. de leg. 2. l. si vero & ibi Bart. ff. locat. l. l. sed si possessori, §. item si jura vero, ff. de jure juram. l. fin. C. de non numero pecun. l. cum mansueti in fin. ff. de contrahen. empr. Latè Tusc. in concl. 95. lit. V. quando dispositio refertur ad actum revocabilem debet intelligi ex dispositio, juxta illius naturam, & sic quod per primum actum non videatur dispositio commutem. & sortita effectum, ita expressè Bald. in cap. 1. in princ. numero 21. de pac. constant Barbof. eum referens, & testans in d. l. divorzio. §. quod in anno num. 19. ff. solut. matrim. & ita sui voti, quod sequutum est Illustriss. Episc. Riccius ut patet in ejus decis. Archiepisc. Neap. 126. p. 4. ubi supra dictam nostram allegationem reportavit.*

### P R I V I L E G I U M V.

#### A R G U M E N T U M.

Miserabilibus Personis vulgariter substitutis, tacita pupillaris excludit Matrem.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Tacita pupillaris excludit matrem personis Miserabilibus vulgariter substitutis, & vide num. 10.
- 2 Testator præsumitur magis dilexisse animam suam, quam uxorem.
- 3 Relictum ad pias causas, censetur relictum pro anima.
- 4 Testator præsumitur potius voluisse proficere sibi, & non aliis.
- 5 Pia causa est magis favorabilis, quam filii excepta legitima.
- 6 Testator præsumitur voluisse filium summ uxori præferri.
- 7 Mater per pupillarem substitutionem potest excludi etiam à legitima.
- 8 Favorabilior est Deus, quam filius.
- 9 Testamentum factum nutu inter filios non valet.

**R**egula sit, quod miserabilibus Personis vulgariter substitutis tacita pupillaris excludit matrem, cum substitutio facta in personas talium miserabilium Personarum censetur facta ad pias causas, & testator præsumitur magis dilexisse animam suam quam uxorem, cum anima cunctis rebus, & personis sit præferenda, *cap. cum infirmitas de penitent. & romiss. l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cum aliis adductis aibi, & quidquid relinquitor ad pias causas censetur relictum pro anima, cap. Pontifices 12. quæst. 3. Soccin. in l. quibus diebus, §. fin.*

fn. ff. de condition. & demonstr. Alb. conf. 11. lib. 4. novissimè Molfes. alios allegans in summ. Theologia moralis tract. 13. de ultim. volunt. cap. 5. num. 53. tom. 2.

Et tale legatum pium proficit, & affert utilitatem, ad remissionem peccatorum cap. requisi de testamentis exp. anima defunctorum 13. quæst. 1. qua de causa potius insurgit juris præsumptio testatorem sibi, & non aliis voluisse proficere, arg. l. 2. C. de patr. qui fil. distrac. & ideo substitutio facta in Personis miserabilium personarum tanquam in pias causas directa ex conjecturata mente, & testatoris voluntate debet matri præferri conjectura enim una tollit alteram, l. non solum ff. de ritu nuptiarum, & una præsumptio aufert aliam, l. Divus, ff. de in integr. restitut.

6 Et facit, quo excepta legitima magis subvenitur piæ causæ, quam liberis, juxta communem DD. sententiam, de qua in aurb. mulier, C. de sacros. Eccles. & alibi, sed filius substitutus excludit matrem per tacitam pupillarem, ut communiter voluerunt DD. & præcipuè Bart. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. Alex. & reliqui in l. precibus, C. de impub. & aliis

7 substitit. nam præsumitur testatorem voluisse filium suum uxori præferri, arguin. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. ergo multò magis substitutio facta, in personam miserabilium Personarum, quæ ad pias causas præsumitur facta, & consequenter respicit animam testatoris, debet ideo matrem excludere etiam à legitima, quæ mater per pupillarem substitutionem posset. etiam à legitima excludi l. Papi-nianus, §. sed nec impuberis ff. de testam. c. si pater de test. in 6. judicandum est enim pro refrigerio animæ propriæ & non pro lucro temporali uxoris, & in relictis ad pias causas non est de apicibus Juris disputandum, sed tutius est illam adjuvare, teste Bal. in cons. 26. vol. 1. & in dubio pro pia causa, & in favorem animæ testatoris debemus judicare, l. sunt personæ, ff. de Relig. & sumpt. funer. unde piè Bald. in cons. 259. vol. 1. scribit se contra bonum animarum nunquam consuluisse, absque animi compunctione, refert Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 5. n. 34. improbus enim videtur, qui nititur infringere pia judicia defunctorum, l. nulli licere, & ibi Bald. C. de Episc. & Cler.

8 His accessit pro comprobatione, quod favorabilior est causa pia, quam liberorum, & favorabilior est Deus, quam filius arg. text. in l. veluti, ff. de justit. & jur. & l. postliminium, §. filius, ff. de captivis, unde testamentum inter filios nutu factum non valet, Bal. & Ang. in l. discretis, C. qui testam. facere poss. & tamen ad pias causas, ut in casu nostro sustinetur, glos. & DD. in c. cum tibi de testam. quos in facti contingentia sequuti fuimus, & juxta ipsorum opinionem & doctrinam requisiti quandoque consulimus de hoc an. 1621. & specialiter in quadam causa vertente in Curia Episcopali Civitatis Thani.

10 Et quamvis tacita vulgaris in expressa pupillari contenta Matrem non excludat juxta communem de qua novissimè Fusar. in particulari tract. de substitut. quæst. 6. ubi limitat quatuor modis, quæst. 157. Tamen piæ causæ favore matrem pupili excludet, igitur sic favore miserabilium Covarr. in c. Raynutius §. 4. n. 6. de testam. Vasque de success. lib. 2. §. 11. n. 35. de informi substitit: Mascari. de prob. concl. 1176. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 15. n. 34. & seq.

Et idem de tacita pupillari expressa vulgari contenta fatentur, Diaz. reg. 714. & Alvarad. de conject. mente Defuncti cap. 1. §. 2. num. 27. lib. 2.

## PRIVILEGIUM VI.

## ARGUMENTUM.

Favore Miserabilium Personarum quis cogitur vendere domum suam pro ædificando Hospitali in beneficium ipsorum.

Ad ornatum Text. in l. si quis sepulchrum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, & ad limitationem Text. in l. invitum, C. de contrahen. empr.

## SUMMARIUM.

- 1 Cogitur quis vendere Domum, vel fundum favore Ecclesiæ ædificandæ, seu ampliandæ, quod ampliat, ut n. 2.
- 3 Cogitur quis vendere Domum pro ædificatione Hospitalis favore miserabilium personarum.
- 4 Privilegia concessa Ecclesiæ extenduntur ad Hospitali.
- 5 Cogitur quis vendere pro ædificatione cujuslibet loci pii.
- 6 Quando dicatur locus pius & quis dicatur locus pius n. 7.
- 8 Favor piæ causæ non solum privatae sed etiam publicæ utilitati præferendus est.

Regula est, & comuniter à DD. firmatur, quod quoties agitur de Ecclesiæ amplianda vel ejus claustris, dormitorio, atrio, & hujusmodi rebus similibus potest, quis cogi, & compelli ad vendendum fundum, vel domum propriam, argum. text. in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer. ubi communiter DD. latè Cozar. in lib. 3. variar. resol. c. 14. numero 7. modernè Illustriss. Episc. Riccius in dec. 138. & 147. part. 1. noviter amplè Genuens. in practicab. Eccl. q. 241. per rotam, & novissimè Gizzarell. dec. S. C. 38. & 2. fusius Mastrill. in decis. 280. part. 3. ubi ampliat non solum in Ecclesiæ ædificata, sed etiam in ædificanda, ex Bald. in l. 1. ff. solut. matrim. & Capoll. in tract. de servit. prædior. c. 8. numero 5. & Covarr. loca. mox. cit. Valasc. dec. 22. Card. Tusc. conclus. 59. lit. V. Reg. Tap. dec. Sac. Conf. 17. ubi nos allegat, imò potest cogi vicinus ad vendendam partem prædii pro construenda, & amplianda Ecclesiæ, ut judicatum fatetur Mastrill. ubi sup. ubi tamen dicit ultra pretium solvendam esse estimationem damni vicino contingentis ex causa dictæ venditionis arbitrandi per expertos, juxta cons. Scott. 3. numero 39. lib. 3. tom. 2. & ad materiam vide noviter congeita per nos in Pragm. 1. de Baronibus à numero 16. cum seq.

Quare cum in quadam Universitate hujus Regni esse conclusum, ut fieret Hospitalis pro



pro egenis, Infirmis, Mendicantibus, Peregrinis, & cæteris Miserabilibus Personis dicebam posse ipsam Universitatem cogere quendam Civem, ut venderet ejus domum pro ædificatione Hospitalis erigendi in beneficium Miserabilium Personarum, *Aëtus in tr. de Infirm. part. 2. in verbo Hospitalia pag. 197.* nam tendebat maximopere in utilitatem publicam, ipsiusque Civitatis ornamentum & decorem, quo casu quis cogitur vendere rem suam, ad tradita per *Sbesa. in quest. forens. 64. lib. 1. ultra quod Privilegia omnia concessa Ecclesiæ extenduntur ad hospitalia, lib. omnia, C. de Episcop. & cleric. Bal. in lib. si quis ad declarandum, C. eod. Gabriel. concordantes adducens concl. 2. numero 4. lib. 6. Covarr. var. resol. lib. 2. capit. 20. numero 4. Farinac. in pract. crim. quest. 28. numero 36. & recenter Merlin. contror. for. capit. 65. ubi hos, & alios adducit, & nos latiori calamo probavimus in *prax. elect. & var. fori quest. 54. sect. 2. in nova editione, ubi ad saturitatem erit videndum, sed sic est, quod Ecclesiæ competit tale beneficium ergo & hospitali, quod ei assimilatur.**

Et conducit, quod pro quavis loci pii reedificatione cogitur quis ad vendendum, *Franc. Marc. dec. 536. part. 1. Costa de remed. subsidiar. capit. 65. Giurba dec 86.* etiam si res esset fideicommissio subjecta, *Leo dec. Valentia 90. tom. 1. & nos fusè probavimus for. quest. 35. pag.* sed ædificatio talis hospitalis in beneficium miserabilium Personarum tendit in pietatem, nam ibidem exercentur multa opera pietatis, & charitatis, ut est curare ægros, & infirmos recipere mendicantes, hospitari Peregrinos, & similia facere, quo casu, dicitur locus pius, ut bene docet *Archid. in capit. si ex laicis 10. quest. 15.* ubi quod locus pius dicitur, ubi exercentur opera charitatis, ergo sic similiter poterat ille cogi ad vendendam ejus domum ad talem effectum, opinio enim quæ pietatis, & Religionis favorem respicit, semper amplectenda est, ut noviter testatur, *Mastrill. in decis. 280. numero 3. par. 3. & favor piæ causæ, ut in casu nostro non solum privatæ sed etiam publicæ utilitati, & privilegio præferendus est, arg. text. in lib. fin. C. de sacros. Eccles. unde jure optimo fuit juxta meum votum ipse Civis coactus vendere suam domum, & fuit erectum hospitale, cui Universitas ipsa assignavit tercentum annuos aureos, ut diximus supra in privileg. 2. in fine, & hæc nota ad limitationem text. in lib. invitum, & lib. dudum, C. de Contrab. empt. ubi firmitur neminem cogi posse ad rem suam vendendam.*

Et scias obiter, quod vicini tenentur contribuere in pretio domorum pro atrio Ecclesiæ, vel hospitalis conficiendo emptarum, ut in facto scio decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & novissimè judicatum per Sacrum Consilium testatur *Gizzarell. decis. 38.* ubi ad dentes alia cumulant, *Thor. in compend. dec. Regni in verbo vicini tom. 2.*

PRIVILEGIUM VII.

ARGUMENTUM.

Testamentum dicitur factum ad pias causas, quando major pars bonorum fuit legata in beneficium miserabilium Personarum.

SUMMARIUM.

- 1 Testamentum ad pias causas, quando factum dicitur, & n. 4. & 5.
- 2 Testamentum consistit in institutione hæredis, & num. 13.  
*Institutio hæredis est pars substantialis, ibid.*
- 3 Testamentum sine institutione hæredis favore legatorum ad pias causas valet, & quare, ibidem.
- 6 Legata Ecclesiis, vel quomodocumq; in pios usus, vel amore Dei dicuntur ad pias causas.
- 7 Dotes relicte puellis amore Dei, quamvis non constet eas esse pauperes dicitur relicta ad pias causas.
- 8 Relinquere pro anima, & amore Dei idem est.
- 9 Testamentum in genere potest consistere sine legatis.
- 10 Legatum est pars substantialis testamenti.
- 11 Testamenti appellatione non solum institutio hæredis, sed etiam legata veniunt.
- 12 Testamenti jus an sit ad pias causas, vel ne, non ex legatis, sed ex institutione metimur.
- 14 Legata pia non debentur hereditate non adita.
- 15 Testamentum valet, etiam sine institutione favore legatorum ad pias causas intelligi, prout num. 11.
- 16 Legata, aliquando ex privilegio conservantur in firmata institutione, & testamento.
- 17 Legata pia valent, etiam hereditate per extraneum institutum non adita.
- 18 Institutus in usufructu, quando in totum su hæres per jus accrescendi.
- 19 Legata pia in testamento relicta si absorbeant majorem partem facultatum testamentum ad pias causas alioquin secus.

Regulariter non ex legatis, sed ex institutione metimur jus testamenti, an sit pias causas, vel non, *Salyc. in auth. cassa, C. de sacros. Eccles. numero 7. Butr. in capit. quod clericis col. pen. de for. compet. Socin. consil. 115. numero 7. vol. 4.* Testamentum consistit in institutione hæredis verè, & propriè, non legatis, lib. 2. §. fin. ff. si quis omisa caus. test. lib. si nemo de testam. tut. quia institutio hæredis est pars substantialis, adeo quod si testator coram septem testibus rogatis disponat de omnibus bonis suis, dicatq; illud esse suum ultimum testamentum, non tamen faciat sibi hæredem tunc nullum, & invalidum est testamentum, quia caret perfectione substantiali, ut est hæredis institutio,

*Castrens. in l. proximè, ff. de his, qua in test. delent. Menoch. post alios de pres. lib. 4. pras. 3. numero 5. novissimè Molf. in summa tractat. 13. de ult. vol. unt. capit. 2. numero 50. ubi quod est vulgatum axioma in ore omnium, testamentum ex juris censura esse nullum carens institutionis hæredis.*

Insuper licet valeat testamentum, etiam sine institutione favore legatorum ad pias causas, ut per *Tiraq. in suo tractat. de privileg. pia causa privileg. 15. Medic. in opusc. 4. sub numero 4. Angel. in summa in verbo legatum Peregrin. de fideicommiss. artic. 2. numero 33. Thesaur. for. quæstion. 38. sub numero 15. hoc evenit, non quia testamentum ipsum dicatur ad pias causas, sed quia legata ipsa sunt ad pias causas, & eorum favore tunc conservatur testamentum, quoniam aliquando ex privilegio conservantur legata, infirmata institutione, & testamento, juxta tradita in *auth. ex causa, C. de liber. præter. facit l. 1. cum tot. titul. ff. de legatib. præstand.**

4 Quidquid sit ex suprâ dictis ego in facti contingencia dicebam de anno 1622. de mense Junii, quoddam testamentum dici ad pias causas, dum in eo major pars facultatum ex legatis factis miserabilibus Personis absorberetur motus ex *decisione Rotæ Romanæ in una Foroliviensis hæreditatis luna 22. Junii 1574. apud Cas. de Grass. in decision. 5. de testam. ubi fuit decisum, quod si legata pia in secundo testamento relicta absorberent majorem partem facultatum testamentum dicitur ad pias causas, cujus decisionis tenor est, ut sequitur.*

*Domini in quæstion. proposita an secundum testamentum possit dici factum ad pias causas, in quo plura sunt relicta piis locis instituto marito fuerunt varii aliqui enim sentiebant pro affirmativa aliqui pro negativa.*

6 Pro affirmativa allegabatur *Tiraq. in tractat. pia causa, ut per informantes tritum enim est legata Ecclesiis, quomodocumque in pios usus, vel amore Dei dici ad pias causas, & licet in specie in dotibus 300. relictis quibusdam puellis aliqui dubitarent, an esset dispositio ad pias causas, cum non constet illas puellas fuisse pauperes, quia tamen amore Dei id dicitur relinqui existimabatur relictum dici ad pias causas Tiraq. ubi supra*

7 1. vers. & relictum pro anima, quasi idem importat relinquere pro anima, & pro amore Dei, ut videtur velle *Abb. in rub. de testament. sub n. 9. vers. & scias primo Roman. consens. 69. numero 1. & 2. comprobando ex Castrens. cons. 163. numero 2. & 4. l. 2. ubi hæc privilegia non locis, sed causis attributa sunt, ex quibus credebant secundum testamentum, de quo agitur dici ad pias causas.*

8 Nec prædictis dicebant obstare *reg. §. ante instituit. de legat. quod testamentum consistat in instituit. hæred. quia dicebant illud procedere in testamento in genere, quod potest consistere sine legatis l. 1. §. qui neque ff. de hæred. instituit. cum simil. sumendo autem testamentum uti jam deductum est inesse, cum legatis, cum legata ipsa dicantur pars substantialis testamenti DD. in rub. de legat. 1. hinc testamenti appellatione non solum institutio hæredis, sed etiam legata veniunt,*

9 *Bald. in l. quæreb. versic. item nota per illum text. de mili. testam. Natta consens. 484. numero 10 & 11.*

Pro negativa, & contraria parte aliis Dominis placebat dictum *Bar. in capit. quod clericis*

*col. pen. vers. ideo puto, quod si laicus instituit Ecclesia de fir. comp. & Salyc. alleg. aurb. Cassa n. 7. de sacros. Eccles. Soccin. consens. 115. numero 7. & 14. ubi non ex legatis, sed ex institutione metimur jus testamenti, an sit ad pias causas, vel non & placebat vulg. reg. testamentum consistere in institutione hæredis verè & proprie, non in legatis l. 2. §. fin. ff. si quis omis. caus. testament. l. si nemo de testament. tutela cum pluribus concl. Castrens. consil. 284. vers. 5. ultimo, & vers. consil. vol. 1. Hinc dicebant legata pia non deberi hæreditate non adita, ut post *Salyc. in l. 1. question. 13. numero 18. C. de sacros. Eccles. plures cumulant, & communem refert Alex. consil. 209 sub numero 16. vol. 2. pariter communem refert. Jaf. in d. l. 1. numero 34. C. de sacros. Eccles. & licet valeat testamentum sine institutione favore legatorum ad pias causas, ut per Tiraq. privileg. 15. tamen an ideo est, quia testamentum ipsum dicatur ad pias causas, sed quia legata ipsa sunt ad pias causas, & eorum favore tunc conservatur testamentum, aliquando ex privilegio conservantur legata infirmata institutione, & testamento, juxta tradita in *auth. ex causa C. de lib. præter. facit l. 1. cum tot. titul. ff. de leg. præst. cum simil. & pro confirmatione dictorum per Butr. & Salyc. ut supra placebat etiam consens. Soccin. 5. numero 11. libr. 3. Idem Alex. consil. 209. col. 4. sub num. 15. vers. posset lib. 2. allegabatur etiam Jaf. in l. hac consultiissima, §. ex imperfecto, C. de testam.***

Quia & alii Domini dicebant esse in controversia prædictum dictum an legata ad pias causas corruant instituto extraneo in testamento imperfecto, ut per *Tiraq. de pia causa privileg. 2. col. 2. versic. intellige, item in testamento juncto versic. contrariam opinionem tenere Anan. consil. 28. numero 6. Rub. Alex. consil. 72. numero 5. ubi plures pro hac parte congerit, facit Calder. de consuet. consil. fin. & hanc opinionem sequi videtur Brun. de potentia forma limit. 31. quem cum pluribus aliis refert Covarr. in c. relatum numero 3. de testament. qui reprobat prædictam doctrinam Butr. & Salyc. quod videbatur comprobari ex eodem Covarr. in capit. Raynaldus, §. 3. n. 11. ubi tenet legata pia valere, etiam hæreditate non adita per extraneum institutum ad idem allegabatur consil. Anch. 144. numero 2. ex quibus hoc negativum non satis apertum, sed varium, & dubium Dominis videbatur, cum maxime etiam aliqui dicebant posse dubitari, an primum testamentum verè sit dicendum ad pias causas, quia videtur instituta persona extranea hinc videtur hoc negotium reduci ad illam difficilem quæstionem, de qua per DD. in l. id quod pauperibus, C. de Episcop. & Cleric. & Alber. in l. si filius à Patre ff. de lib. & posthum. & in l. extraneum, C. de hæred. instituit. in qua asseruntur multa, & variae distinctiones, ut post *Rom. consil. 162. sub numero 2. & 3. lib. 2. qui tenet, quod interim persona instituta in usufructu in bonum sit hæres per jus accrescendi, quem sequitur Jaf. in dict. l. extraneum, numero 6. in 3. lim. in qua re Apost. ad Alex. in d. consil. 162. tenet contrarium quod imò interim uxor instituta, ut sup. sit legataria, quæ difficultas ultima in casu proposita videtur cessare cum persona instituta in primo testamento objecit ante mortem testatoris; & prædictum testamentum quod morte confirmatur vires videatur sumpsisse pia causa.**

In hac igitur varietate, & difficultate æquior opinio

## de Privileg. Miserab. personarum. 213

opinio visa est, & placuit Dominis, ut videretur in facto, an legata pia in secundo testamento relicta absorbeant majorem partem facultatum, quia pars de Ossellis videtur supponere, quod tota pene substantia sit distributa in hujusmodi legatis piis, quod si est verum placuit testamenta secundum dici ad pias causas insperato effectu alioquin secus.

Pro hac sententia satis placuit conf. Dec. 504 sub numero tertio, post Bald. in l. avia, §. Titio de condit. & demonstr. per illum text. per Castrenf. in l. primo, §. ad municipium in fin. ff. cod. Rom. conf. 206. in repet. Aub. similiter in quarto speciali, C. ad legem Falcidiam in fin. numero 101. vers. item attende, Soccin. conf. 49. col. fin. vers. confirmo, numero decimo tertio, lib. quarto, que videntur comprobari ex trad. per Aret. conf. 67. sub numero decimo, in quinto dubio, & per Jaf. in l. Marcellus: numero 34. ff. ad Trebellianum.

visset testatorem, à quo ipse habebat hæreditatem pro exoneratione suæ conscientie legaliter centum distribuendum inter maritagia virginum Pauperum, & in alimoniam Peregrinorum, & aliarum miserabilium personarum, de qua dispositione non constabat aliter, nisi per suam confessionem, quia licet aderat murmuratio per Civitatem, quod testator hoc mandaverat adimpleri; tamen non apparebat ulla scriptura de tali voluntate, diximus consulti, ipsum hæredem posse conveniri pro adimplimento talis legati vigore suæ confessionis, etsi extrajudicialis, quia favore piæ causæ, prout in casu nostro valet confessio ad obligandum absente parte, ut notatur in cap. fin. de success. ab intest. tradunt Bald. 5 in l. generaliter quæstion. 10. C. de non num. pecun. Falin. in cap. si cautio de fid. instrum.

Pro qua opinione facit decis. Afflic. 164. ubi 6 refert decisum in Sac. Consil. per confessionem cujusdam privati, quod certum Territorium ab ipso possessum erat Ecclesie probari dominium Ecclesie Peguer. decisio. 139. Caroc. decisio. 90. numero 40. Laurent. decisio. Aven. 67. numero 8. Rota Roman. decis. 228. par. 2. & Duen regul. 119. quos cum aliis novissime refert Thor. in suo compend. dec. Neap. in verb. confessio facta enunciative in aliquo instrumento tom. 1.

### PRIVILEGIUM VIII.

#### A R G U M E N T U M

Confessio extra judicialis probat favore Miserabilium Personarum.

*Ad limitationem Text. in l. in fin. ff. de interrogat. Act.*

#### S U M M A R I U M.

- 1 Confessio extrajudicialis non probat, & ad condemnandum non sufficit, num. 2. sed bene ad torquendum num. 3.
- 4 Confessio extrajudicialis probat favore miserabilium personarum, sic etiam favore piæ causæ, num. 5.
- 6 Dominum rei Ecclesia probatur per confessionem extrajudicialem possidentis illam.

**R**egulariter confessio extrajudicialis non probat, l. 1. in fin. ff. de interrogat. act. late in materia Illustrissimus Episcopus D. Riccius in collect. decis. collect. 193. & ideo ad condemnandum non sufficit, Boer. decis. 90. numero 5. Bellamer. decis. 721. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæstion. 55. ubi alios de communi testantes refert Mascard. de prob. conclus. 350. largè Viscont. in conclus. jur. in verbo confessio extrajudicialis copiosè Farin. de reo confesso, & convicto quæstion. 82. reg. 2. ubi materiam declarat, asserendo in quæstion. 82. reg. 2. quod bene sufficit ad torquendum ex pluribus quos allegat, & præcipue ex Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæstion. 89. numero 14. cum seq. Laurent. decis. Avenion. 138. numero 4. Peguer. decis. 17. numero 3. Bertazzol. conf. 42. lib. 1. Viv. in Sylva commun. opin. conclus. 138. numero 21. ubi de communi, Gabr. conclus. 1. num. 53. de confessis, ubi relatis aliis testatur pariter de communi.

4 Tamen favore miserabilium personarum (maximè de æquitate canonica) valet confessio ad obligandum absente parte, undè cum quidam hæres incidenter loquendo cum suis amicis asser-

Jg. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.

### PRIVILEGIUM IX.

#### A R G U M E N T U M

Miserabiles Personæ possunt opponere exceptiones dilatorias etiam post litem contestatam.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Dilatorie exceptiones debent opponi ante litem contestatam, fallit tamen favore miserabilium Personarum, num. 2.
- 3 Item favore mulierum, minorum, & Ecclesia, que possunt opponere tales exceptiones post litem contestatam.

**R**egulariter dilatorie exceptiones ante litem contestatam opponuntur, suntque exempli gratia contra rescriptum exceptio feriarum, loci non tuti, ætatis non legitime standi in judicio, spoliationis, solutionis evitandæ sive differendæ, pacti de non petendo promissionis in diem, vel sub conditione, & enumerantur à Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 3. casu 40. plenè Schellinc. act. & except. forens. cap. 176. Marant. in sua praxi par. 1. membr. 9. Gaill. obser. 71. lib. 1. noviter plures cumulans Borrell. in summa decis. in titul. de except. numero 62. tom. 1. Calvol. in prax. jud. §. exceptio contra libellum conclus. 1.

Tamen miserabilium personarum favores, eis 2 conceditur; ut possunt opponere tales exceptiones dilatorias post litem contestatam, ut vide- 3 mus in muliere, & minore vigore, text. in l. de die, §. si servus, ubi id colligunt Doct. Bald. Castrenf. Jaf. & Soccin. ff. qui satisfacere cogant. & idem in Ecclesia firmat novissime Gemens. in practicab. Eccles. quæstion. 404. tricen. 14. quod evenit in causa Monasterii S. Mariæ

de Carmelo Turrae Octavæ Annis non longè elapsis, & fuit sic practicum me patrocinante, & recentè vide Galup. in praxi Sacr. Reg. Consilii titul. de exceptionibus delatoriis capit. 5. ubi plura.

etiam Jo. Andr. & Bald. numero 5. extra de testib. Paris. in c. Fraternalitatis eod. tit. numero 19. Surd. in conf. 8. numero 13. lib. 1. quod ipse in facto consultus declaravit procedere in conclusione generali facta in causa, secus si fuerit specialiter conclusum super certo articulo extenditur ad causam appellationis, Angel. in 6. quia verò numero 34. in aub. de testib. & ita audio fuisse decisum in occurrenti casu, & me in Regia Audientia Apulæ residente fuisse servatum reminiscor.

## PRIVILEGIUM X.

## ARGUMENTUM.

Testes post conclusum in causa possunt examinari favore Miserialium Personarum.

Ad ornatum Text. in §. quia verò Aub. de Testibus, & Pragmat. Regni 14. de Ordin. Judic.

## SUMMARIUM.

- 1 Testes post conclusum in causa, non possunt examinari, etiam ad indagandam veritatem, numero 2. & etiam si examinandi ad reprobandas personas testium, numero 3.
- 4 Testes possunt examinari in causis miserabilium personarum, & ita obtinuit Auctor numero 5.
- 6 Conclusio in causa principali non extenditur ad causam appellationis, quod declara, ut numero 7. juxta mentem, & Auctoris responsum.

**R**egula est clara, & communiter recepta, ut testes non debeant, nec possint recipi post conclusum in causa, quia conclusio in causa est terminus exclusivus productionis testium, §. quia verò in princ. & ibi gloss. in verbo concluserint in Aub. de testibus, & in Rego vigete Pragmat. 14. incip. post conclusionem de ordin. judic. sequuntur Bertazzol. in conf. § 29. numero 2. ubi alii testatur de communi DD. sententia Surd. conf. 8. numero 12. vol. 1. Viv. in Sylva commun. opin. 896. numero 20. Gail. objerv. 167. ita quod non possunt recipi in casu etiam ad indagandam veritatem, ut in dict. pragmat. Regni cautum est. & etiam si essent examinandi ad reprobandas personas testium, Boss. in titul. de public. process. numero 8. quem refert, & sequitur Farin. in suo tractat. de testibus, question. 75. capit. 5. fol. mib. 299. qui adducit declarationem ad regulam, ut nos etiam fecimus in Collect. decis. ad dict. pragmat. 14. de ordin. judic. ubi Lectorem remittimus.

Tamen in causis miserabilium personarum earum favore potest Judex interrogare, & examinare testes, etiam post conclusionem in causa, ut tradunt Barbat. conf. 30. col. 3. Rebuff. ad Constit. Gallie art. 3. gloss. fin. in titul. de provision. l. sentent. Caravit. in ritu M. C. V. 19. sub. numero 18. in fin. qui dicit ad hoc facere, text. in l. ubicumque, act. novissimè sequitur illustrissimus Episcopus D. Riccius in addition. ad Franck. in decis. 371. in fin. juxta quorum sententiam de anno 1620. obtinui in casu cujusdam pupilli de Insula Sorix, & alias requisitus de voto consuli, dum in facto eveniret dubitari circa hunc juris articulum.

Et adverte, quod conclusio in causa principali non extenditur ad causam appellationis, Innoc. in capit. cum venissent numero 3. ubi

## PRIVILEGIUM XI.

## ARGUMENTUM.

In causis Miserialium Personarum proceditur summarie, & sola facti veritate inspecta.

Ad ornatum Pragm. Regni Dispendia litium de Ordin. Judic.

## SUMMARIUM.

- 1 In causis miserabilium personarum proceditur summarie, & absque figura judicii, sic etiam in casu alimentorum.
- 2 Judex in causis miserabilium personarum potest rejicere ordinem Juris, & judicare more Arbitratoris, & Principis, numero 3.
- 4 Solemnitates Juris Civilis non sunt servanda in causis miserabilium personarum.
- 5 Citatio requiritur, etiam in causis summaris.
- 6 In Regno Neapolitano proceditur in causis sine figura judicii, & pro libello sufficit talis qualis petitio.

**R**egula sit, quod in causis Miserialium Personarum proceditur sola facti veritate attentà, & summarie Abb. in cap. significanibus numero 2. & 6. ubi distinguit inter pauperem, & divitem de offic. deleg. Soccin. in conf. 11. numero 12. vol. 5. Bald. Novel. in tractat. de dot. part. 5. numero 3. Bertacch. in suo Reperto. verb. persona, Annotatio ad Statuta Civitatis Parmæ in rub. de ration. summarie reddend. miserab. person. fol. 63. vers. an autem in causis viduarum Aelius in tractat. de infirm. par. 2. vers. summaria, & vide dicta per Bart. in tractat. de carcer. in fin. & per Ifern. in capit. 1. §. sed nec que sit prim. caus. benef. amict. col. 2. sic etiam summarie quoque tractanda est causa alimentorum, ut probatur in l. 1. §. Julianus. ff. de liber. agnosc. & fuse probat Surd. de alim. privileg. 2.

Unde Judex in causis istarum personarum ordinem juris rejicere potest, atque procedere, & judicare more Arbitratoris, Bero in question. 23. numero 4. & 9. & potest judicare super causa probata, etiam non deducta in libello, Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus num. 8. de verb. oblig. Marant. in l. is potest. num. 113. ff. de acquir. hæred. & in sua praxi part. 3. distin. 9. num. 17. & 33. Surd. conf. 273. num. 2. & seq. vol. 2. Cach. dec. 5. num. 21. ita quod ad instar Principis, Judex judicare potest in causis istarum perso-  
na rum 3

## De Privileg. Miserab. personarum. 215

narum, cum Principes non recognoscentes superiore tantum judicent causas secundum eorum conscientiam solâ facti veritate inspectâ non se astringentes ad allegata, & probata, *Bar. in l. 1. C. ut quæ desint ad vocat. Bal. in l. si. in princ. C. delib. Affl. in cap. 1. numer. 72.* quæ sint Regalia cum aliis relatis per *Mart. de claus. claus. 368. par. 1.* ubi quod inferiores à Principe nullatenus possunt taliter judicare, nisi eisdem à supremis Principibus demandatum fuerit, *Jo. Andr. & Imol. in c. venerabili de cens. Bald. in cap. 1. S. Sacramenta de consuet. rect. feud.* quod tamen fallit in casu nostro.

4 Quare venit dicendum similiter in causis istarum miserabilium personarum non esse servandas solemnitates Juris Civilis, cum in causis in quibus proceditur summarie tollantur istæ solemnitates, ut per *Marant. de ordin. Judic. par. 4. distinct. 9. num. 8. Det. conf. 449. numer. 15. Gravac. ad Vestr. in prax. lib. 5. c. numer. 7. Rom. conf. 475. numero 9.* & ideo tolli debet observatio terminorum substantialium, ut fuit decisum in *Rot. Rom. in una Romana pecuniaria*, coram Emin. Card. Mellino, ut per *Mart. in suo tr. de claus. p. 1. claus. 180.* fusè alia adducit *Barbos. de clausulis caus. 176.*

5 Licet bene requiratur in earum causis citatio, ex quo etiam in causis summaris, & in quibus proceditur sine juris ordinis, & omnia iudicii figura requiritur *Cacheran. decis. 79. sub. numero 19. Cappoc. decis. 1. numero 35. & 86. Cartar. de cis. 21. numero 34. & 36. Gratian. decis. March. 231. numero 2. & 4.* cum aliis quos noviter refert *Borell. in summa decis. in tit. de citat. num. 122. Carp. Tusc. conclus. 366. lic. C.* & nos diximus in *collect. dec. ad Prag. Regni. 1. de citationibus.*

6 Observa autem tu Regnicola, quid in nostro Regno Neapolitano generaliter vigore pragmatice incipit dispendia litium sub rubr. deordin. Judic. proceditur in causis sine figura iudicii, & pro libello sufficit totalis qualis petitio, de quo multa scripsimus in eadem pragmat. in nostris collect. dec. ubi lectorem remittimus, & plura conglomerat *Palmnin. divers. Jur. comm. & Regni.*

7 *Ædere tenetur quis arma, contra se favorè Ecclesie.*

8 *Ecclesia inter miserabiles, miserabilior dicitur quoad privilegia.*

9 *Ecclesia gaudet fori electione.*

**R**egula est clara, quod actor tenetur ædere reo ad exceptionem fundandam, *l. fin. & ibi Bald. n. 1. & 3. C. de edend. idem in l. qui tabula n. 4. ff. de furt. modernè Calvol. in sua praxi judiciaria, & actor. concl. 2.* amplians habere locum talem conclusionem, quoties actor fecit mentionem in libello de aliquo instrumento, quia tunc actor tenetur illud ædere reo ad exceptionem fundandam, *ex Bart. in l. 1. & in l. postquam. paragraph. fin. ff. ut leg. nomin. caus. Alex. in l. edita numer. 20. C. de eden. & regulariter nemo tenetur ædere instrumenta contra seipsum capit. 1. de prob. ita reus non tenetur ædere actori ad intentionem fundandam, cap. 1. extra de probat. l. accusare, C. de eden. DD. in lib. 1. editiones, ff. eod. Bart. in d. lib. 1. num. 1. lect. num. 4. Bal. in l. dissolute numero 5. C. de cond. ex l. Det. in l. si quando, de dilat. l. nimis grave, C. de test. cap. 1. extra de probat. Roman. conf. 398.*

Tamen favore miserabilium personarum ipsis existentibus Actricibus Rei tenentur ædere, *l. 1. ubi expressè Purpurat. C. de eden. Dec. in d. c. 1. col. 10 de prob. quos referunt, & sequuntur Rebuff. in cons. Gall. art. 4. glos. fin. numero 19. in tit. de provif. senten. & Cavit. in ritu M. C. V. 19. sub numero 118. vers. undecimum privilegium est, sic etiam in causa alie mentorum in causa dotis & piæ causæ reos teneri ædere, latè demonstrat post alios *Surd. de alim. privil. 3.* & post cæteros prosequitur *Calvol. in praxi jud. & Reus concl. 2. à numero 16. cum seq.**

Ut etiam fisci privilegium est præcipuum, quod reus ab eo conventus tenetur illi ædere instrumenta ad fundandam ejus intentionem, *text. est secundum communem intellectum in l. nec quisquam ff. de jur. fisc. & utrobique communiter DD. Laudens. in tr. de fisco quæst. 239. Gail. observ. 186. numero 111 lib. 1. Menoch. de arbit. Jud. casu 499. numero 68. Peregr. de jur. fisc. lib. 7. tom. 3. numero 11. ibid. numero 8. asserens, quod quando bona alicujus sunt publicata potest fisco mittere pro omnibus Notariis habentibus instrumenta ad publicationem pertinentia, & ipsos compellere, ut sibi illa exhibeant, *l. facultas, ubi glos. & Bart. C. de jur. fisc. lib. 10. Far. post alios in suis fragm. crim. part. 1. numero 160. fol. mihi 144. à ter. qui latissimè tractat hanc materiam: scilicet quando fisco actori reus ædere teneatur ad ejus intentionem fundandam, & è contra.**

Et favore Ecclesie similiter, quem teneri ædere arma contra se ipsum ex *Bal. Abb. Dec. 7* testante de communi, & aliis in *cit. 1. de prob. confirmat Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 174.* addo *Calvol. in praxi judicari. & Reus concl. 2. num. 16.* ubi adducit *Dec. in l. quæ a Divo pio n. 13. C. de eden.*

Ecclesia enim quoad privilegia inter miserabiles miserabilior reputatur, *Granat. in Constit. Regni just. & ibi pariter Balzeran numer. 9. Genuen. in practicab. Ecclesiasticis quæst. 436. pauperumque, ac miserabilium privilegio utitur*

Vivim

### PRIVILEGIUM XII.

### ARGUMENTUM.

Miserabilibus Personis Actricibus Rei tenentur ædere ad earum intentionem fundandam.

*Ad ornatum Text. in l. 1. & fin. C. de ede.*

### SUMMARIUM.

- 1 Actor tenetur ædere reo ad exceptionem fundandam, & amplia num. 2. Reus non tenetur ædere actori ad intentionem fundandam, ibid.
- 3 Nemo tenetur ædere instrumenta contra se.
- 4 Rei tenentur ædere miserabilibus personis actricibus.
- 5 Fisco actori ab eo conventus tenetur ædere instrumenta ad fundandam illius intentionem, & amplia, ut nu. 6.

Vivius dec. 521. nu. 3. Castill. dec. 198. n. 8. par. 2. quos commemoravimus in *praxi elect.* & *variat. fori quæst.* 49. sect. 2. in moderna editione, ubi merito statuimus regulam illam gaudere privilegio electionis fori, ut ultra ibi aductos advertunt *Foller. in cap. Regni, quoad decretum nu. 13.* & ibi similiter *Niger. n. 9.* & *10. Caravit. in rit. M. C. V. 229.* & *233. Menoch de arbitr. Jud. libero 2. casu. 66. numero 19. Scaccia de appell. quæst. 7. numero 130. Pascal. de patria potest. par. 2. c. 2. numero 89. & recenter me; & ipsos allegans Carleval. de jud. & foro competenti lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 7. n. 585. fol. 248.*

## PRIVILEGIUM XIII.

## ARGUMENTUM.

Verba enunciativa disponunt, & probant favore miserabilium personarum.

Ad ornatum Text. in l. ex his, C. de testam. milit.

## SUMMARIUM.

- 1 Verba enunciativa non disponunt, neque probant num. 2. Secus tamen est favore miserabilium personarum numero 3. Et favore piæ causæ numero 4. Et favore dotis numero 7. Et libertatis n. 9.
- 2 Dos dicitur causa pia, nec consequitur privilegia piæ causæ n. 6.
- 3 Libertas respicit piam causam.
- 4 Verba adulatoria probant, si fuerint prolata favore libertatis.

**R**egula est communi quidem calculo recepta, verba enunciativa non disponere, DD. omnes in l. ex hac scriptura, & in d. l. ex his, C. de test. mil. canonistæ in c. si Papa de priv. in 6. v. fin. de success. ab intest. & in clem. 1. de prob. sequitur *Barbat. conf. 32. num. 23. vol. 4. Grat. conf. 9. n. 22. in pr. Gallin. de verb. signif. lib. 5. c. 14. num. 8.* ubi post infinitos relatos rationem subjungit, dicens, quia mente delibetata carere præsumuntur, adnectendus est etiam *Foller. de jur. interpret. lib. 2. c. 11. n. 6.* ubi tradit, quod in verbis enunciativis non cadit extensio.

2 Et non probare communiter tradiderunt DD. *Gart. conf. 143. n. 15. vol. 2. Paris. conf. 680. n. 51. vol. 4.* ubi jura deducit *Dec. conf. 32. n. 75. vol. 2. Cornazzan. dec. Lucens. 212. n. 9.* quibus addo *Bardellon. conf. 49. n. 10. in princ.* ubi concordantes deducit *Pancir. Menoch. de Ponte, & plures alios.*

Et pro confirmatione hujus opinionis adducitur *Text. in l. Lucius testamento, §. quisquis mihi hæres erit de leg. 2.* ubi testator ita dixit, quisquis mihi hæres erit, sciat me debere Demeirio patruo meo denaria, tria quæ etiam protinus reddi, & solvi jubeo, quæsitum est, an si non fuerit probatum, debitor esse testatorem illorum trium denariorum competat actio De me-

trio ipsa petendi, & dicitur, quod non actione ex debito, ergo verba enunciativa testatoris, sive proferentis regulariter debent per se non probant, quia si probassent utique tibi absque alio actio competisset.

Favore tamen miserabilium personarum verba ista disponunt, & probant, nam clarum est favorem respicientem causam miserabilium personarum, utique respicere piam causam.

Et non dubitatur, verba enunciativa dispositionem inducere ad piæ causas, *Bart. in l. 1. C. de sacros. Eccl. n. 76. Dec. in l. ex his, numero 27. C. de testam. milit. & conf. 159. numer. 2. volum. 1. Jaf. in d. l. ex his numer. 2. versic. 5. limita, & conf. 455. numero 2. vol. 4. Mascard. conclus. 388. numer. 3. Pancirol. conf. 132. numero 17. Raudens. conf. 46. n. 8. p. 1. latè Oddus consil. 64. vol. 2. & hæc est receptissima opinio, quam sequuti sunt *Facchin. conf. 30. num. 10. vol. 1. Trentacinq. var. resol. 2. n. 91. & novissimè Durant. in suis quæst. cap. 34. Illustris. Episc. D. Riccius Collectan. decis. Collect. 189.**

Quæ opinio comprobatur principaliter per *Text. in cap. fin. de success. ab intest.* sub illis verbis asseruit se, & bona sua contulisse Monasterio, & ibi respondit se non posse testari, quia se, & omnia bona sua contulerat Monasterio ex quibus quidem verbis colligitur validum testamentum cujusdam, *D. Abbat. de quo ibi.*

Unde quia dos causa pia dicitur, l. cum is, §. si in ea opinione de condit. indeb. D. meus *Riccius in decis. Cur. Archiepisc. Neap. 206. n. 3. part. 2.* ubi alios refert *Cened. in suis quæstionibus qu. 27. novissimè Molfes. in summa tract. 12. de contract. cap. 16. n. 47. & de ultim. volunt. tract. 13. c. 15. numero 160. part. Mantie. de conject. lib. 6. tit. 3. num. 26. cum seq. & gaudet omnibus Privilegiis piæ causæ, ut per *Mascard. in concl. 1176. n. 24. Mart. in l. 1. art. 4. n. 21. ff. solut. matrim. 7* propterea verba enunciativa probant favore dotis, ut docet *Bart. in conf. 123. vol. 1. voluerunt Pancirol. in conf. 131. n. 7. Raudens. conf. 22. n. 38. vol. 2. Peregrin. conf. 100. n. 11. vol. 3. Affid. decis. 83. n. 5. Mascard. concl. 388. num. 4. & 570. num. 1. & 1273. num. 12. Card. Tusc. concl. 652. num. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 7. num. 15. Put. deces. 419. vol. 1. ubi sic resolutum refert à *Rota Romana in una Ariminens. & ita contrariis respondendo, & plurimis mediis firmando scribit Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de verb. signif. resolut. 2. n. 76.***

Et hinc, quia libertas respicit piam causam, l. in testamento, ff. de fideicom. libert. l. 1. §. fin. 8 ubi C. commun. serv. manumiss. l. si cui annum, ff. de ann. legat. lib. proximi, paragraph. fin. de his quæ, in testam. delen. Bul. in l. 2. & in l. penult. C. de fidei commiss. libert. latè *Tiraq. de piæ caus. in præfat. vers. item legatum libertatis,* ideo videmus, talia verba enunciativa dispositionem inducere favore, libertatis, ut est communis DD. sententia, de qua per *Mascard. in conclus. 622. numero 47. qui in conclus. 56. numero 5. voluit, verba etiam adulatoria probare, si favore libertatis proferantur, un similiter sic dicere debemus in casu proposito, prout in facti contententi accidit praticari in Rever. Fabric. S. Petri hujus Civitat.*

PRIVILEGIUM XIV.  
ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ condemnatæ in prima instantia ad expensas, & appellantes prosequuntur appellationem non resectis expensis.

*Ad ornatum Pragmatic. Regni 2. de Expensis.*

SUMMARIUM.

- 1 Condemnatus in prima instantia ad expensas, quia nihil probavit, si appellat, non admittitur, nisi resectis expensis, fallit favore miserabilium personarum, n. 4.
- 2 Condemnatus in secunda instantia in expensis, quia nihil probavit, & sententia fuit confirmata ex primis actis, à qua secundo provocavit, non admittitur ad prosequendam appellationem, nisi resectis expensis secunde instantia.
- 3 In expensis utriusq; instantia condemnatur quis, quamvis in prima quis obtinuerit.

**R**egula est vigore Pragmat. 2. incip. qui in causa principali sub rubric. de expensis, condemnatum in prima instantia ad expensas, quia nihil probavit, si appellaverit, non admittendum esse ad prosequendam appellationem, nisi resectis expensis primæ instantiæ.

Quod etiam procedit, si in secunda instantia, nihil probaverit, & sententia fuerit confirmata ex primis actis, à qua secundo provocaverit *Cal. in milleloq. 230.* asserentem, ut qui sententiam reportavit in prima instantia condemnatus sit ex antiquis actis debet in expensis, utriusque iudicii condemnari ex *Cappell. Tholof. in dec. 223.* & ibi latè *Aufrer. in addit. Anchor cons. 415. Vital. in Clem. 1. col. 4. de re judic. Perticeni. in l. per hanc col penult. C. de temp. appellat. addit. ad Alex. in cons. 183. numero 16. lib. 6. & cons. 179. in fin. lib. 7.* ubi quod ita hodie practica- tur, addo Reg. *Rovii.* eandem foverentem opinioem in allegat. *Pragmat. 2. n. 1. sub rub. de expensis.*

Tamen dispositio hujus Pragmaticæ cessat in causis miserabilium Personarum, quæ admittuntur non resectis expensis, ut in terminis propriis scribit *Caravit. in Rit. M. C. V. 19. sub numero 18. vers. sextum,* unde cum in facto evenisset, quod quidam morbo diuturno fatigatus litigans, esset condemnatus in prima instantia ad expensas, quia nihil probaverat, & deinde appellasset, fecimus ex nostro voto, & consilio admittere eum ad prosequendam appellationem, nullis resectis expensis, & hoc de anno 1620. quod nota, nam est pulchrum pro ornatu, & limitatione præfata Pragmaticæ, & ego volui praticare in Regia Audientia Capitinatæ Apulæ, dum casus ex facto accidisset, & collegæ meam sectati sunt sententiam,

PRIVILEGIUM XV.

ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ falsi pœnæ non puniuntur ex productione, & usu falsorum Testium.

SUMMARIUM.

- 1 Producent falsos testes, iisque mens, qualiter de jure Regni puniatur.
- 2 Subornans testes, puniatur pœna falsi.
- 3 Declaratoria usus testium, qualiter fit faciendâ, pro evitanda falsitate.
- 4 Falsi pœna personæ miserabiles non puniuntur.
- 5 Excipiens non videtur fateri, ea quæ in exceptione includuntur.

**R**egula est, ut procedentes testes falsos, ne- que utentes ultra amissionem causæ, puni- antur pœnâ falsi una cum testibus, ut de jure municipali hujus Regni cautum est per Pragm. 1. incip. testem falsum sub rub. de Falsis, ubi nos latè diximus in *Collect. decis. & voluerunt Capoll. cautel. 52. numero 1. Siatic. in pract. jud. capit. 12. numero 5. addit. ad Bertazzol. consil. 218. lit. A. versic. quest. est,* ubi loquitur de producente falsi capitula, & super eas falsos testes, *Monticell. in repertor. test. in rub. testes producent vers. 4. fol. mibi 303. col. in fin.* & meritò nam subornans testes, puniatur pœ- nâ, *l. Cornelia de Falsis, l. 1. in pr. ff. ad lib. Cornel. de falsis, Delrio in repetit. lib. transigere numero 165. C. de transact. noviter Thes. in l. 1. quest. for. qu. 15.* ubi latè tractat materiam, adducendo concernentia ad *d. Pragm. Regni* ad cujus ornatum sunt videndi illustrissim. *Episc. D. Riccius in collect. dec. collect. 298. & Viv. in decis. 71.* qui agit de declaratoria usus, vel non usus testium, quomodo sit faciendâ ad evitandam falsitatem, & si debeat, & possit fieri in causis criminalibus, & vide *Felic. in alleg. 139.* ubi factâ semel declaratione, quando sit iterum faciendâ explicat, *Muscattell. in pra- xi S. C. glos. termino n. 7.*

Excipiuntur autem ab hac pœna miserabiles 3 Personæ, ut expressè notatur in *d. Pragm. in fin.* ubi nos etiam notavimus in *collect. decisio- num,* licèt eorum Tutores, Curatores, & Pro- curatores illam non evitent.

PRIVILEGIUM XVI.

ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ possunt agere ex- cessione, sive facta ex causa lucrativa, sive onerosa, & pro illa suis uti pos- sunt Privilegiis.

SUM-

## S U M M A R I U M.

- 1 Nullus admittitur ex jure cesso, nisi fuerit ex causa necessaria & cessione dependeat ex causa onerosa.
- 2 Cessio favore Misericordium Personarum valet. Sed limita, ut n. 4.
- 3 Cessio favore Neapolitanorum valet.
- 5 Cessiones fraudulentæ non sunt faciendæ.
- 6 Favor fraudibus non est elargiendus.
- 7 Materia delinquendi non est danda.
- 8 Occurrendum est, ne fraudes fiant.
- 9 Fraus nulli debet patrocinari.
- 10 Matrimonium contractum, absque solemnitatibus concilii non valet, si ab Incola loci, in quo illud receptum est, fiat in loco, in quo receptum non est, & ita decidit Curia Archiepiscopalis Neap. n. 15.
- 11 Sacrum Concilium annullat Matrimonium contractum ex defectu formæ. Sacrum Concilium in materia Matrimonii inhabiles reddit personas ad contrahendum absque solemnitatibus. ibidem.
- 12 Lex quando comprehendat personas extra Territorium.
- 13 Locus contractus attenditur quantum ad contractus celebrationem.
- 14 Lex personis præscripta attenditur, ut habiles, vel inhabiles judicentur.

1 **R**egula statuta reperitur in Regno nullum debere admitti ex jure cesso, nisi fuerit causa necessaria, cessione dependeat ex causa onerosa, ita quidem Cavetur in *rit. M. C. V.* 228. & 290. *lib. ab Anastasio C. mand.* ad quarum ornatum *Berlicchius* compilavit *decif.* 32. 33. 34. & 35. ubi utilia cumulat, & recenter *Illustrissimus Episcopus Riccius collect. dec. part. 7. collect. 2556.*

2 Cæterum favore misericordium Personarum hujusmodi cessionem valere & vigore illius posse agere, tam si sit facta ex causa onerosa, quam lucrativa, & gaudere posse Privilegiis ex plurium Doctorum cumulo patet in *praxi elect. & variat. fori qu. 14. sect. 4.* in nova editione, & ultra ibi citatos notarunt, *Reg. Tappia in const. Regni statuisimus numero 13. in sua compil. juris Regni, Illustriss. Episc. Riccius in collect. decif. 1426. & ad Pres. de Franch. dec. 195.* quem etiam videas, nam ita decisum refert in *Sacro Consilio Borrell. in summa decif. iii. de juramento perhorrescentiæ numero 39. tom. 1. Tbor. in Compend. dec. Regni in verbo cesso tom. 1. amplians in verbo cessionarius, id habere locum etiam respectu Neapolitanorum firmans sic decisum, ante eum *Ursill. ad Afflict. decif. 74. numero 6. Gratian. discept. forens. c. 356. n. 4.**

4 Sed quamvis vera sit constituta Regula non per hoc caret suâ limitatione, & erit, quoties cessione apparet facta in fraudem, ut *cit. qu. 14. nostræ praxis numero 3.* ex pluribus recensuimus, ubi quoque reperies, quando cessione simulata censeatur, quod hoc repetere inconsonum reputavi, ne eandem recantem cantilenam.

Recipit incrementum hujusmodi declaratio ex dispositione, *liber. Hispan. 18. iii. 7. lib. 1. Recop. capit. 1. e. pero por quanto, ubi*

cavetur, ne fiant fraudulentæ cessiones in favorem Cathedralium, seu Scholasticorum, quo debitores conveniantur coram Conservatoribus, & indebitè molestentur, & ne admittantur tales cessiones nisi factæ fuerint à Patre in filium adhibito juramento eas esse veras, debitumque verum, & factam cessionem ad filii alimenta absque ulla fraude, *Rodrig. de annuis redditibus lib. 3. quest. 4. numero 43. novissimè post alios Carleval. in tract. de judic. & foro competenti disput. 2. questio. 6. sect. 5. numero 495. ubi pariter ex Rebuff. de privil. 177. annuit adesse similem Constitutionem in Francia emanatam à Ludovico XII. pro Universitate Parisiensi.*

Non est enim fraudibus favor impartendus, & illi janua claudenda est *capit. porro de divort. Clem. 1. de usuris, Clem. 1. §. fin. de concess. præben. nec est danda via, in materia delinquendi Jo: de Aman. cons. 70. numero 2. cum ut occurratur fraudibus jus admitat latam interpretationem, & facit dispositionem favorabilem Gemin. consil. 42. numero 11. & esse occurrendum, ne fraudes fiant, tradit *Decian. cons. 4. n. 33. l. 1.**

Et fraus sua, ac dolus nemini debent patrocinari, *lib. verum, §. hoc quoq. ff. pro socio, capit. dictum 30. quest. 1. capit. Sedes, & capit. ex tenore de rescript. capit. 1. de collus. de tege. cap. 2. de Dolo cum fufius adductis per *cardin. Jusf. conclusion. 474. littera. F. & per Cardos. in prax. Judic. & Advocat. in verb. Dolo numero 3.**

In quibus terminis bene videtur fundatum, quod asseverat *Cened. in quest. Canonic. capit. 21.* quatenus firmavit invalidum reputari matrimonium inter Incolas, alicujus loci, ubi receptum est Sacrum Concilium Tridentinum qui ex timore ne in matrimonium à consanguineis, & amicis contraherent, se matrimonium, in oppidum Franciæ, in quo tale Concilium, neque receptum est illud contraxerint non servat formam Sacri Concilii, & continuò ad proprios lares, & domicilium accessere, quod habui in facto personam cujusdam Magnatis, qui dum contrahere vellet matrimonium, cum quadam puella matrimonium, cum quadam puella non suæ conditionis, & ob id dubitans, ne impediretur à fratre, in Francia, se contulit, ibique matrimonium, absque solemnitatibus Sacri Concilii requisitis contraxit.

Ad cujus quidem matrimonii invaliditatem (reposita manifestâ fraude) pariter investigabam, quod Sacrum Concilium Tridentinum, ne dum annullat matrimonium contractum ex defectu formæ in eo constitutæ, sed etiam in personas verba dirigendo eas inhabiles ad sic contrahendum reddit.

Certique juris est, ut lex in personas verba dispositionis dirigens, comprehendat illas, etiam si fuerint extra Territorium jus dicentis.

Nam quemadmodum quantum ad contractus celebrationem attenditur locus contractus, *lib. heres absentes, & ibi DD. ff. de Jud. ita similiter lex Personis præscripta attenditur, ut habiles judicentur contrahentes, ubicumque contraxerint, unde illo casu lex porrigit vires extra Territorium, nec tunc attenditur lex alterius loci, ubi contractus venit ad ipsas personas applicandus ad textum notabilem in *capit. cum olim de cler. conjug. ubi Abb. numero 1. & in capit. clericis numero 11. vers. si vero Sta.**



## De Privileg. Miserab. Personarum. 219

Statutum respicit personam de foro competenti & ita probant *Alex. cons. 41. numer. 5. vol. 5. Dec. cons. 206. numer. 5. Pui. dec. 363. lib. 3. Gabr. cons. 1. numer. 7. vol. 1. id reputans verum, ne dum quando absolute, sed etiam quando respectu certæ solemnitatis personam inhabilitat lex, vel Statutum.*

Igitur cum lex Consilii fuerit promulgata, & recepta in hisce Regionibus, in quibus contrahentes habebant domicilium, nullibi potuisse ipsos contrahere, nisi servatâ formâ Sacri Concilii dicebam, & sic fuit in hujusmodi casu in Curia Archiepiscopali hujus Civitatis Neapolis tempore Eminentissimi Cardinalis Carafæ pronunciatum.

### PRIVILEGIUM XVII.

#### ARGUMENTUM.

Cessio facta Miserabilibus Personis, non præsumitur simulata.

*Ad ornatum Text. in l. Dolum, C. de Dolo.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Cessio facta miserabilibus personis, non præsumitur simulata.
- 2 Fraus in dubio non præsumitur, & vide numer. 3.
- 4 Cessio facta conjuncta personæ non præsumitur simulata.
- 5 Delictum in dubio est excludendum.
- 6 Cessio quando præsumatur simulata.
- 7 Alienatio rei Ecclesiæ non præsumitur simulata, si alienans reperitur possidere post alienationem ipsam, sed correspondeat emptori de fructibus, & ita consuluit Author.
- 8 Ecclesia, quando dicatur potentior, remissive.
- 9 Ecclesia dicitur potentior, quando habet potestatem super eum, contra quem fit cessio, alias secus.
- 10 Potentior dicitur ille, qui Reipublicæ administrationi admotus publico officio fungitur.
- 11 Nobilitas potentiores homines facit.
- 12 Jurisdicctio quam quis habet, facit hominem potentioorem.
- 13 Divitiæ faciunt quem potentioorem.
- 14 Familiaritas, seu commensalitas reddit potentioorem.
- 15 Potentia consideratur ratione fori.
- 16 Clericus pauper ratione fori, etiam divite laico est potentior.

Regula fit, non præsumi cessionem simulatam, & fraudulentam, quoties illa fit Miserabilibus Personis sed potius præsumitur factam ob causam piam, et voluerunt *Afflict. in constit. Regni statuimus col. 7. quæst. 6. & Troy. in rit. M. C. V. 290. n. 7. quos in facto sui sequutus, noviter Illustrissimus Episcopus Riccius in collect. 2556. in fin. Conducit generalitas Regulæ, quia in dubio fraus, & simulatio non præsumitur, l. dolum, C. de Dolo. fusè *Maicar. de prob. concl. 512. & latè Il. Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.**

Illustriss. Episc. Riccius in decis. Cur. Archiep. Neap. 167. part. 2. affluenter *Farinac. in fragmentis crimin. par. 1. numer. 185. cum seq. Paschal. in suo tract. de patr. potest. cap. 2. par. 2. numer. 91. in fin. ubi in terminis generaliter scribit, fraudem non præsumi in cessione, sed bonam fidem nisi contrarium probetur, allegat Jo. de Amic. in cons. 24. vers. non obstat. ultimo, & Caravit. in rit. M. C. V. 228. num. 6.*

Unde valere jurium cessionem principaliter factam personæ conjunctæ, & non præsumi simulatam, & fraudulentam, sed potius censeretur factam ob causam sanguinis consultus mensibus elapsis respondebam, ex *Dyn. in l. patrem, ff. quæ in fraud. credit. Cyn. & Bal. in l. penult. C. mandat. consanguinitas enim facit cessare dolum, & fraudem Bart. & Dec. in l. transactionem, C. de transact. Bal. in l. 1. C. si quis aliquem testat. prohibuer. Dec. in cons. 36. vol. 1. & in dubio debemus excludere delictum vulgata l. merito, ff. pro socio.*

Est tamen observandum, & advertendum cessionem præsumi simulatam, secundum *Caravit. in d. rit. M. C. V. 228. num. 12.* quando agitur in rei veritate, quod lucrum sit cedentis licet aliud appareat, ex *glos. in cap. diversus, C. diversas, C. de mandat. Rot. in novis in decis. 1. de alienat. judic. mutand. caus. facta vide in materia Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. de actionib. vel quoties cessionarius est homo litigiosus, & solitus talibus implicari, aut quando nulla alia ratio potest dari, quare cessio fuit facta, nisi ut reus vexetur, vel si ille, qui cedit, remanserit in possessione rei certæ, ex noviter traditis per Illustrissimum Episcopum *D. Riccium in sua praxi resol. 21. p. 2. ubi tractat si alienatio rei Ecclesiæ præsumatur in fraudem, ac simulata, quando alienans reperitur possidere post alienationem ipsam, quem juris articulum, cum ego habuissim in facto dicebam, alienationem ipsam non præsumi in fraudem, præsertim quia mihi proponebatur venditorem correspondere emptori de fructibus, quo casu in fraudem alienationem non esse factam, demonstrant *Bart. in l. post contractum, num. 4. ff. de donat. & in l. sicut, §. super vacuum, ff. quib. mod. pign. solvat. Rimin. Sen. cons. 69. vol. 1. & Crot. cons. 141. num. 11. quos recensendo sequitur præfat. Illustrissimus Episc. D. Riccius loco mox citato & alia huc conducuntia, vide in praxi elect. fori qu. 14. à num. 5. cum seq. 4. in moderna editione.***

Sed Ecclesia, an & quando dicatur potentior, ut ei prohibeatur fieri cessio jurium, vide *Genuens. in pract. Eccl. qu. 144. ubi quod eo tantum casu Ecclesia dicatur potentior, quando habet potestatem, ut per eum, contra quem fit cessio, alias secus, & nota ad effectum, ut dicatur prohibita cessio, quod potentior dicitur ille, qui Reipublicæ administrationi admotus publico officio fungitur, l. fin. C. quod met. caus. l. unic. C. si quacunque prædit. potest. l. unic. C. de his, qui potior nom. Afflict. in tract. de jur. cong. §. 5. num. 2. *Rebuff. tom. 2. leg. Franc. tit. de cess. in glos. 8. pag. 459.**

Secundo, nobilitas potentiores homines facit, l. 1. C. de dignit. ubi *DD. & Rebuff. d. glos. 5. sic intelligens illud Ecclesiastic. c. 8. non litiges cum homine potente, ne forte incidas*

incidas manus illius, contrarium tamen voluit, *Mench. conf. 28. num. 47.*

<sup>12</sup> Tertiò, jurisdicção quam quis habet, hominem facit potentiorum, ut tradit *Gomez. super regul. Cancell. q. 1. de subrog. coll. pag. 359. ad fin. cum seq. Cravet. conf. 205. num. 43. Roman. conf. 518. Menoch. conf. 28. num. 47.*

<sup>13</sup> Quartiò, divitiarum reddunt quem potentiorum, *6. 2. & §. si veri, Auth. ut omnes obed. Judic. Provinc. coll. 5. Alberi. in rubri. C. ne licen. poten. tex. in l. 1. C. eod. ibi quam potentiorum dominorum opibus, Nobilibus enim comparantur divites, l. Nobiliores, C. de commerc. & mercat. non contendens cum locuplete viro, ne forte contra te constituat litem, tradit *Rebuff. loc. cit. Menoch. d. conf. 28. num. 47. vol. 1.**

<sup>14</sup> Quintò, familiaritas, seu commensalitas reddit, quem potentiorum, *l. fin. in fin. C. quod met. caus. Rebuff. d. gl. 5. in fin.*

<sup>15</sup> Sextò, consideratur quis potentior ratione fori, si forte sit Scholaris, Clericus, aut Religiosus, *Collectarius cap. 1. in fin. de alien. jud. Gomez. d. qu. 1. Rebuff. tit. de cess. glos. 2. pag. 454. Gabr. tit. de act. lib. 2. conclus. 5. Menoch. conf. 28. num. 48. cum seq. Clar. lib. 4. §. emphyteusis qu. 22. Cephal. conf. 223. num. 42. licet Hostiens. in summa de cessio. act. §. 1. intelligit Laicum Clerico potentiorum esse, per cap. fin. de reb. Eccl. non alien. ibi laicæ potestatis, quia Laici sunt magis terribiles, cap. Laici 2. quæst. 7. Gomez. d. quæst. 1. vers. dicitur etiam, Paris. lib. 4. conf. 96. num. 16. & Duenas reg. 88. ampliat. 4. Rebuff. d. glo. 2.*

<sup>16</sup> ar. 1. ubi eam sententiam reprobatur, asserens, Clericum etiam pauperem ratione fori etiam divite laico esse longè potentiorum, quæ tamen opinio satis tuta non est, admitti tamen potest eo tantum casu, quo Clericus jurisdictionis privilegium dominum coercere potest, ex *Suarez alleg. 19. in pr. Duen. reg. 88. ampliat. 4. Rota in novis dec. 177. quam ad hoc citare voluit Cravet. conf. 205. in fin. vol. 1. quo etiam loco Rom. adducit conf. 518. Mandos. de resignat. gratiæ verb. cessiones fol. 14. ad fin. & latius de his vide in for. quæst. 81. part. 1. maxime in moderna editione.*

### PRIVILEGIUM XVIII.

#### ARGUMENTUM.

Sententia favore Miserabilium Personarum est exequenda, non obstante appellatione.

*Ad limitationem Tex. in l. 1. ff. ad Turpilianum.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Exequutio sententiæ non retardatur favore miserabilium personarum non obstante appellatione.
- 2 Appellatio extinguit pronunciatum.
- 3 Exequutio sententiæ non retardatur, quando de salute anima tractatur, non obstante qualibet appellatione, & supplicatione.
- 4 Executio sententiæ non retardatur in causa mercedis.

**R**egula sit, non esse retardandam sententiæ executionem favore miserabilium personarum, non obstante appellatione interpositâ, ita novissime *Gratian. in discept. forens. c. 665. vol. 4.* nam licet appellatio extinguat pronunciatum, *l. 1. in fine, ff. ad Turpill. Scaccia de appell. quæst. 3. num. 82. cum seq. Illustrissimus Episcop. D. Riccius collect. dec. collect. 168.*

Tamen aliud est in causis miserabilium personarum, quarum favore res non recipit dilationem, & mandatur executioni sententiæ, prout etiam quando de salute corporis, seu animæ tractatur, non obstante quacumque supplicatione, vel appellatione, *l. fin. ff. de appell. recipiend. c. fin. 2. quæst. 6. Novell. de dor. privil. 7. par. 9. num. 3. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 829. Cacher. dec. 25. num. 20. Lup. in c. per vestras de donat. inter vir. & uxor.*

Et sic pariter videmus in causa mercedis, <sup>4</sup> in qua sententiæ exequutio non debet retardari, quæ est miserabilis, & debetur, operariis etiam de jure divino, cum sit opus pium, & spirituale, *Redoan. de Simon. mentali part. 2. num. 5. cap. 25. Gratian in dec. Marchia 53. ubi etiam, quod regulariter non obstante appellatione est faciendâ exequutio sententiæ qua condemnatur, quis ad solvendum salarii famulis, ex latè traditis per *Rebuff. de sentent. provisional. art. 3. glos. 7. num. 1. Anna sing. 42. Illustrissimus Episcop. D. Riccius in collect. decis. collect. 168.**

### PRIVILEGIUM XIX.

#### ARGUMENTUM.

Legatum factum Miserabilibus Personis, licet sit incertum substatinetur.

*Ad ornatum Text. in l. id, quod pauperibus, C. de Episcop. & Cleric.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Incertitudo respectu quantitatis, vel rei legatæ, vitiat legatum, sic etiam incertitudo persona, num. 3.
- 2 Incertitudo vitiat omnem dispositionem.
- 4 Legatum factum miserabilibus personis substatinetur, licet fuerit factum incertis personis.

**R**egulariter, incertitudo respectu quantitatis, vel rei vitiat legatum *l. Titia cum testamento in princ. ff. de legat. 2.* sicuti etiam vitiat stipulatio *l. ita stipulatus, & l. triticum, ff. de verb. oblig. incertitudo enim vitiat omnem dispositionem, ut latè probat *Marsil. in rubr. C. de probat. num. 359. & tandem quæ 3* dicimus in incertitudine rei legatæ, sortiuntur effectum etiam in certitudine personæ, cui relictum est, nam ea debet esse certa, aliàs non substatinetur legatum, *l. Paulus la 2. ff. de reb. dub. l. si ita fuerit legatum post princ. de reb. dub. l. qui plures, ff. de usufruct. legat. l. cum ex pluribus, ff. de manumiss. testam. late**

## De Privileg. Miserab. Personarum. 221

latè *Mantic. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 18.*

4 Benè verùm aliud est in legato factò miserabilibus personis, quia sublinetur, quamvis incertis personis fuerit relictum, *vigore text. in l. id, quod pauperibus, C. de Episc. & Cler. ubi legatum factum pauperibus in genere valet, quod alias non valeret ratione incertitudinis, Tiraquell. de privileg. piæ causæ privil. 86. Beninc. in tract. de paupert. qu. 9. special. 3. Surd. alios adducens de alim. privileg. 17. nu. 5. novissimè Illustriss. Episcop. D. Riccius in collect. dec. collect. 226. incertitudo enim paupertatis favore, adhuc actum non vitiat, Guttier. de juram. cap. 64. part. 1. Mantic. dec. 234. num. 10. Buccaron. de different. inter Judic. civil. & crim. differen. 100. num. 78.*

### PRIVILEGIUM XX.

#### ARGUMENTUM.

Legata facta Miserabilibus Personis præsumuntur contemplatione miserabilitatis relicta.

*Ad limitat. Doctrina Bar. in l. pen. ff. quib. ad libert. proclam. non licet.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Legatum præsumitur factum contemplatione ejus, cui fit.
- 2 Legatum factum miserabilibus personis, censetur factum ratione miserabilitatis.
- 3 Legatum factum Episcopo, censetur factum contemplatione Ecclesiæ.
- 4 Legatum factum Canonicis, similiter contemplatione Ecclesiæ dicitur factum.
- 5 Legatum relictum consanguineo pauperi, censetur factum ratione paupertatis.
- 6 Legatum, & dispositio censetur facta in causam favorabilem, & magis piam tendentem in beneficium disponentis.
- 7 Donatio facta Ecclesiæ præsumitur propter Deum facta.
- 8 Animo censetur rebus anteponenda.
- 9 Dubia in meliorem partem sunt intelligenda, Tutior via in dubio est eligenda, *ibidem.*

1 Regulariter legatum præsumi factum contemplatione ejus cui fit generaliter loquendo admonuit, *Bar. per illum tex. in l. pen. ff. quib. mod. ad libert. proclam. non licet, sequitur Mantic. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 2.*

2 Tamen ubi legatum est miserabilibus personis, tunc mihi suadeo factum fuisse ex causa miserabilitatis, non autem contemplatione alterius causæ privatæ, ut exempli gratiâ, si fuerit relictum aliquid Antonio, qui est miserabilis persona, censetur relictum ex causa miserabilitatis, non autem uti Antonio ex alia causa privata, nam in dubio intuitu animæ, & non personæ dicendum est fuisse factum legatum, *Sylvest. in verb. legatum il primo, q. 10. Mantic. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 5. tit. 5. in fin. Covar. in c. 1. num. 12. de test. Sanch. in Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

*summ. moral. l. 4. c. 11. num. 31. post Bart. in l. pater. §. Tusulanus de leg. 3. Abbas in cap. nos quidem de testam. & sic videmus in legato factò Episcopo, quod censetur potius contemplatione Ecclesiæ ei relictum, quam sui ipsius, ut probatur, ex c. pacificus 12. q. 7. & c. requisisti de test. §. interdicimus in Auth. de Ecclesiast. it. facti, Text. in l. civibus. ff. de reb. dub. & in l. annua, §. a Titio, ff. de leg. Mascari. alio allegans concl. 968. num. 2. ubi ampliatur etiam si expressa tantum nomine proprio Episcopi relictum sit; Et pariter ita videmus in legato factò Canonicis, quod præsumitur factum contemplatione Ecclesiæ, non autem ipsorum, adnotata per Bart. in d. l. civibus. nu. 3. arg. l. annua, §. 1. ff. de ann. leg. ubi etiam ita sequitur *Cuman. & Castr.* hancque communem opinionem testatur *Barb. cons. 1. col. 16. vol. 4.* & ita scribunt plures relati per *Covar. in c. requisisti num. 10. de test. Mantic. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 22. & Men. de præf. lib. 4. præf. 113. ex num. 5.* quamvis ipsi contrarium defendant, licet hanc nostram opinionem tuteantur, *Dilect. de arte testandi tit. 6. caut. 7. Facch. lib. 5. controuv. jur. c. 42. Abb. in cap. ex literis num. 8 de probat.**

Juvat hanc partem, quod legatum relictum consanguineo pauperi, censetur potius factum ratione paupertatis, quam consanguinitatis, *Jaf. cons. 183. col. 3. vers. septimo alias lib. 2. Caphal. cons. 216. nu. 24. & 25. lib. 2. Everard. loco arg. de libert. ad piam caus. in fin. fol. 38. Men. de præf. lib. 4. præf. 115. n. 9. in fin. jux. ea, quæ in simili scripserunt Bald. & Fulgos. in l. l. go tibi decem, §. si patrus, ff. de pact. Innoc. & Comens. in l. quod ducitur, ff. de verb. oblig.*

Tandemque pro ipsa opinione considerare etiam debemus, quod in dubio legatum præsumitur factum in causam favorabilem, & magis piam tendentem in beneficium, & utilitatem disponentis, unde donationem factam Ecclesiæ præsumi propter Deum factam, & non alia de causa, firmat *Abb. in c. verum post n. 2. de condit. apposit. arg. c. requisivisti de testa. refert Corset. sing. 60. sequitur Menoch. cons. 95. n. 24. & post illos Mascari. de prob. concl. 556. quia ista tendit in favorem animæ. quæ cæteris rebus anteponenda est, l. sancimus C. de sacrosan. Eccl. Guttierrez in repetit. l. nemo potest num. 486. ff. de legat. 1. Antonin. variar. resolut. lib. 2. cap. 37. Tusi. concl. 333. lit. A. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tit. 28. num. 10. lib. 13. tom. 2.*

Et pungit, quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda, *l. cum creditor, ff. de furt. l. proximè, & ff. de his, quæ in test. delent. Aldrete de Religios. disciplin. tuenda lib. 2. cap. 4. nu. 23. Molin. de rit. nupt. lib. 1. comparat. 16. n. 2. & in dubio tutior via est eligenda, l. si fuerint, §. fin. ff. de reb. dub. c. juvenis de sponsal. c. ad audientiam de homicid. Roderic. in summa tom. 2. c. 51. num. 6. concl. 4. Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 41. nu. 9. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 16. nu. 30. cas. 1. & lib. 6. c. 2. nu. 16. Salas 12. qu. 21. tract. 8. disput. unic. sect. 17. num. 252.*

PRIVILEGIUM XXI.  
ARGUMENTUM.

Primum Testamentum solemnne ad pias causas, tollitur per secundum minus solemnne, in quo fuerunt institutæ Miserales Personæ.

*Ad ornatum Doctrina, Bart. in l. heredes palam, §. si quis post ff. de test.*

SUMMARIUM.

- 1 Testamentum primum solemnne ad pias causas revocatur per secundum, licet non sint in eo solemnna, quæ in primo & n. 3. Maxime si in secundo sint minora onera, quam in primo in favorem piæ causæ num. 7.
- 2 Solemnitas major non inducit perfectionem majorem.
- 4 Testamentum inter liberos secundum revocat primum solemnne, licet illud sit minus solemnne.
- 5 Actus acquisitus per privilegium idem operatur, quod id quod est concessum de Jure communi.
- 6 Testamentum primum solemnne revocatur per secundum solemnne, in quo fuerunt institutæ miserales personæ heredes.
- 8 Liberatio ab oneribus, & legatis facta in secundo testamento, operatur, ut illud sit magis favorabile, quam primum.

**R**egula est à veriori, & magis communi per Doctores opinione recepta, quod primum testamentum solemnne ad pias causas revocatur per secundum minus solemnne etiam ad pias causas cum sufficiat, quod istud secundum sit perfectum in sua specie, & habeat sua substantialia requisita ad sui ipsius perfectionem, quamvis primum contineat plures solemnitates, nam major solemnitas non inducit majorem perfectionem ubicunque utrumque est perfectum quoad solemnitatem necessariò requisitam, quasi solemnitas superflua, & non necessaria non attendatur, juxta doctrinam Bart. communiter in proposito approbatam in l. heredes palam, §. si quis post n. 3. vers. sed dubium est, ff. de test. Fas. in l. si ita sit scriptum, alias incip. si ita sit ad scriptum, & nu. 28. ff. de leg. Dec. in l. nihil tam naturale 35. nu. 5. & ibi Cagnol. num. 7. ff. de reg. jur. cum aliis per Magdalen. de num. test. in testam. requis. cap. 16. nu. 235. lib. 1. fol. 224.

Et ita in specie, quando sunt duo testamenta ad pias causas, quod secundum prævaleat, quamvis sit minus solemnne primo magis solemnni, latè concludit Castr. cons. 362. alias 327. num. 1. & 2. lib. 1. quem sequitur Alex. in l. hac consultissima ex imperfecto num. 11. de test. & cons. 13. num. 3. lib. & cons. 246. n. 13. lib. 2. cons. 105. num. 8. ad med. vers. ad duo, quod lib. 4. ubi etiam allegat Burr. in c. in præsentia, ex his deciditur de probation. Ang. in §. & si quidem num. 4. vers. sin autem secundum Auth. de test. Rom. cons. 385. n. 1. ad med. ubi Mend. in verb. numerus in fin. testatur de magis communi, Dec. cons. 365. n. 1. & in d. l. nihil, tam

naturale 35. n. 6. ff. de reg. jur. ubi etiam adducit Barbat. cons. 42. col. 4. lib. 3. Covarr. in rubr. de test. p. 2. n. 3. ad med. fol. 3. Fas. in l. si ita sit scriptum 14. n. 29. ff. de leg. 1. Succ. jun. cons. 144. n. 42. in fin. usque ad 47. lib. 2. Sylvestr. in summa in verb. test. il primo quaest. 6. vers. quantum, Magdalen. de num. testium in test. requisit. cap. 16. lib. 1. num. 232. fol. 174. post Zunt. qui latè multa cumulat, & hanc opinionem tanquam magis veram, & receptiorem defendit in respons. pro ux. num. 523. cum seq. Tiraq. de privileg. piæ caus. priv. 2. in princ. & privil. 53. Grat. cons. 90. num. 2. lib. 2.

Prout etiam videmus, quod secundum testamentum minus solemnne inter liberos, si est validum de jure speciali, revocat primum etiam inter liberos, quod habet solemnitates de jure communi, cum sufficiat, quod istud secundum sit perfectum, & validum de jure civili, & ex speciali Privilegio, Paris. cons. 34. num. 58. in fin. lib. 2. Soc. jun. cons. 144. nu. 34. usque ad fin. lib. 2. Menoch. cons. 1015. n. 5. lib. 11. cum aliis per Gabr. de test. concl. 7. n. 1. fol. 203. Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 4. n. 17. in fin. vers. sed tamen hoc non videtur sufficere fol. 117. latè Magdal. d. n. testium in test. requisit. lib. 1. c. 16. numer. 230. cum seq. post Zunt. qui omnibus respondet in respons. pro ux. nu. 613. & 693. usque ad 722. Vasq. de success. creation. lib. 3. §. 27. limit. 7. nu. 65. fol. 8. & de magis communi testatur Rot. per Seraph. dec. 282. num. 7. generale enim est in omnibus voluntatibus, quod tantam vim habeat testamentum validum de jure speciali ad tollendum primum, quantum validum de jure communi, ut alias privilegium concessum in certis casibus de condendo testamentum sine solemnitatibus sit inutile, cum etiam idem operetur actus acquisitus per privilegium, quantum ille, qui acquiritur de jure communi, maxime quia licet in posteriori voluntate intervenit minor solemnitas, tamen adest jus potentius, quod deficit in prima, videlicet, quod in testamento attenditur ultima dispositio, quam præponderat solemnitati præcedentis voluntatis, unde non est mirandum, si actus validus de jure speciali tollat primum magis solemnne, ita per prædicta copiosè concludit Alex. cons. 146. num. 13. lib. 2. & cons. 113. num. 3. lib. 7. jux. glo. in §. ex eo in verb. perfecto inst. quib. mod. test. infriment. Covarr. in rub. de test. nu. 1. p. 2. Soc. jun. cons. 144. num. 32. lib. 2. Dec. cons. 475. Caph. cons. 73. num. 2. & 3. lib. 1. ubi ampliat, quamvis secundum valeret tantum de jure prætorio, & licet posterius testamentum non sortiretur effectum, dummodo fortiri potuerit, Alex. in l. si quis antea conduxit num. 8. de acquir. possess. Castr. in l. cum in secundo num. 4. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test.

Quare, cum in facti contingentia fuisset conditum quoddam testamentum ad pias causas, cum omnibus solemnitatibus de jure requisitis, & deinde esset conditum aliud minus solemnne, in quo fuit institutum quoddam Conservatorium puellarum virginum, & aliarum miserabilium personarum, ubi plura opera charitatis exercentur, ut mihi suppositum fuit, dixi consultus, primum testamentum, etsi solemnitatibus juris vallatum, esse sublatum per istud secundum, & consequenter istud Conservatorium præferri alteri

## De Privileg. Miserab. Personarum. 223

alteri piæ causæ institutæ, eò magis, quia in hoc secundo testamento aderant pauciora legata, quam in primo, ex quo minus gravata veniebat pia causa instituta, si attendere-  
mus secundum testamentum, quam si primum non revocatum fuisse censeremus, quo enim stante semper primum dicitur revocatum per secundum, quamvis minus solem ne *Socc. conf. 163. col. pen. lib. 2. Alex. conf. 105. col. 4. libr. 4. Cravett. conf. 152. n. 12. Roer. dec. 140. n. 11. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 2. nu. 19. Crass. in §. testamentum q. 86. n. 7. & 8. & voluit Rota Romana in una Avenionen. legati 10. Decembris 1578. coram Eminentissimo Card. Seraphino, & alia Avenionen. hereditatis 27. Novembris 1589. coram eodem, quia dicitur magis favorabile piæ causæ secundum testamentum, quam primum propter liberationem ab oneribus, & legatis, in quibus minus gravatur *Rimin. sen. conf. 11. num. 13. 14. & seq. lib. 1. Sim. de Petr. de interpret. ult. volunt. dub. 2. lib. 4. num. 4. & 5.**

4. *C. de priv. dot. & in l. ex quib. C. qui pot. in pi. gn. habeant.*

Ultra quod legata pia ante omnia solvenda sunt tanquam æs alienum, & de eo quod superest solvuntur legata non pia, ut post plures antiquiores firmant, *Surd. conf. 200. nu. 7. vol. 2. & de alimentis privil. 30. n. 3. Bertacch. in tr. de Episcopo p. 4. lib. 4. n. 84. latè Genuens. in pract. Eccl. qu. 329. tricen. 111. latissime optime hanc opinionem defendens Molfes. in suo conf. 13. post comment. ad Consuet. Neap. licet contrarium referat decifum in Curia Archiepiscopali Neap. Illustrissimus Episcop. D. Riccius in decif. 221. part. 1.*

Et congruit, quod de legato dotis non sit talis defalcatio l. 2. & ibi *Bart. ff. de privil. cred. sed tanquam æs alienum deducitur, & validum est argumentum de dote ad piam causam, c. 1. §. donare, qualiter olim feudum pot. alien. Bart. in l. si ego, ff. de jur. dot. Everard. latè in loco de dote ad piam causam, ut etiam alimentorum non patitur hanc diminutionem, Ang. in l. doli clausula, ff. de verb. oblig. quem allegat Bertacchin. in d. tr. d. Episcopo lib. 4. par. 4. n. 85. Surd. de aliment. priv. 30. n. 3. & validum est argumentum de alimentis ad piam causam, cum eadem ratio militet, nam causa alimentorum est pia, favorabilis, l. Mela. & ibi glos. & Bar. de aliment. & cibar. leg. Everard. in loco ab alimentis ad piam causam, Catiunc. in topic. leg. in 14. specie loco a simili Mat. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 22. & noviter de caciis, & ambiguis convent. lib. 13. tit. 12. num. 1. quare idem dicendum est in casu nostro.*

### PRIVILEGIUM XXII.

#### ARGUMENTUM.

Legatum factum Miserabilibus Personis pro anima, non patitur diminutionem pro rata, etiam si vires matrimonii non sufficiant ad solvenda omnia legata non pia.

#### SUMMARIUM.

- 1 Legata, si transcendant vires hereditatis, fit cuiuslibet legatario diminutio.
- 2 Legata non debentur ultra vires hereditatis.
- 3 Legatum factum miserabilibus personis, non patitur diminutionem, si vires Patrimonii non sufficiant.  
Præferri illi debent, qui habent causam favorabiliorem, ibid.
- 4 Legata pia ante omnia solvenda sunt tanquam æs alienum.
- 5 Legatum dotis non patitur diminutionem, si vires patrimonii non sufficiunt, & idem est in legato alimentorum, num. 7.
- 6 Argumentum de dote ad piam causam valet, sic etiam de alimentis, num. 8.

### PRIVILEGIUM XXIII.

#### ARGUMENTUM.

Donatio facta Miserabilibus Personis, late est interpretanda.

Ad limitationem Text. in l. Filiusfamilias, ubi Glos. ff. de Donat.

#### SUMMARIUM.

- 1 Regulariter, quod, quando legata transcendunt vires hereditatis, fit cuiuslibet legatario diminutio pro parte, & de eò quod remanet facta diminutione detrahatur Falcidia, l. si quis testamento, §. apud Jul. ff. de leg. 1. l. si post missionem, & in l. ratione. §. quod vulò, ff. ad l. Falcid. l. si verò composita, §. 1. ff. de test. milit. & ratio est, quia legata non debentur ultra vires hereditarias, ut in l. 1. §. 1. ubi *Alex. n. 3. & 4. ff. de cond. indeb. ubi etiam Jaf. Franch. decif. 236.*
- 2 Tamen ubi legatum esset relictum pro anima miserabilibus personis, tunc eis deberetur integrum, & non fit diminutio pro rata, cum in concursu legatariorum sint præferendi habentes causam favorabiliorem, & magis piam, ut probat, *Text. in l. privil. ubi glos. communiter, & DD. ff. de priv. cred. Bart. in l. 1. n. 30. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*
- 1 Donatio strictè est interpretanda.
- 2 Donatio in dubio non præsumitur.
- 3 Donatio facta miserabilibus personis late est interpretanda.
- 4 Concessio Castri, & Terræ facta Ecclesiæ, continet merum, & mixtum Imperium.
- 5 Munificentia Principis freno non subjacet.
- 6 Apices juris non attenduntur, ubi agitur de salute animæ.
- 7 Leges penales, quæ subditorum animæ consulunt sunt favorabiles, & extenduntur.

Regulariter, donatio strictè est interpretanda, & porrigit vires suas quo ad specificata tantum, cum donare sit perdere, l. Filius, in pr. ubi glos. & Bald. n. 2. ff. de don. Tiraq. in l. si unquam, C. de revoc. don. in verb. donat. largitus num. 206. ubi plura de hoc

## 224 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

*Mench. de arb. jud. cas. 88. lib. 2. & alii relati per Picum noviter de contractibus c. 7. num. 17. Surd. de alim. l. 6. q. 1. a nu. 4. cum seq. Rot. in Perusina donationis 21. Junii 1613. coram R. P. Canterio, ubi quod donatio, ideo non præsumitur in dubio, sed debet fieri alia interpretatio illam excludens, juxta latissimè tradita per Masc. ultra alios de prob. concl. 554. ubi est videre, addo Brun. à Sol. in compend. resol. in verb. Donare, Sese dec. 182 num. 6. Diez de Mena q. 23. num. 90. lib. 4. Mar. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 23.*

- 3 Tamen favore miserabilium personarum donatio facta eis latè est interpretanda, cum censeatur facta pro remissione peccatorum, etiam ad pios usus, donatio autem taliter facta latè interpretatur, *Genuens. in practicab. Eccl. q. 2. arg. l. sancimus, C. de sacros. Eccl. qua de causa firmat concessionem Castri, vel Terræ factam Ecclesiæ continere merum, & mixtum Imperium, quia donatio latissimè interpretatur, non solum propter personam donatoris, ut si est Princeps, cujus munificentia, & liberalitas freno non subjacet, ut l. donationes quas C. de don. inter vir. & ux. l. hac saluberrima, C. de agent. in reb. lib. 12. sed etiam propter personam donatarii, quæ est Ecclesia, arg. l. ut inter divinum, C. de sacros. Eccl. l. Titia §. Seja, ff. de aur. & argent. ligat. l. cum personæ, ff. de Relig. & sumpt. funer.*
- 6 Conducit, quod ubi agitur de salute animæ, non debent attendi apices juris, *Tiraq. de privileg. piæ causæ 164. Cavall. comm. contra comm. q. 71. num. 1. sed tutior pars est sequenda, l. sunt personæ, ff. de Relig. & sumptibus funer. c. consolidum de observat. jejuniorum, Navarr. in manual. prælud. 1. num. 1. cum seq. Riminald. conf. 258. num. 260. unde leges pænales, quæ subditorum animæ consulunt favorabiles sunt censendæ, & extendi debent Covarr. de sponsal. p. 2. cap. 6. in princ. nu. 12. Azed. in l. Hysp. 2. num. 4. tit. 1. lib. 5. 9. recopilat. Perez. in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 39. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 39. num. 5. & disput. 1. num. 8. lib. 3.*

*nis, fallit tamen favore Ecclesiæ, & alim. mentorum, num. 8.*

**R**egulariter, in facultativis nulla currit præscriptio, l. 2. §. deinde Marcellus, & l. si eo fundo, ff. de aqua plu. arcen. Ripa in l. quominus n. 132. ff. de sum. Balb. de præscript. in 4. p. 5. princip. q. 1. Menoch. de arbit. judic. cas. 160. num. 6. & seq. Thesaur. dec. 6. num. 3. DD. in l. si certis annis, C. de pact. latè Gabr. in concl. 10. & 11. de præscript. quos in facto tuit secuta Rot. Rom. in una Mediolanen. processio- nis Veneris 18. Aprilis 1614. coram R. P. D. Buratto, novissimè Grat. disc. forens. lib. 4. cap. 745. num. 83.

Quæ sanè conclusio, eò maximè procedit ubi agitur de concedenda manutentione, quæ in facultativis non datur, cum in illis non consideretur possessio, seu Statutus manutentionis, & per consequens, nec impartitur mandatum de manutendo, *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propr. Caval. dec. 286. & 438. num. 9. Beltram. in addit. ad Ludov. dec. 162. num. 16. Grat. forens. disc. c. 655. num. 49. Rot. divers. dec. 863. par. 4. Capblanc. pract. q. super pragm. 1. de Bavon. c. 6. tom. 2. Rota in Recent. dec. 565. p. 1. quæ in dec. 640. num. 3. par. 2. voluit, ex iis quæ fiunt, vel fieri solent, aut permittuntur jure facultatis, vel ex gratia aut voluntate Adversarii nullum quaeri jus, nec oriri possessionem, vel quasi, quæ sit attendenda, ut etiam fatentur Man. dec. 267. n. 2. Card. Tusc. concl. 32. n. 7. lit. Q. Pacific. de Salv. interdicto c. 6. n. 30. inspect. 1. Illust. rissimus Episc. Riccius in colle. dec. 1293. in fin.*

Unde non finè ratione Marta in dec. 229. voluit Hebræos solitos accommodare lectos concionatori non posse cogi semper ad illos præstandos, & ego in facto dicebam non esse obligatum quendam Primericum Diocesis Salernitanæ, ad assistendum in officiorum Divinorum recitatione in quadam Ecclesia, ubi solitus erat ire per spatium decem annorum, cum hoc non ex obligatione, sed voluntarie fecisset.

Conferunt pro corroboracione adducta per Pont. de spol. l. 2. c. 16. & novissimè per Postum in tract. de manutendo observat. 53. ubi ad futuritatem.

Tamen ubicumque versaretur favor miserabilium personarum, tunc præscriptum, & obligatio inducitur, pietatem enim inducit tales personas fovere, & omni meliori modo opitulari, & favore piæ causæ, vel Ecclesiæ, & talium miserabilium personarum inducitur præscriptio etiam in facultativis, ut fuit decisum in Rot. Rom. in una Segobien. cantorum Veneris 9. Decembris 1611. coram R. P. Mazonedo. & tradunt muti relati per Gabriel. in cit. conclus.

Inde facto requisitus de voto, dicebam quamdam Familiam solitam spontè quolibet anno in beneficium Pauperum in die Feslo omnium Sanctorum molere facere decem modios frumentis, & panem dispensare pauperibus Civitatis, ubi ipsa residebat, posse cogi ad illam elemosinam præstandam pauperibus, & egenis in illo die, nam quamvis ab initio fuisset præstatio voluntaria, ex diuturna consuetudine subsequuta, fuerat effecta necessaria, quia ipsa familia, ita faciendo per tot annos visa fuit velle inducere talem contine.

### PRIVILEGIUM XXIV.

### ARGUMENTUM.

In facultativis præscriptio, & obligatio inducitur favore Miserabilium Personarum.

*Ad ornatum Text. in l. 2. §. deinde Marcellus, & l. si eo fundo, ff. de aqua plu. arcent.*

### SUMMARIUM.

- 1 Præscriptio non currit in facultativis, & numer. 6. maximè ubi agitur de manutentione.
- 2 Hebræi soliti accommodare lectos, non possunt cogi ad illos præstandos.
- 3 Præscriptio currit in facultativis favore miserabilium personarum piæ causæ, & Ecclesiæ.
- 4 Solitus dare elemosinam in certo die, potest cogi ad illam præstandam, sed vide nu. 5.
- 7 Tempus non est modus inducendæ obligatio-

## De Privileg. Miserab. Personarum. 225

consuetudinem, & obligationem futurum, exortatis per *Abb. in cap. suam num. 7. & 8. demon. per Text. in cap. ex parte de censib. Car. dec. 99. num. 19. & seq. concordat Text. in privilegia in fin. C. de sacros. Eccles. & ibi Bi notat in fin. Felyn. in cap. Ecclesie Sancte Mæ num. 97. & in cap. cum M. num. 21. de coarut. & faciunt adducta per D. Riccium in pñ resolut. 509. part. 1. in magnis, ubi meritermat Parochum, cui consuetum est fieri elemosynam suis filianis, posse pro ea obtinenda agere.*

5 Quamvis noviter *Mofes. in sua summa Theol. moral. tract. 12. de contractibus cap. 3. r. 2. num. 243.* asserat, quod si Religiosi alijus loci solerent elemosinas facere sæcularibus pauperibus ejusdem loci, non daretur scriptio, ut cogerentur elemosinas continere, ex regula tradita, quæ enim sunt factis, nec consuetudine, nec præscriptione memorabili fieri possunt necessaria, ut quis cogatur illa adimplere, & sic in specie allegat *ital. in Clem. abusioibus num. 59. de pœnit. & remiss. ubi Bur. testatur de communi Marq. le Judæis part. 1. cap. 5. num. 7.* quod accidit annis elapsis inter Monasterium S. Laurentii prope Padulam cum Universitate prædicta, quæ tentaverat remedium Capitulum Regni, ut manu teneretur in possessione præfate elemosinæ adversus scripta per *R. de Pont. in cons. 44. vol. 2. qui causam suæ Terræ fovebat, licet hodie etiam talis elemosina illic dispensetur, ut vidi & sic observabatur in magnifica Terra Pisticii Provinciæ Basilicatæ, de quo laus D. Judex Tassonus in suo responso ad id æro pro juribus præfati Monasterii, ut in comm. ad Pragmat. de antephat. vers. 11. obs. 2. fol. 459.*

7 Et pro nostra opinione conducit, quod licet tempus non sit modus inducendæ obligationis, l. obligationem § placet autem, ff. de act. & obliq. & solutio facta per decem annos non inducit obligationem pro futuro tempore, l. scieris omnis C. de pact. sed necesse est allegare titulum & probare solutionem decennalem l. cum de inrem vers. ff. de usur. tamen aliud est favore piæ causæ, per text. in cap. Apostolica de Simonia, ubi laudabilis consuetudo favore Ecclesiæ est servanda, *Abb. in cap. veniens il primo de test. latè Cacher. d. dec. 99. novissime Genuens. in practic. Eccl. q. 478.* corroboratur similiter, ex *Tex. in l. 1. C. de fideic. ibi que D D. ubi si quis legatum alimentorum relictum in voluntate minus solemniter præstet tribus annis continuis, cogetur in futurum perseverare in solutione, ut latè profequitur *Surd. plures pro hac opinione cumulans de aliment. privileg. 22.**

### PRIVILEGIUM XXV.

#### ARGUMENTUM.

Stipulari quilibet potest in favorem Miserabilium Personarum absentium.

Ad limitationem *Tex. in l. stipulatio ista, § alteri, ff. de verb. oblig.*

#### SUMMARIUM.

1 Stipulari alteri per alterum non potest.

- 2 Stipulari etiam Matri, filius nequit.
- 3 Mater non potest stipulari pro filio.
- 4 Stipulari pro miserabilibus personis potest.
- 5 Stipulari pro pia causa, licet.
- 6 Stipulari licet pro absente in causa dotis.

**R**egulariter, stipulari alteri, nemo potest 1 cum sua principaliter non interest, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. §. si quis alii instit. de inutil. stipul. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 130. ita ut nec Matri possit quis stipulando acquirere, caveatur in l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. Alex. cons. 13. num. 5. vol. 1. DD. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. ut è contra, nec quæri potest filio per Matrem stipulantem, ut post alios quos allegat, firmat *Gabriel. conclus. 1. de verb. oblig.*

4 Tamen aliud est favore Miserabilium Personarum pro quibus potest stipulari per alterum pro qua quidem stipulatione quæritur eis actio, nam idem videmus in stipulatione facta favore piæ causæ, ut per *Bal. in l. illud num. 2. C. de sacros. Eccles. ubi scribit quod piis locis, & Ecclesiis absentibus quilibet stipulari potest, directis verbis allegat, Glos. in cap. quoniam cordis 1. quæst. 7. & absenti quæritur, quando missio sit intuitu divino ut per Tiraquell. alios allegantem de privil. piæ causæ privil. 115. Corta in memorab. incipient. absenti potest acquiri *Gabriel. alios cumulans d. concl. 2. num. 72. Card. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 14. tit. 25. num. 3.**

Et sic videmus in dotis promissione, quæ subsistitur ad favorem tertii alio stipulante, ut probat *Text. in l. Gallus. ff. solut. matrim. ubi Glo. notat in vrb. permittendum, & ibi sequuntur Bart. Castrens. & Imol. Dec. cons. 35. Novell. de privil. dotis. privil. 22. & vide Tiraq. de pia causæ. privil. 114.*

Quæ si procedunt in pia causa, & in dote, locum item habebunt in miserabilibus personis, quæ gaudent eodem favore, ut alias diximus.

### PRIVILEGIUM XXVI.

#### ARGUMENTUM.

Legata facta Miserabilibus personis debentur etiam hæreditate non adita.

Ad limitationem *Text. in l. eam quam C. de fideicommiss.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Legatum non debetur, non adita, vel repudiata hæreditate.
- 2 Legatum debetur miserabilibus personis, etiam hæreditate non adita.
- 3 Legata favore piæ causæ debentur hæreditate non adita.
- 4 Legatum alimentorum præstatur ante aditam hæreditatem.

**R**egulariter, legatum ut debeatur, necesse est prius hæreditatem adiri, l. si nemo ff. de test. tut. l. tertia, ff. de leg. 1. alias si hæreditas repudietur, legatum non debetur, l. si quis

quis omiffa, ff. si quis omiffa caus. test. §. eam quam C. de fideicom. l. veritas, C. eod. Alex. conf. 198. col. fin. vol. 7. Roman. conf. 428. Gomez. de testament. cap. 12. num. 11.

<sup>2</sup> Tamen favore Misericordiarum Personarum, quibus fiterat relictum legatum centum aureorum pro anima aliter consului, ut etiam hæreditate non aditâ illis deberetur; quæ sanè opinio recipit fundamentum, nam in simili favore piæ causæ introductum est, ut legata debeantur etiam hæreditate non aditâ, Bart. in l. 1. col. pen. versic. quarto quæro, C. de sac. Eccl. ubi Salyc. Fulgos. Aret. & alii Alexan. conf. 4. col. 7. vol. 2. Socc. conf. 216. n. 25. vol. 1. Lopus alleg. 19. n. 4. Mathesil. singul. 163. latè Tiraq. de priv. piæ causæ priv. 35. Cappell. Tholos. dec. 89. Boer. dec. 93. Peralta in l. omnia n. 16. ff. de leg. 2. Paz in l. 3. Tauri num. 876. Matienz. in l. 1. nu. 4. glos. 14. lib. 5. recopil. Diaz reg. 11. Gomez. var. 1. tom. c. 12. nu. 11. & alii plures relati per Cavall. in quæst. comm. q. 107. num. 2. latè Car. Tusc. concl. 109. & 110. in verb. legata piæ, noviter Illustrissimus Episcopus Riccius collect. decis. 215. novissimè Molfes. in summa tract. 13. de ult. vol. cap. 5. num. 176.

<sup>4</sup> Sic etiam videmus favore alimentorum sancitum, nam legatum pro alimentis debetur etiam ante aditam hæreditatem, ut per Corn. in d. l. eam quam n. 4. C. de fideicommiss. quem refert, & sequitur Cordub. in l. si quis a liberis, §. utrum nu. 26. ff. de lib. agnoscen. Ripa in l. 1. n. 17. ff. quorum leg. de quibus per Surd. de alim. priv. 12. n. 2. Inde cum ex facto casus accidisset, sic videtur praticari.

## PRIVILEGIUM XXVII.

## ARGUMENTUM.

Misericordiarum Personarum favore possunt Instrumenta reperta post conclusum in causa produci, data ipsarum negligentia.

Ad limitationem Tex. in cap. cum Dilectus de fide Instrumentorum.

## SUMMARIUM.

- 1 Instrumenta possunt produci post publicatas attestaciones, usque ad conclusionem; sed non postea num. 2. Quamvis incontinenti producantur num. 3. Licet post conclusum in causa favore misericordiarum personarum, valeant produci, num. 4.
- Idem est favore Ecclesiæ num. 5.

<sup>1</sup> Regulariter, post publicatas attestaciones utque ad conclusionem, possunt Instrumenta produci, vigore dispositionis, Text. in c. cum Dilectus de fide Instrum. sicque probant Grass. tom. 1. comm. opin. l. 4. t. 11. num. 163. Cavall. comm. contra comm. q. 650. Men. de arbitr. jud. cas. 241. Morla in empor. jur. civil. p. 1. t. 11. q. 4. Viv. dec. 235. Perez. in l. 6. t. 11. l. 3. Ordinarum, Bernard. Crav. ad practic. Camera Imperial. lib. 1. concl. 107. considerat. 3.

<sup>2</sup> Ità quod postquam fuit in causa conclusum Instrumenta in iudicio produci non possunt, Donat. à Fin. tom. 1. comm. opin. lib. 4. t. 11. n. 304. Mascari. de prob. concl. 925. ubi putavit

hoc axioma verum quamvis incontinenti post sententiam illa producantur ex Tiraquell. tract. tit. 2. §. 1. gl. 5. num. 23.

Tamen hoc non procedit adversus misericordias personas, quarum favore possunt instrumenta noviter reperta produci, etiam post conclusum in causa, nam sic videmus in p. 10. qui est misericordias persona, ità in terminis in l. admonendi, ff. de jur. Felyn. in d. cum Dilectus, versic. quinto limita, Boer. conf. 270. 19. quos novissimè refert, & sequitur Genuf. in practicab. Eccles. quæst. 231. ubi firmat etiam procedere favore Ecclesiæ, asserendo, de sententiam esse inter Ecclesiam, Pupillos, & Misericordias Personas, & alios, quia etiam tã negligentia admittuntur, ut in facto auri fuisse semel servatum in quadam Curia infanti hujus Regni.

Et plures casus, in quibus post conclusum in ea Instrumenta, & alia probationes admittantur habes apud Illustriss. Episcopum Riccium collect. decis. 85.

## PRIVILEGIUM XXVIII.

## ARGUMENTUM.

Sententia lata contra Misericordias Personarum retractatur prætextu Instrumentorum d. novo reperorum.

Ad limitationem Tex. in l. sub specie, de re jud.

## SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata contra privatum, non retractatur vigore Instrumentorum noviter reperorum, & si forte hoc fiat, non ipso jure fit, num. 2.
- Sed fallit favore misericordiarum personarum, num. 3. & 7.
- 4 Universitates restituuntur ob Instrumenta noviter reperta.
- 5 Sententia lata contra Ecclesiam ex spe idà favore retractatur ex Instrumentis noviter reperorum, & amplia, num. 6.
- 8 Instrumenta noviter reperta, quæ dicantur.
- 9 Sententia venit retractanda per testes noviter reperorum, sed quæ currere debeant, num. 10. 11. & 12.
- 13 Juramento allegantis probatur Instrumenta fuisse noviter reperta.

<sup>1</sup> Regulariter sub prætextu Instrumentorum noviter reperorum, sententia lata contra privatum non retractatur, l. sub specie, C. de re jud. l. sub prætextu, ubi DD. C. de rescript. Genuf. noviter in practic. Eccles. quæst. 181. & si forte retractatur, hoc non fit ipso jure, sed ope restitutionis, l. Imperatores, C. tit. de re jud. l. sub prætextu, C. de transact. juxta l. 2. ff. de jure jur. c. suborta de re jud. Marsil. conf. 82. num. 5. Socc. jun. conf. 128. num. 158. vol. 1. Cavalc. dec. 14. sub num. 31. p. 1.

Tamen aliud est favore misericordiarum personarum, nam sententia lata contra ipsas retractatur ex prætextu instrumentorum noviter reperorum.

Idque



## De Privileg. Miserab. Personarum. 227

Idque apparet evidenter, nam pupilli audiuntur adversus sententiam latam per Instrumenta noviter reperta, *gl. in d. l. sub specie, & in d. l. sub pretextu, & d. l. Imperatores*, ubi *Jas. num. 8. Castrens. in l. admonendi num. 11. de jurejur. Bart. in l. unic. num. 7. C. de sentent. advers. fisc. latè Anguisol. conf. 15. nu. 2. Franc. Marc. decis. 312. p. 2. quos refert, & sequitur noviter Caroc. de except. except. 49. num. 12. asserens num. 13. idem procedere in prodigis furiosis, & aliis personis, quæ per alios reguntur, ex Bart. in d. l. Imperatores n. 1. ubi *Jas. nu. 9. & Alex. testatur esse communem opinionem, Curt. in d. l. admonendi num. 18. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 132. Cremens. & ibi addit. singul. 119. Felin. generaliter loquens in omnibus, qui per alios reguntur in cap. suborta num. 17. de re jud. & ita**

4 similiter Universitates restituuntur, etiam circa hoc factum instrumentorum noviter repertorum jure minorum, *Jas. in l. ut inter num. 16. ff. de re jud. Foller. ad Marant. in verb. appellatio, §. quandoque num. 97. Brun. conf. 87. nu. 33. Grav. ad vestr. lib. 8. c. 5. num. 22. & servatum dicit Grot. in conf. 145. num. 22. de communi Rolan. conf. 90. num. 27. vol. 1. & conf. 68. num. 22. vol. 3. sicque pariter videmus in*

5 Ecclesia, nam sententia lata contra ipsam, ex speciali favore retractatur, pretextu Instrumentorum de novo repertorum, *ut per glos. & Bart. in d. l. Imperatores, Odd. de restit. in integr. quest. 75. art. 2. Peregr. de jur. fisc. lib. 7. tit. 4. sub num. 3. Genuens. in practicab. Eccles. quest. 18. Carocc. ubi supra num. 9 ubi*

6 alios allegat, asserendo num. 10. idem procedere in cautis spiritalibus, *ex Socc. post Innoc. in regul. 447. fallent. 5. & idem in causis piis, ex Peregr. de jur. fisc. d. lib. 7. tit. 4. sub num. 3. qui ita dicit etiam procedere in causa dotis.*

Et non dubium, Pupillos, Furiosos, Prodigos, & Ecclesiam, de quibus supra inter miserabiles personas reponi, ut late suo loco in *sect. 2. nostræ praxis elect. & variat. fori* dictum est, quare clara remanet conclusio, sententiam latam contra istas miserabiles personas, ex speciali favore posse retractari pretextu Instrumentorum de novo repertorum, ut alias consulti respondebamus, & præcisè de hoc anno 1621.

8 Observa autem pro ornatu supra dictorum, quod instrumenta noviter reperta ea dicuntur, quæ quis ante sententiam, vel rem judicatam ignoravit, vel quæ scivit, sed habere non potuit, propter aliquid inevitabile impedimentum, & sic in isto casu paria sunt remedium ignorare, vel scire, & ut non posse, *Castrens. in d. l. admonendi num. 8. ff. de jure juran. ubi etiam Curt. num. 59. & Ripa num. 10. & Prolomeus num. 11. allegans notata in cap. ut circa de elect. refert, & sequitur Caroc. ubi supra num. 1. qui testatur hanc esse veram, & communem opinionem.*

9 Et nota, quod sicuti sententia venit retractanda per Instrumenta noviter reperta, ita, & pari modo per testes novos repertos, & hoc similiter opere restitutionis in integrum *Innoc. in c. cum venissent, vers. credimus autem de test. glos. Bart. & Salyc. in l. fin. C. de reb. dub. Canonista in cap. fin. de jurejur. Berlich. decis. 41. & alii plures relati per Caroc. in d. except. 49. ubi ampliatur, multò magis procedere, quando isti testes essent magis fide dig-*

ni, quàm alii primo loco examinati, *ex Jas. & Caccialup. in d. l. admonendi ille num. 41. iste num. 3. licet asserant plura debere concurrere. Primò, quod non nisi hodie potuerint reperiri isti novi testes, vel si reperti fuerint, haberi non potuerint, puta, quia de longinquo, in quo erat evocandi, vel infirmi in aliquo loco, vel detenti simili impedimento. Secundum est, quod isti testes noviter recepti, aliquod sciant, quod maximè, & principaliter conferat ad retractationem rei judicatæ, quod stante illà debeat revocari, Bartol. Bal. & Cast. in l. nam, & postea, §. si minor de jurejur. Sylvan. conf. 19. num. 4. lib. 1.*

Tertium est, ut talis restitutio non petatur ad reprobandos alios testes in causa examinatos, *Capyc. dec. 62. Sylvan. conf. 19. lib. 1.* Quartum est requisitum quod non sit examinatus magnus numerus testium, nam talis restitutio non conceditur, *idem Sylvan. d. conf. 19. n. 4. ex Innoc. in cap. auditis de rest. in integr. advertendo, quod sufficiens, & moderatus numerus testium, quandoque consideratur trium juxta tex. in l. quoties. C. de naufrag. lib. 10. & singulis Articulis tres testes sufficiunt, ut per Rom. in l. si verò, §. de viro num. 142. ff. solut. matr. & vide late Carroc. ubi supra, qui multa adducit, quæ hic repetere non libuit, satis sit hocum citasse, ibi occurrat benevolus Lector in facti contingentia, qui num. 145. asserit, instrumenta fuisse noviter reperta probari juramento allegantis, etiam de impedimento proveniente à facto tertii, sive de ignorantia, *ex Corasio, dicente communem in d. l. admonendi num. 61. Masc. concl. 925. num. 7. Menoch. de arbit. Jud. cas. 241. num. 4. Odd. de restit. in integr. quest. 85. art. 5. num. 27. Seraph. de privil. jur. privil. 38.**

### PRIVILEGIUM XXIX.

#### ARGUMENTUM.

Hæres potest conveniri pro legato facto Miserabilibus Personis intra tempus conficiendi Inventarium.

*Ad limitationem Text. in l. fin. §. donec C. de jur. deliber.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Hæres non potest conveniri infra tempus conficiendi inventarium, sed fallit favore miserabilium personarum numer. 2. & vide numer. 8.
- 3 Relicta pro anima, non recipiunt moram restitutionis.
- 4 Hæres potest conveniri infra tempus conficiendi inventarium pro rebus male ablatis.
- 5 Anima favere debemus maximopere.
- 6 Jus Ecclesie in ultimis voluntatibus est multum favorabile.
- 7 Ecclesia habetur loco filii.
- 9 Hæres convenitur ex causa alimentorum, durante tempore ad conficiendum inventarium.
- 10 Hæres si infra trimestre confecerit inventarium potest conveniri.

11 Inven-

11 *Inventarium non prodest hæredi, nisi fiat intra nonaginta dies.*

1 **R**egula est, quod hæres nequit conveniri intra tempus conficiendi inventarium, l. fin. §. donec, C. de jur. delib. vide novissimè Gizzarell. dec. 76. Illustriss. Episcopum Ricc. in collect. decis. collect. 463.

2 Tamen ubi legatum esset factum, miserabilibus personis, quia videtur ad pias causas factum, & sic pro anima testatoris, tunc posset hæres conveniri, etiam infra tempus conficiendi inventarium, agitur enim in beneficium testatoris, nam relicta pro anima non recipiunt moram restitutionis, Bal. in d. l. fin. §. donec, & in l. eam quam C. de fideicommiss. ne anima defuncti attristetur in alio sæculo contra pietatem, unde merito videmus, quod pro rebus malè ablatis hæres potest conveniri infra tempus conficiendi inventarium, etiam post plures antiquiores DD. tenent Alexan. & Corn. in d. l. eam quam C. de fideicommiss. ubi etiam Angel. num. 16. Porcel. in tract. de inventario c. 4. n. 9. noviter plures cumulans Cavall. specul. pract. q. comm. contra com. q. 814. ubi dicit pro hac opinione facere Tex. in l. nulli, C. de Episc. & cleri, & l. Tutor, qui repertorium in fin. ff. de administr. Tut. Agitur enim de periculo animæ, cui semper debemus maximopere favere, & pro ea favorabilem interpretationem capere, benignioremque, & tutiorem opinionem sequi Mainar. dec. 51. lib. 3. ubi quod favore piæ causæ intra tempus datum ad confessionem inventarii, potest hæres à creditoribus, vel legatariis conveniri refert, & sequitur Illustrissimus Episcopus Ricc. in d. collect. 463. Mele ad Gizzarel. d. dec. 76. num. 1. in fin. Giurb. dec. 14. num. 46.

3 Quare meritò, cùm de anno 1619. fuisset factum legatum quinquaginta aureorum, ut distribuerentur pauperibus Civitatis Litteren. diximus consulti, potuisse hæredem cogi ad illa distribuenda intra tempus conficiendi inventarium, prout cum effectu antequam ipse hæres esset coactus, fecit juxta nostrum votum, & meritò, cùm legata, facta talibus personis sint favorabilia favore ultimæ voluntatis, favore animæ defuncti recipientis refrigerium, & favore ipsarum miserabilium personarum, ex Genuens. in practi. ab. Eccles. quæst. 21. q. 21. num. 6. ubi testatur Hostiens. in summa de immun. Eccles. §. sed nec illa scribere jus Ecclesiæ, & sic piæ causæ relictum in ultimis voluntatibus præcipuè esse multum favorabile, tum favore ultimæ voluntatis, l. 1. C. de sacr. Eccl. cum favore animæ, c. animæ defunctorum 13. q. 2. l. sancimus, C. de sacr. Eccl. & tandem favore Ecclesiæ, & sic piæ causæ, quæ est, & habetur loco filii, cap. in præsentia de probat.

4 Et huc spectat illa DD. conclusio volentium, dispositionem Text. in d. l. fin. §. donec, non procedere in impensa funerum relictis piis, alimentis, & usurarum restitutione, quia non recipiunt temporis dilationem, ut post alios antiquiores firmant Duen. reg. 267. Cassan. in consuet. Burgund. t. de successione, reg. 7. §. 14. num. 9. Suarez in l. post rem judicatam, ff. de re Jud. Lopez in l. Hysp. 7. tit. 6. par. 6. in verb. mandando, quos noviter cum aliis commemorat Gizzarel. in d. dec. 79. num. 6.

5 Conducit, nam hæres convenitur ex causa alimentorum, durante tempore ad conficien-

dum inventarium, ut post alios probat Surd. de aliment. privil. 11. Et pluries practicavit Regia Audientia Apulæ.

Et observa hæredem infra tempus datum ad conficiendum inventarium posse conveniri, si intra illud compleverit inventarium, nec expectato fine illius trimestris, Capolla causel. 223. Phan. de inventario p. 4. nu. 16. monicul. in ejusdem nominis tract. num. 6. Roderic. de execut. cap. 4. num. 6. Cornazzan. dec. 9. Rog. Rovit. in Pragm. 26. numer. 18. de Feudis. Illustriss. Episcopus Ricc. collect. decis. 168. & 463. ubi alias declarationes reportat.

Nec non ligabis digito trimestre ad conficiendum inventarium incipiens à die captæ hæreditatis, juxta communem, de qua per glo. & DD. in d. l. fin. §. fin autem, Magon. dec. Lucens. 40. Valasc. dec. 52. non prodelle hæredi, nisi fiat intra nonaginta dies, ita ut si lapsi sint aliqui dies, nihil suffragetur, ut probat novissimè Niger Cyriac. contr. forens. 127. tom. 1. ubi in fine annuit in hoc non haberi rationem rusticitati, vel sexui, & cadentem a syllaba cadere à toto, Nat. cons. 574. & 575. Rot. in certi collectoris decis. 72. num. 10. cum seq. part. 2. quod habui in facto anno 1634.

### PRIVILEGIUM XXX.

### ARGUMENTUM.

Donatio in dubio præsumitur favore Miserabilium Personarum.

Ad orn. Tex. in l. cum de ff. de probat.

### SUMMARIUM.

- 1 Donatio non præsumitur regulariter, fallit tamen favore piæ causæ num. 5. Favore Ecclesiæ, num. 6.
- 2 Nemo præsumitur suum jactare.
- 3 Donatio potius præsumitur in dubio remuneratoria, quam gratuita.
- 4 Donatio non præsumitur ex insignibus donatarii apposis à donante in re donata.

**R**egulariter donatio, non præsumitur, l. 1. cum de indebito, ff. de prob. latè Card. Tusc. concl. 702. lit. D. cum donare sit perdere. Glos. in c. 1. de donat. Mant. in dec. Rot. Rom. 259. num. 5. & nemo præsumitur jactare suum, l. Campanus, ff. de oper. libert. c. super hoc extra de remunc. & ideo magis præsumitur actus invalidus, quàm donatio, Aret. in l. cautio n. 2. 3. de verb. oblig. Natta alios referens consil. 103. num. 5. unde in dubio potius præsumitur donatio remuneratoria, quàm gratuita, l. nec adjecit. ff. pro soc. glos. in l. si donatione in verb. postulas, C. de collat. latè Mascard. de probat. concl. 560. & fusè Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 15. quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed potius debiti satisfactio, quatenus merita æquivalent rei donatæ, & si res donata excedat merita in illo superfluo dicitur donatio latè Seraph. in dec. Rot. Rom. 416. Card. Tusc. concl. 620. n. 33. novissimè Molfes. in sua summa Theolog. moral. in tit. de contractibus c. 17. num. 13.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 229

p. 2. & hinc meritò, Curia Archiepiscopalis Neap. decidendo voluit, donationem non præsumi ex insignibus donatarii appositis à donatore in re donata, ut testatur *Illustrissimus Episcopus Riccius in decis. 297. part. 2.* licet non bene in casu illic relato, ex infra adductis per nos.

Tamen favore miserabilium personarum in dubio præsumitur donatio, arg. *tex. in l. liber. captus, ff. de captiv. & postlim. rever. ubi mater filium captum ab hostibus redimens magis animo donandi ex causa pietatis, quam animo repetendi pretium redimissè præsumitur, & idem in Patre, dicit ibi Bald. quem novissimè refert Genuens. in practicab. Eccl. qu. 143.*

ubi donationem favore Ecclesiæ similiter præsumi affirmat, ut etiam præsumi favore dotis apparet, ex *text. in l. unic. §. accedit, C. de rei ux. act. & promissio facta loco pio de aliquid dando, nullà expressà causà, præsumitur facta animo donandi, arg. cap. final. de success. ab intest. Abb. in cap. si cautio, num. 2. de fide instrum. ubi etiam Felyn. num. 5. ex quo utique non bene fundata videtur in casu suo dec. Illustrissimi Episc. Ricc. 297. superius relata, nam ibi præsupponitur quædam Candelabra argentea fuisse tradita cuidam Monasterio, cum insignibus ejusdem Monasterii, nullius causæ mentione factâ, quo casu favore Ecclesiæ præsumitur donatio, ut diximus supra, ergo illa Candelabra argentea tradita nullà causâ expressâ, videbantur Monasterio donata, quare non debebat cogi Monasterium ad illa restituenda, donare enim videtur qui nullo jure cogente concedit, l. donare de reg. jur. ubi Dec. & Cagnol. noviter Picus de contractibus lib. 1. glos. 7. cap. 151. num. 32.*

Confert, nam paupertatis ratione præsumitur donatio, si à divite pauperi in moderata quantitate fiat, cap. & si questio de Simon. ubi Abb. Glos. in l. si filii, C. de donat. inter vir. & uxor. Bertrand. conf. 102. num. 11. lib. 1. Carrocc. de deposit. part. 2. q. 25. Med. de casibus fortuitis q. 4. num. 16. part. 2.

**R**egula est ab omnibus recepta, quod si fiat concessio Castri à Domino, absque ulla feudi mentione, censetur facta in allodium, & non in feudum, cum quælibet res præsumatur allodialis, nisi contrarium probetur, *Gabriel. alios allegans conclusion. 3. de feud. Mantie. de tacit. convent. lib. 13. tit. 14. & feudum dicitur servitutem in se continere, ex Glos. in l. si cuius, §. si usufr. ff. de usufr. quam sequuntur Paris. conf. 23. vol. 1. Bursat. conf. 10. num. 12. Dec. conf. 269. Roland. à Vall. in conf. 2. à n. 11. vol. 3. Alciat. præf. 3. reg. 2. & alii cum plures relati per Mascard. de prob. concl. 79. n. 5. & 6. qui ampliat nu. 7. talem conclusionem procedere etiam, si res esset in Territorio, & (ut a-junt) in pertinentiis Castri, quod habebat vassallus in feudum, quia nisi aliter probetur, præsumitur allodialis ex Hostiens. in c. nimis col. 1. de jure jur. & ibi Abb. col. 1. & 2. Paris. dicens de communi in conf. 16. n. 21. vol. 4. ut similiter de communi testatur Bellon. conf. 10. n. 11. & ita judicetum in nostro Sacro Consilio, scribit Afflict. in dec. 267. & ita tradunt Cacherran. dec. 131. n. 3. Laurent. dec. Aven. 161. n. 21. & R. de Ponte in conf. 11. n. 6. conf. 51. nu. 10. conf. 57. n. 6. vol. 1. & conf. 21. n. 8. vol. 2. adeò quòd etiam si esset Castrum, vel Oppidum, quod nihilominus præsumitur liberum, & allodiale, tenent Alb. in conf. 16. & Alciat. de præf. reg. 2. præsumpt. 3. n. 2. quos cum aliis sequitur Mascard. de probat. loco cit. n. 9.*

Redditur citatæ conclusionis ratio, quia ab origine sua omne prædium censetur liberum à qualibet servitute, l. alius, C. de servit. & aquo, §. fin. inst. eod. tit. ubi quod res quælibet libera præsumitur à servitute, l. fluminum, §. fin. & l. proculus, ff. de damno infecto, Menoch. de præf. lib. 3. præf. 89. ubi ampliat etiam stante quasi possessione servitutis, & præf. 91. & lib. 6. præsumpt. 29. Thef. decis. 216. Valasc. de jur. emphiteut. qu. 51. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 95. n. 8. Castill. quotid. lib. 1. de usufructu cap. 7. num. 10.

Quæ opinio, multò magis, & à fortiori debet procedere in beneficium miserabilium personarum causæ piæ, vel Ecclesiæ, quarum favore concessio latiore interpretationem recipit quam si fieret privato, & personæ non privilegiatæ, argum. *text. in l. ut inter Divinum, C. de sacros. Eccles. & tradit Oldrad. conf. 252. quem refert, & tenetur novissimè Genuens. in practicab. Eccles. quæst. 1. affirmans in Ecclesia esse adeò verum, quod procedit etiam in illis Regionibus, & Provinciis, in quibus quodlibet Castrum, cum Vassallis præsumitur quaternatum, ex Ifern. in Const. Regni Justitiarii, ea ratione, quod cum alia, quæ possidet Ecclesia in dicta Provincia sint libera, & talia præsumantur, idem erit judicandum de Castris Ecclesiæ, nisi expressè probetur esse concessa in feudum, juxta quam opinionem nos consulti respondimus de hoc anno 1621.*

### PRIVILEGIUM XXXI.

#### ARGUMENTUM.

Concessio facta Miserabilibus Personis, absque mentione feudi censetur facta in allodium, & non in feudum.

*Ad ornatum Text. in l. alius, C. de servitutibus.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Concessio castri, si fiat à directo Domino absque nulla feudi mentione, censetur facta in allodium, Amplia ut num. 2. Quod multò magis procedit favore miserabilium personarum, ut numer. 5. Idem est in Ecclesia, numer. 6.
- 3 Prædium censetur liberum à qualibet servitute.

### PRIVILEGIUM XXXII.

#### ARGUMENTUM.

Legatum factum Miserabilibus Personis, earum favore comprehendit etiam acquisita post testamentum.

Ad

*Ad ornatum Text. in l. si ita, ff. de auro, & argento legato.*

## S U M M A R I U M.

- 1 Legatum mobilium ad præsentiam restringitur & quare num. 2.
- 3 Legatum tendens in favorem miserabilium personarum, comprehendit mobilia acquisita post testamentum.
- 4 Legatum factum pro anima, dicitur pium.
- 5 Legatum pium dicitur, si relinquitur personis miserabilibus.
- 6 Legatum factum pro clericatu, dicitur pium.

**R**egula est in jure recepta, quod legatum mobilium ad præsentiam restringatur, ut docuit Bal. in l. si ita ff. de aur. & argent. leg. & consuluit Fulgos. in cons. 100. col. 2. quos refert, & sequitur Thes. in dec. 169. num. 2. quo loco firmat, usufructu bonorum omnium legato, venire etiam bona post testamentum acquisita, ex Bart. in d. l. si ita, Bero. cons. 44. lib. 2. Imol. in l. fin. §. qui divisam, ff. de leg. 2. Cavalc. de usufruct. mulier. relict. n. 85. Ludovic. decis. Perusm. 61. n. 37. par. 2. & aliis.

Ratio autem principalis regulæ est, nam attenditur tempus testamenti, quando testator dicit, relinquo vestem meam, animalia mea, d. l. si ita, Mantica. de consuet. ult. volunt. lib. 3. tit. 11. n. 23. ubi firmat hoc procedere, nisi aliud posset colligi ex mente testatoris, ut ante eum tenuerunt Ang. cons. 261. n. 3. Cald. cons. 1. de cons. Rolan. alios cumulans cons. 39. n. 20. vol. 4. Soccin. jun. cons. 98. num. 26. vol. 1.

Tamen ubicumque tale legatum tenderet in favorem miserabilium personarum, maximè pro anima testatoris, & pro male ablatis (ut in facto habui) tunc comprehenderet mobilia acquisita post testamentum, quia ageretur de pia causa, cum legatum factum pro anima dicitur pium, §. si unum de prædictis Aub. ut cum de appell. cognosc. glos. Bart. & alii in l. si quis Titio, ff. de leg. 2. Card. Tusc. 106. n. 1. Brun. à Sole in suo repert. in verb. leg. pro anima, & novissimè Molfes. in summa tr. 13. de ult. vol. cap. 5. n. 157. tom. 2. qui alios allegat, asserens, male ablatis, ex Silvestr. in summa in legatum, Tirac. in præf. tr. de privil. piæ causæ, §. item relictum pro incertis, Gratian. in discep. for. 329. num. 13. & 14.

Ultra quod simpliciter legatum pium dicitur, si miserabilibus personis relinquatur, ut post alios notant Card. Tusc. in concl. 106. n. 8. & Molf. loc. cit. de quo suo loco diximus, & favore piæ causæ debet attendi tempus mortis, cum summa sit ratio, quæ pro Religione facit, l. vulg. sunt persona, ff. de Relig. & sumpt. funer. Bart. in l. placet, ff. de lib. & posthum. Soccin. in l. 1. num. 9. ff. de reb. dub. Bero. cons. 44. num. 45. lib. 2. pulchrè Riminald. jun. cons. 672. num. 56. concludens, si Pater legeret filio, qui voluerit clericari mobilia, attendendum esse tempus mortis, cum etiam clericatus sit pia causa, quare novissimè Genuens. in pract. Eccles. quest. 177. firmat similiter Ecclesiæ favore legatum mobilium comprehendere etiam mobilia acquisita post testamentum.

## PRIVILEGIUM XXXIII.

## A R G U M E N T U M.

Miserabiles Personæ hæredes non tenentur, ultra vires, si non fecerint Inventarium.

*Ad limitationem Text. in l. fin. C. de jur. de lib. & cap. Raynaldus de testamentis.*

## S U M M A R I U M.

- 1 Hæres non conficiens inventarium, tenetur in solidum in foro contentioso, fallit tamen favore miserabilium personarum num. 2. & de jure canonico num. 4.
- 3 Ecclesia hæres instituta non tenetur ultra vires hæreditarias.
- 5 Jus Canonicum summauitur æquitate.
- 6 Hæres excusatur à confectione inventarii, quando major esset expensa, quam utilitas.
- 7 Hæres non confecto inventario, non compellitur, nisi usque ad vires hæreditarias.

**R**egula est, quod hæres non conficiens inventarium, tenetur in solidum in foro contentioso ultra vires hæreditarias, l. fin. C. de jur. deliber. c. Raynaldus in fin. de test. & tradunt Cavall. in Specul. pract. q. comm. contra comm. q. 411. & Valer. in different. inter utrumque forum q. 2. in verb. hæreditas, & hæres, qui ambo ex plurium DD. autoritate tenent, hoc non procedere in foro conscientiæ, fuse Viscont. in conclus. jur. in verbo hæres.

In favorem tamen miserabilium personarum, aliter dispositum censeo, nam ipsi (si recte sentio, & ni fallor) ex non confectione inventarii non debent teneri in solidum. Tum quia pia causa hæres institutus, & non conficiens inventarium, non tenetur ultra vires hæreditarias, secundum Arelin. in rubr. ff. de acquir. hæred. col. pen. & ibi Rom. Covarr. in c. 1. numer. 13. de test. Abb. in c. 1. col. penult. de solut. noviter refert, & sequitur Genuens. in pract. Eccl. quest. 474. ubi testatur opinionem, quod Ecclesia, & sic pia causa non tenetur ultra vires hæreditarias esse magis receptam in praxi, & veriolem, Guid. Pap. decis. 571. Cavall. comm. contra comm. q. 29. Præs. de Franch. dec. 282. & 536. nu. 30. Pat. dec. 379. lib. 1. Viscont. in conclus. jur. in verbo Ecclesia, Reg. Rovit. in Pragm. Regni 1. num. 9. de leg. piis Illustrissimus Episcop. Riccius in collect. dec. 1102. Molfes. in summa tr. 13. de ult. volunt. numer. 179. p. 2. ubi quod hoc idem procedit è contra, ut Ecclesia non exigat legata pia ab hærede non faciente inventarium, ut eodem jure utatur contra alios, ex Franch. in decis. 639. & aliis, quia Ecclesia est culmen justitiæ.

Tum secundo, nam de jure canonico, quod in causis talium miserabilium personarum debet servari, ut diximus infra privil. 79. non conficiens inventarium, minimè tenetur ultra vires hæreditarias, ut novissimè post cæteros tutatur, Genuens. in pract. Eccles. 737. cujus

## De Privileg. Miserab. Personarum. 231

cujus verba ad amissin prout ajunt reportare hic libuit, & sunt quæ sequuntur.

5 Cum Jus Canonicum summa nitatur æquitate, & ratione naturali, c. Dilecti de jud. c. fin. l. 9. q. 4. & ibi Glos. in verb. jure poli. Quæritur an dicto jure, hæres non conficiens inventarium, teneatur ultra vires hæreditarias, Bald. in l. cum à Matre in fin. C. de rei vendicat. tenet, hæredem de jure canonico sufficit sola justitia naturalis, sequitur Brun. in verbo inventarii, Marcabr. conf. 3. num. 85. In contrarium facit, quia non recedendum a jure civili, quando non reperitur expressum contrarium de jure canonico c. 1. & 2. de oper. nov. nunciat. & quia hæres tenetur, ultra vires ob suspicionem, ne recuperet res hæreditarias, & ideo non confecerit inventarium, l. fin. C. de jur. deliber. quæ ratio militat etiam de jure canonico, quo probationes per præsumptionem admittuntur to 1. de præf. Præterea id videtur esse speciale in Ecclesia, quod non teneatur ultra vires, quia cessat in ea præsumptio occupationis; ut late diximus in q. & hæc opinio videtur verior, nihilominus priorem opinionem censeo posse procedere. ubi liquido, & notoriè constaret testatorem nihil aliud habuisse in bonis, argum. not. per Innoc. in cap. quia pleriq. de immunit. Ecclesiast.

6 Sed hac occasione observabis exculari, & non teneri hæredem facere inventarium, quando plus cogereretur expendere, quam esset utilitas, quæ sequeretur ad tex. in l. Mediterraneæ C. de Annon. & tribut. Graff. conf. 1. num. 22. de transact. Molfes. in comm. ad Consuet. Neap. tit. de Bon. quæst. 23. vol. 2. fusè Gizzarell. dec. 56.

7 Imò in Sacro Regio Consilio, quandoque servatur omissione inventarii non obstante hæredem non compellere, nisi usque ad vires hæreditarias, quod licere enunciat Fisci Patronus Regiæ Cameræ meritissimus, D. Fulvius Lanarius in addit. ad Reg. Lanar. Parruum in cap. 5. num. 28. de succ. feud. quem recenter reportat Mele in Shol. ad Gizzarell. decis. 76. in fine.

At non per hoc inferiora Tribunalia possent fortasse id praticare, quia, quæ licent tanto Tribunali, aliis inferioribus non videntur concessa.

### PRIVILEGIUM XXXIV.

#### ARGUMENTUM.

Legata facta Miserabilibus Personis, non comprehenduntur sub generali revocatione legatorum. Sed quando hoc non sit verum, Author declarat.

#### SUMMARIUM.

- 1 Legata facta miserabilibus personis non comprehenduntur sub generali revocatione, sed vide num. 2.
- 3 Dicitio universalis (omnia) comprehendit, & ad casus improprios extenditur, & num. 4. & 5. ubi quod complectitur casus privilegiatos, & vide num. 6.
- 7 Dispositio testatoris generalis, non distinguens, generaliter est intelligenda. Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

8 Dispositio generalis operatur generalitatem, tam in odiosis, quam in correctoriis, & penalibus.

9 Duplex funiculus magis ligat, & difficilius rumpitur.

Regula sit, quod legata, facta miserabilibus personis, tanquam ad pias causas non comprehenduntur sub generali revocatione legatorum, nam debet de ipsis fieri specialis revocatio, ut communiter receptum est, ex tex. in l. libertis, §. sed posthumus, ff. de alim. & cibar. leg. ubi Glos. & Bart. Rom. in l. sed, & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. Jas. in l. talis scriptura numer. 25. ff. de leg. 1. Cuman. in conf. 300. numer. 4. Pract. Papiens. in forma libell. pro legato rei singularis, glos. 1. num. 85. Afflic. dec. 111. num. 10. qui etiam loquitur in dote, sequitur Ruin. conf. 84. num. 4. vol. 2. Cravetti. conf. 189. num. 1. Mantic. alios referens de conject. ult. volum. lib. 12. tit. 2. num. 23. Surd. de alim. t. 8. priv. 20. ubi quod legatum alimentorum non includitur in generali ademptione, quia jus respiciens alimenta semper videtur exceptum, ut inquit Signorol. conf. 176. num. 11.

Cæterum est animadversio dignum, quod hæc opinio sic simpliciter admittitur, & probatur per DD. sed quia habet initium a Text. in cit. §. sed posthumus, qui non bene probat hoc assumptum, ut ex ipso videre, imò videtur probare contrarium, cum in ipso dicitur, quod expressè in ea facti specie excepta erant cæteria, unde in expressis non operatur præsumptio, & ita intelligit, Text. prædict. Grot. in l. Filius. §. diviserunt, ff. de leg. 1. numer. 55. Ideo semper fui in opinione, quod saltem quando revocatio legatorum est generalis, & generalissima facta per verba geminata, & prægnantia, ut quia testator revocat omnia, & quæcumque legata cuicumque facta, & annullat testamenta facta, aliasque quascumque dispositiones, tunc ex tacita mente testatoris, ex generalissima revocatione facta per dicta verba, & alia similia præsumatur, & inducatur etiam revocatio legatorum factorum ad pias causas, & in causa alimentorum, & similibus, & quia si in tam generalissima revocatione non habuisset intentionem revocandi legata prædicta excepisset ea, & sic non excipiendo videretur, etiam de dictis legatis sentire, hoc important hæ generalissimæ dictiones quæcumque, & cuicumque, & his similes, ad quod multa adducit Marfil. in l. unius. §. cogniturum a num. 28. usque ad 44. ff. de quæst. Socc. conf. 217. lib. 2. Rom. & Alex. in l. etiam, ff. sol. matrim. Gozad. conf. 6. num. 43. & conf. 8. & 403. unde tanquam universales omnia comprehendentes, ideo ad casus etiam improprios trahuntur, & quasi immutavit naturam eorum, quibus adjunctum notant Men. conf. 335. numer. 23. Bertazzol. de claus. 4. glos. 30. in pr. Maria de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 130. numer. 7. Ceneæ. singul. 91. num. 1. post Canon. quæst. Grat. dec. 24. num. 7. & discept. for. c. 82. numer. 32. Illustrissimus Episcop. Riccius in dec. Curie Archiepisc. Neap. 136. num. 8. part. 1. & comprehendunt etiam improprie, & abusive Marra d. p. 4. cent. 1. casu. 20. num. 25. etiam ea quæ alias non venient, Card. Seraphin. Rotæ Rom. dec. 325. num. 7. & solent inclu-

- includere ea, quæ ex propria significatione non venirent, & ea, quæ specialem mentionem requirerent, ut per *Intrigliol. dec. 3. num. 131.*
- 5 & complectuntur omnes casus, etiam privilegiatos, l. *in fraudem*, §. *ult. ff. de mil. test. l. 1. §. quod autem*, ff. *de aleator. notant Men. remed. 15. recuper. n. 83. Gutier. canon. quæst. 6 lib. 1. cap. 34. num. 57. ampliantque, & extendunt generalitatem dispositionis, l. qui autem*, §. *fin. ff. de const. pecun. c. quia plerique de offic. ord. lib. 6. Marta d. casu 130. num. 7. & includunt etiam majora expressis, ut per Grat. dictis locis, novissimè *Sacra Rot. Rom. apud Farin. dec. 680. nu. 5. tom. 1. par. 2. Bertazz. de claus. instr. claus. 20. gl. 4. num. 3.**
- 7 Ultra, quod dispositio testatoris generalis non distinguetur, & generaliter est intelligenda, quia loquutio generalis, nihil relinquit intactum, *Cravett. conf. 133. num. 5. ubi nu. 6. firmat nunquam restrictiorem fieri posse, nisi adit causa restringendi, vel ratio per quam restrictio fieri debet, quia generaliter intelligenda sunt, idem Cravett. conf. 176. nu. 4. & seq. & dispositio generalis operatur generaliter tam in odiosis, quam in correctoriis, & poenalis, Tirac. in l. si unquam in præfat. num. 119. de revoc. dor. latè Card. Tusc. alia similia cumulans in concl. 448.*
- 9 Et duplicatio multa operatur, maximæque potentia esse debet, unde vulgò circumfertur, duplex funiculus seu duplex vinculum magis ligat, & difficilius rumpitur, l. *si non lex, ff. de hæred. instr. l. disctetur*, C. *qui test. facer. poss. cap. 1. de trigua. & pace latè Gonzal. ad regul. Cancell. 8. gl. 13. à num. 90. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 81. num. 3. Pereyra de resol. emphyr. c. 9. num. 24. Card. Tusc. concl. 819. cum tribus seqq. lit. D. & geminatus consensus an tollat remedium, l. 2. de rescind. vend. tradit Grat. discept. forens. 824.*

Sed adeas opinionem relatum in *Privil. 31.* ubi contrarium videmur tenere, sed non discedas ab hac, quoniam rationes urgent.

### PRIVILEGIUM XJXXV.

#### ARGUMENTUM.

Beneficia, sive prærogativæ concessæ Miserabilibus Personis, possunt opponi etiam post conclusum in causa.

#### SUMMARIUM.

- 1 Privilegia miserabilium Personarum, possunt opponi etiam post conclusum in causa, sicque videmus in privilegio electionis fori.
- 2 Exceptio immunitatis Ecclesiasticæ potest opponi in quacunque parte judicii, & ita reconventio clerici in foro seculari, num. 3.
- 4 Exceptio falsi Procuratoris potest opponi in executione sententiæ, & na etiam exceptio solutionis, num. 6. & pretii non soluti numer. 7.
- 5 Exceptio compensationis potest opponi post sententiam.
- 8 Primum, & secundum beneficium, quando debeat peti.

**R**egula est beneficia, prærogativas, & privilegia concessa Miserabilibus Personis posse opponi, etiam post conclusum in causa, ut videmus in electionis fori privilegio, quod opponere possunt etiam post conclusum in causa, & apportatum jus, ut ex cetera DD. fundavimus in *praxi elect. & variat. fori qu. 15. sect. 1. in moderna editione Neapolitana.* & scriptissimus super *Pragmat. hujus Regni Neap. 2. vers. item nota sub rubr. ubi de delicto quis conveniri debeat.*

Ad similitudinem exceptionis immunitatis Ecclesiasticæ, quæ potest opponi in qualibet parte judicii, ut decisum per Curiam Archiep. Neap. fatetur *Illustrissimus Episcopus Rice. in dec. 174. part. 1.* Imò etiam in causa appellationis, ut decisum refert *Thor. in compend. dec. in verb. immunitatis exceptio tom. 1.*

Ut etiam reconventio clerici in foro seculari potest fieri in quacunque parte judicii, ita ut dum durat in judicium, durat potestas conveniendi, *cap. dispendia, paragr. reus de rescript. in 6. Grassi. de effect. cleric. effect. 1. numer. 762.* & sic tenet post relationem trium opinionum. *Morla in emptor. utriusque jur. par. 1. tit. 2. de jurisdict. omn. jud. quæst. 13. num. 11.*

Et similiter exceptio falsi Procuratoris opponi potest in executione sententiæ, *Glof. in l. tamen si, ff. ad Vellejan. Cravett. conf. 165. Viu. in Silva commun. opin. concl. 418. numer. 12. Carroc. alios allegans in except. 88. asserens in except. 27. exceptionem compensationis opponi posse post sententiam, & in executione, ex Abb. in cap. suborta, & ibi Felyn. numer. 2. de re judic. Afflict. dec. 121. Magon. in dec. Floren. 42. num. 8. & aliis, ut pariter solutionis exceptionem posse opponi in executione sententiæ defendimus in Tribunali Mag. Cur. Vic. diebus non longè elapsis de hoc anno 1621. ex *Castrens. in consil. 257. lib. 2. Magon. dec. Floren. 94. num. 8. Gratian. dec. 18. numer. 7. & Carroc. in except. 54. ubi quod solutionis exceptio impedit executionem sententiæ, quia bona fides non patitur, ut bis idem exigatur Dec. consil. 119. Alex. conf. 85. num. 113. lib. 5. Anchar. conf. 260.**

Et alias consulti respondebamus exceptionem pretii non soluti opponi posse in executione sententiæ, *Bald. in auth. præsentè, C. de fidejuss. Alex. dicens communem in l. si duo Patroni, §. si quis juraverit, num. 1. ubi etiam Jaf. numer. 5. de jurejuran. & fatetur Padil. in l. 1. numer. 41. C. de jur. & fact. ignor. quod fuit in quadam causa N. Insulæ Sorie de anno 1620.*

Conducunt, quæ novissimè conglomeravimus in *tract. de datione in solutum quæst. 18. sect. 1. ibi videnda.*

Cæterùm in materia primi, & secundi beneficii, est advertendum, quod licet illud poterat peti post conclusum in causa, usque sententiam *Afflict. in constit. Regni obscuritatem numer. 14. Caraviti. in Rit. M. C. V. 71. numer. 6. & Rit. 246. Minad. dec. 15. & vide Pragm. 53. de off. Sacri Consilii, & Pragmat. 93. §. per lo presente de offic. procur. Cesar. Præf. de Franch. dec. 261. Gizzarell. dec. 21.*

Tamen hodie vigore Pragmaticæ editæ ab Eminentiissimo Cardinali Zabata, quæ reperitur registrata sub tit. *de ordin. judic. 16. in ordine statui-*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 233

statuitur terminis triginta dierum sequentium  
si non adsit publicatio à die conclusionis.

## SUMMARIUM.

### PRIVILEGIUM XXXVI.

#### ARGUMENTUM.

Extensio fit favore Miserabilium Personarum, quando lex taxativè loquitur.

#### SUMMARIUM.

- 1 Dictiones taxativæ impediunt extensionem.
- 2 Dictiones taxativæ constituunt pacta personalia, & excludunt omnes casus non expressos.
- 3 Extensio fit favore Miserabilium Personarum, quando lex taxativè loquitur.  
Dictiones taxativæ in materia favorabili, personam non excludunt, in qua est eadem æquitas, ibid.
- 4 Extensio legis taxativè loquentis fit favore Ecclesiæ, vel piæ causæ.

1 **R**egula est, quod dictiones taxativæ impediunt extensionem; ut exempli gratiã videmus in dictione tantum, l. qui aliena. §. libertas, ff. de adimen. leg. habet enim negativam implicatam, ita quod aliter fieri nequeat, c. cum Ecclesia Sutrina, ubi glos. de caus. possess. & propriet. Cravett. de antiq. tempor. p. 4. num. 112. & per tales dictiones taxativas constituuntur pacta personalia, ut tenet Sousa in comment. ad t. ff. de pact. art. 9. q. 2. num. 7. & excluduntur omnes casus non expressos, & continent negationes quoad alios Surd. dec. 291. num. 19. Pereira de renovat. emphyt. quæst. 11. n. 15. Leo in Thes. fori Ecclesiast. cap. 2. n. 33. part. 2. Cened. sing. 21. & impediunt extensionem ad non expressa, Farinac. conf. 76. num. 13.

3 Tamen favore Miserabilium Personarum bene extendi possunt, licet lex taxativè loquatur, cum in materia favorabili, (prout hic) dictiones taxativæ personam non excludant, in qua est eadem æquitas, Raudens. de Analog. cap. 15. num. 84. Vulpell. de proposit. & ad verb. signif. in dictione tantum, refert, & sequitur novissimè Barbof. in remiss. DD. de diction. dict. 349. num. 8. in fin.

4 Et favore Ecclesiæ, & alterius piæ causæ fit extensio, ex paritate rationis, Gloss. vulgaris in l. illico in verb. aliam causam, C. de sac. Eccl. Rom. in Auth. similiter sub num. 16. in fin. C. ad l. falcid. Ripa in l. si constante num. 78. ff. solut. matrim. & post ipsos Genuens. in pract. Eccl. q. 322. tric. 11. ubi quod extensio fit favore Ecclesiæ, quando lex taxativè loquitur, idque putat notandum.

### PRIVILEGIUM XXXVII.

#### ARGUMENTUM.

Clausula (non obstantibus quibuscumque Privilegiis) non derogat Privilegiis Miserabilium Personarum.

Jo. Mar. Novarij Tract. de Priv. Tom. II.

- 1 Privilegia Miserabilium Personarum, non derogantur per clausulam, non obstantibus quibuscumque Privilegiis, sed limita ut numer. 5.
- 2 Clausula, non obstantibus quibuscumque Privilegiis, derogat privilegiis in corpore juris non clausis.
- 3 Clausula non obstantibus quibuscumque privilegiis non extenditur ad causas piæ.
- 4 Cause miserabilium Personarum inter piæ reponuntur.

**R**egula fit, quod per clausulam non obstantibus quibuscumque privilegiis, non videtur derogatum privilegiis miserabilibus personis concessis, ut post Felyn. in c. nonnulli in princ. num. 19. de rescript. & Cyn. in l. unic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. firmant noviter Petr. Barbof. in l. 1. art. 4. n. 72. ff. de jud. & August. Barbof. in remiss. DD. de claus. claus. 44. n. 12. pag. 232. Giurb. dec. 82. n. 4. Peregr. dec. 129. Castill. dec. 39. Mastrill. dec. 127. numer. 14. & seq. & nos pleniori calamo exaravimus in praxi elect. fori q. 1. sect. 4.

Et de hoc quippe mirandum non est, nam per hanc clausulam derogatoriam (non obstantibus privilegiis in contrarium) iis censetur derogatum, quæ in corpore juris clausa non sunt, non verò aliis, quæ in eo clausa reperiuntur, ut sunt privilegia talibus miserabilibus personis concessa Gloss. per text. ibi in l. 3. C. de silent. lib. 12. Clem. 1. in fin. de sepult. Rui. conf. 163. num. 17. & 18. lib. 5. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 28. num. 5. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 36. à num. 36. Roderic. tom. 1. q. reg. q. 9. art. 3. Marches. de commiss. p. 1. cap. 8. num. 67. Cævall. comm. contra comm. 611. Marta de clausul. claus. 77. nu. 2. par. 1. Cabed. in dec. Lufuan. 94. a num. 1. latè Barbof. in l. 1. p. 1. a num. 9. & in l. quia tale num. 16 ff. solut. matrim. Viscont. in concl. jur. in verbo Privilegium Crot. loquens propriè de privilegio miserabilium personarum in cap. 1. num. 49. de const.

Pro qua parte etiã facit, nam talis clausula non extenditur ad causas piæ, ut probatur ex text. in c. si propter tua debita de rescript. in 6. ubi per rescriptum non intelligitur derogatum ei, quod ad piæ causas est concessum, & probatur, ex l. liberti la fin. §. posthumos, ff. de alim. & cibar. leg. & tradunt Camban. de claus. pag. 11. col. 2. num. 3. & Barbof. in remiss. DD. de claus. loco superius cit. n. 10. Sed causæ miserabilium personarum inter piæ reponuntur, ut aliàs diximus, ergo idem eis fatendum est, ut etiam vide quæ dicuntur infra in Priv. 57.

Bene verum advertendum est firmatam regulam non posse procedere, quotiescumque verba derogatoria essent ita ampla, ut necessariò prædictis privilegiis miserabilium personarum videantur derogare, sic credimus Barbof. in d. l. 1. art. 4. num. 72. ff. de jud. quem refert, & sequitur alius Barbof. in remiss. DD. de claus. loco, mox citato num. 12.

Quod accidit praticari in causa Hospitalis, cuiusdam Civitatis Regni cum hæredibus Dionysii Cervati.

## PRIVILEGIUM XXXVIII.

## ARGUMENTUM.

Dictiones universales non comprehendunt causas privilegiatarum, & Misericordiarum Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Dictiones universales non comprehendunt causas Misericordiarum Personarum, sed declarata, ut num. 16.
- 2 Dictio (aliquis) est universalis, & omnia comprehendit, secus tamen si fuerint personæ privilegiatæ, num. 3.
- 4 Dictio (omnis) universalis non tamen comprehendit miserales personas num. 5.
- 6 Dictio (quibuscumque) est universalis, & ad casus etiam improprios trahitur, sed non ad causas misericordiarum personarum trahitur n. 7. Sicuti nec dictio quibusvis, nu. 8.
- 9 Dictio (quibusvis) comprehendit omnes personas, Religiones, & loca pia.
- 10 Dictio (quicumque) est universalis, omnes comprehendens, non tamen personas miserales, & privilegiatas, num. 11.
- 12 Dictio (quisquis) est generalis, & generaliter debet intelligi, non tamen extenditur ad miserales personas, num. 13.
- 14 Dictio (quodcumque) est universalis, nihil excludens.
- 15 Miserales personæ non excluduntur sub dictione quomodolibet.
- 17 Favorabilia sunt amplianda.
- 18 Constitutiones favorabiles sunt adjuvanda.

1 **R**egula fit dictiones universales nullatenus posse comprehendere causas Misericordiarum Personarum, quæ specialissimam derogationem requirunt, Rota in una Imolen. coram R. P. D. Logdunem, & alibi latius confirmavimus.

2 Unde fatendum est, dictionem (aliquis) quæ est universalis, & omnia comprehendit, Gloss. fin. inc. si propter de rescript. in 6. Surd. dec. 123. n. 7. latè Cened. de dict. sing. 25. Tusc. concl. 243. lit. D. Phebus novissimè in dec. Lusit. 9. n. 8. Pereira alios allegans de potestat. eligend. c. 1. ubi quod comprehendit omnes personas, absque ulla distinctione, ex glos. celebri in Clem. 1. in verb. aut earum parte de foro compet. non se extendere ad privilegiatas, & miserales personas.

4 Sic etiam dictio (omnis) quæ est universalis, nihil excludens, ut in l. Julianus, & in l. testatorem, ff. de leg. 3. l. hoc art. ff. de hered. inst. l. pediculis, §. labeo. ff. de aur. & argent. leg. latè Cened. d. singul. 25. Grat. in dec. 24. nu. 5. Card. Tusc. concl. 397. lit. D. novissimè Monach. in dec. Florem. 69. & dec. 171. n. 18. & Giurb. ad consuet. Messan. c. 1. glos. 2. n. 117. Illustriss. Episcop. Ricc. in dec. Curia Archiep. Neap. 287. n. 1. p. 2. asserens n. 4. comprehendere plures casus etiam dissimiles, tamen non comprehendit miserales personas.

6 Ità similiter dictio (quibuscumque) quæ est universalis, omnia comprehendens, & ideo ad casus etiam improprios trahitur, & quasi immutat naturam eorum, quibus adjungitur, ut

per Men. conf. 335. n. 23. Marta de jurisdic. ce. tur. 2. cas. 130. n. 7. par. 4. fusè Cened. alios cumulans in sing. 91. Grat. in discip. forens. 82. n. 32. Illustriss. Episcop. Ricc. in dec. Curia Archiep. Neap. 136. n. 16. p. 1. imò solet includere etiam ea, quæ alias non venirent, Seraph. in dec. 325. n. 6. & complectitur privilegiatos, l. in fraude, §. fin. ff. de milit. test. l. 1. §. quod autem, ff. de alear. & tradunt Menoch. de recuper. possess. re. med. 15. num. 83. & Gutierrez canon. qu. lib. 1. 7. cap. 34. num. 57. fatendum est, minimè includere causas misericordiarum personarum.

Pariter dictio (quibusvis) neque ad tales personas extendi debet, & si sit universalis, & omnia comprehendat, ut per Farinac. in dec. crim. 93. num. 1. Seraph. dec. 1022. num. 1. & comprehendat omnes personas, omnes ordines, & Religiones, ac loca pia, ex Leon. in Theaur. 9. fori Eccles. 4. cap. 154.

Item quamvis verba dictionis (quicumque) sunt generalia, & omnia comprehendant, ut in l. a Procuratore, C. mandat. & c. solita de major. & obediens. notant post alios Marches. de commiss. part. 1. pag. 241. numer. 3. Card. Tusc. concl. 351. lit. D. & Anton. resol. 40. numer. 2. lib. 2. ità ut comprehendere faciant illos, qui alias non comprehenderentur, maxime concurrente identitate rationis, Seraph. dec. 980. numer. 8. & comprehendant omne genus personarum, Rota divers. dec. 368. num. 5. Menconf. 224. nu. 7. Monac. novissimè in dec. Bonon. 34. n. 47. tamen non includunt causas, & personas privilegiatarum & misericordiarum personarum, cum in istis personis requiratur specialis mentio, & concessio, Pereira 9. for. seu recept. sent. conf. 30. num. 16. Barbof. novissimè in remiss. DD. de dictio. d. 269. num. 4. pag. 127.

Pari modo dictio (quisquis) quæ est generalis, & generaliter est intelligenda, ut per Illustrissim. Episcop. Ricc. in dec. Cur. Archiep. Neap. 222. nu. 2. part. 2. quem refert, & sequitur Barbof. in remiss. DD. de dictio. d. 324. num. 1. tamen non ità debet extendi ad misericordiarum causas, & Personas.

Sic etiam concludere debemus de dictione (quodcumque) quæ est universalis, & nihil excludit, ut in c. solita de majoris. & obediens cum fufius adductis per Cened. in sing. 90. nam ipsa non debet comprehendere præfatas miserales personas, ut neque debent tales comprehendere sub dictione (quomodolibet) quæ est universalis, & omnes casus comprehendit, eosque distribuit, ut per Rebuff. in l. creditorum. vers. quomodolibet, ff. de verb. signif. sing. 95. num. 3. & 5. & ità singulatim dicimus de omnibus dictionibus, & clausulis universalibus, nam ipsæ non debent esse tales, tantæque potentia, & efficacia, ut valeant comprehendere causas privilegiatarum, specialissimam mentionem requirementum.

Observa tamen, hæc omnia procedere, & 16 habere locum, quoties per istas dictiones, & clausulas adversaretur juribus privilegiatarum, & Misericordiarum Personarum, secus autem, ubi redundarent in earum favorem, nam in tali casu ipsæ personæ comprehenduntur sub dispositione præfatarum dictionum, & clausularum, est universalium, & generalium, ut in facto consulti respondebamus, in materia enim favorabili augere, & am- 17 pliari debemus, quæ in materia odiosa sunt stricti



## De Privileg. Miserab. Personarum. 235

18 stricti juris, & non debent extendi, in d. *I-molen. Cheinch. conf. 118. num. 33.* unde Constitutiones favorabiles adjuvandas esse firmat recenter *Steph. in dec. aquensi, n. 2. 4. argum. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum.* & dicebam, ut Advocatus in favorem concessionis cujusdam factæ Michaeli de Avitabile.

### PRIVILEGIUM XXXIX.

#### ARGUMENTUM.

Donatio facta Miserabilibus Personis, cum pacto præstandi alimenta donanti, non revocatur, si non præstentur.

*Ad ornatum Text. in l. 1. ubi DD. ff. de donat. quæ sub mod.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Donatio facta, ut præstentur alimenta donanti, evanescit si alimenta non præstentur, sed failit, ut n. 2. & declara, ut n. 11.
- 3 Liberalitas collata in pium usum, censetur causa finalis propter Deum, & remissionem peccatorum.
- 4 Modus non suspendit dispositionem.
- 5 Modus est adimplendus per modum compulsionis.
- 6 Electus in civem, ut aliquid agat, non desinit esse civis, si non adimpleat promissionem.
- 7 Donatio facta Ecclesiæ sub modo non revocatur, etiam si modus non fuerit adimpletus.
- 8 Argumentum de libertate ad miserabiles personas valet.
- 9 Favorabilia debent esse opera ordinata ad pios usus.
- 10 Negligentia Gubernatorum non debet obesse in jure quæsito rei, quam gubernant.
- 12 Donatio facta Ecclesiæ, non præsumitur facta per modum appositum, sed principaliter propter Deum.
- 13 Conjecturæ non sunt necessaria in claris. Actus agentium non operatur ultra intentionem, ibid.

2 **R**egulariter, donatio facta cum pacto, & onere præstandi alimenta per donatarium donanti evanescit si alimenta ipsa non præstentur, & sic promissio non adimpleatur, *ad text. in l. 1. ubi DD. ff. de Donat. quæ sub mod. Bal. conf. 250.* & alii recentiores.

2 Tamen cum fuisset facta donatio cuidam Hospitali deputato in beneficio Egenorum, Infirmorum, Mendicantium, Pauperum, Peregrinorum, & aliarum Miserabilium Personarum, cum hoc onere, ut ipsi donanti dentur alimenta per illud Hospitalitale donatarium, licet per spatium unius mensis alimenta non fuerint præstita, consultus dicebam non potuisse revocari donationem istam, & movebar ex eo, quis in donatione facta ipsi Hospitali favore miserabilium personarum, habita erat ratio ad pium usum, & liberalitas collata  
3 *Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

in pium usum censetur causa finalis propter Deum, & remissionem peccatorum, *ex Tiraq. in tract. cessante causa limit. 1. num. 58.* modus autem adjectus præsumitur causa impulsiva, & modus non suspendit dispositionem *l. 1. C. de his, quæ sub mod. Bart. conf. 2. Jas. in l. si quis cum debitore, num. 4. ff. de jure jur. Antonin. resolut. 88. num. 7. lib. 1.* unde modus est adimplendus per modum compulsionis, & non per viam resolutionis, ex qua regula in facto deditur votum, quod licet quidam esset electus in Civem, dummodo datia solveret, licet non solverit datia, non per hoc desierit esse Civis, *ex Bald. in cap. dudum il secondo de elect. in 6. Cravet. conf. 59. num. 2.* ubi ampliat, etiam si fuerit dictum cum pacto, & conditione, sic pariter in admisso in Civem, dummodo ædificet, vel domum emat, nam domum non emendo, vel non ædificando, non desinit esse civis, sed cogitur, ut adimpleat, *Menocho. conf. 131. nu. 10. noviter Gratian. discept. forens. 44. & 124. num. 10. cum seq. & in terminis nostris latè Card. Tusc. in concl. 643.*

7 Et stringit, quia donatio facta Ecclesiæ sub modo non revocatur, etiam si modus non fuerit adimpletus, sed adversus eam potest agi, ut modus adimpleatur, *Gloss. Imol. Hostiens. Buttr. Card. & Abb. in cap. verum de condit. apposit. ubi dicit illum esse singularem, Text. Castrensis. in l. 1. ff. de donat. Roctan. in l. si pecuniam ff. de cond. indeb. Felin. in c. verum num. 13. de foro compet. Cov. dicens communem in lib. 1. var. ref. c. 14. num. 6. Surd. alios allegans de alim. tit. 1. q. 48. nu. 67. Mantie. de ricit. & ambig. conv. lib. 13. tit. 44. n. 10. Gratian. discept. 503. & novissimè Genues. in suis pra. Eccl. qu. 128. ubi ita affirmat de libertate, *ex l. si mercia, ff. de manum. test. & de libertate ad favorem miserabilium personarum, tanquam ad opus tendens ad pietatem valere debet, arg. l. proxime & ibi Bart. ff. de his, quæ in testam. delent.**

Nec refragatur, & obstat favor alimentorum de quibus illa lex 1. loquitur, siquidem non debet admitti ad læsionem Hospitalis erecti in beneficium miserabilium personarum, cui tanquam ad pios usus ordinato maximus etiam favor exhiberi debet, *argum. text. in l. sunt personæ, ff. de Relig. & sumpt. funer. & cap. fin. de re judic. præsertim, quia negligentia Gubernatorum, & Deputatorum in jure quæsito non debebat eis obesse, l. pariter ff. de liber. caus. cap. delictum de regul. jur. in 6.*

11 Cæterum non obviat caris advertere nostram sic firmatam conclusionem non procedere, ubi expressè esset cautum, quod donatio non servato modo revocetur, ita *Card. Abb. Præposit. in d. cap. verum, & Cov. cum Mantie. locis ante adductis, de quibus meminit Genues. ubi supra, asserendo in dubio donationem non præsumi factam propter modum appositum, sed principaliter propter Deum, & animæ salutem, sed si aliud esset expressum, in claris non esset opus conjecturis, ex l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. nam actus agentium non operatur ultra intentionem, l. non omnis, ff. si cert. petat. sicque unâ vice in quadam causa delegata judicavi inter Franc. Ant. Magalottam, & Mathalena Sarriensi.*

## PRIVILEGIUM XL.

## ARGUMENTUM.

Rescriptum impetratum contra miserabiles Personas non valet, si per impetran-tem non fuerit facta mentio de eis.

## SUMMARIUM.

- 1 Impetrans rescriptum contra miserabiles personas, debet facere mentionem, quod sint miserabiles personæ illæ, contra quas impetratur rescriptum, & quare Authôr docet, num. 2.
- 2 Id quod difficilem redderet gratiam, debet manifestari Principi, ibid.
- 3 Subreptio reddi gratiam nullam, & num. 7.
- 4 Qualitas notabilis dicitur, id quod movere posset Principem ad concedendum, vel non.
- 5 Impetrans tenetur exprimere qualitates beneficii, quod impetrat.
- 6 Privilegium concessionis Gabellarum, dicitur subreptitium in loco, in quo erant aliæ Gabellæ, de quibus non fuit facta mentio.
- 7 Sequestrum concessum post sententiam latam in Curia, est subreptitium, si concedatur post aliam gratiam factam possessori, de qua non est facta mentio.
- 8 Privilegium primum non revocatur per secundum, ubi non fuit facta mentio de primo, & vide num. 11.
- 9 Homicida, qui obtinuit gratiam super homicidio, si committat de novo homicidium, & obtinuit gratiam, non facta mentione de prima, est nulla.
- 10 Gratia provisionis dicitur subreptitia, si provisus obtinens beneficium aliud, de eo non fecit mentionem.

1 Regula sit, quod impetrans rescriptum contra miserabiles personas debet facere mentionem, quod sint miserabiles personæ illæ, contra quas impetratur rescriptum, aliàs non valet, ita Zabarell. in *conf.* 136. num. 10. quem referendo sequitur *Card. Tusc. concl.* 274. lit. R. quod si fortè mentio talis facta non fuerit claudicaret rescriptum.

- 2 Cujus sanè conclusionis pro colophone illa investigatur ratio, meo quidem iudicio, nam fortè facta hac mentione, Princeps non concessisset, debet enim manifestari Principi omne id, per quod cum difficultate moveretur ad gratiam concedendam, alias rescriptum fit subreptitium, ex novissimè traditis per *Pereir. in dec. Lusit.* 60. & juxta ea, quæ fuisse scribit *Trentacinq. var. resol. lib. 1. res.* 1. in t. de *rescript.* & subreptio reddit gratiam nullam, *Oldrad. conf.* 81. & *conf.* 227. & 257. n. 28. ubi loquitur in resignatione subreptitia, ut sit nulla, & in provisione beneficii facta per Papam ei, qui tacuit se habere expectativam, ut sit nulla, quia subreptitia *Gemin. conf.* 11. *Abb. conf.* 55. lib. 1. & *conf.* 70. lib. 2. *Card. Tusc. concl.* 722. lit. S. ubi quod omnia, quæ possent movere Principem ad concedendum,

vel negandum, dicuntur notabiles qualitates, ideo debent exprimi allegat *Zabarell. in conf.* 40. num. 4. unde videmus, quod impetrans tenetur exprimere qualitates beneficii, quod impetrat, aliàs gratia redditur subreptitia. *Rom. conf.* 362. n. 3. *Rot. in antiq. in dec.* 41. de *rescript.* & *dec.* 61. de *concess. præl.*

Et hinc evenit, quod subreptitium dicitur Privilegium concessionis Gabellarum in loco, in quo erant aliæ Gabellæ seu pedagia, de quibus mentio facta non fuit, quia si Princeps scivisset novum gravamen subditis non imposuisset *Oldrad. conf.* 22. & ubicumque in Privilegio intrat subreptio, sive ex eo quod tacetur, id quod erat exprimendum, & Principem retraxisset, sive ex eo, quod fallium fuit expressum privilegium est nullum, *Gemin. conf.* 33. & *conf.* 63. & subreptitia dicitur gratia obenta post aliam similem gratiam alteri primò concessam, non facta mentione de prima, *Guid. Pap. conf.* 134. col. pen. num. 6. qui loquitur in unione, sequitur *Card. Tusc. concl.* 729. lit. S. ubi etiam, quod sequestrum concessum post sententiam latam in Curia est subreptitium, si concedatur post aliam gratiam factam possessori, de qua non est facta mentio, quia si est talis, quæ verisimiliter retraxisset concedentem à sequestro, reddit sequestrum nullum, *Zabar. conf.* 145. num. 3. & 4. & in Privilegiis videmus, quia per secundum Privilegium non tollitur primum, non facta mentione de primo, idem *Card. Tusc.* ubi supra num. 3. qui alia concernentia cumulat, & homicida, qui continuit gratiam super homicidio, si committat de novo homicidium, & obtinuit gratiam, non facta mentione de prima, est nulla *Sylv. conf.* 50. allegat *Fel. in c. postulasti col. 3. de rescript. Jaf. in l. præscript. C. si contra jus, vel util. public.* & rescriptum secundum Papæ impetratum contra primum rescriptum non facta mentione de primo, est subreptitium, & nullum, *Gemin. conf.* 63. num. 4. & *conf.* 107. latissimè *Cardin. Tusc. concl.* 733. lit. S. ubi ampliat & limitat articulum, asserendo in *concl.* 734. subreptitiam dici gratiam provisionis, si provisus obtinens aliud beneficium, de eo non fecerit mentionem, & talis subreptio reddit gratiam, & provisionem nullam, *cap. audientiam de rescr. plenè Roman. conf.* 383. quod accidit praticari in personam Reverendi Fratris Turecti.

## PRIVILEGIUM XLI.

## ARGUMENTUM.

Fœmina potest esse Procuratrix, & Advocata in causis miserabilium personarum. *Ad ornatum Text. in l. neque femina, ff. de Procur. & l. quia absente, & l. alitnam, C. eodem titul.*

## SUMMARIUM.

- 1 Fœmina regulariter prohibetur esse Procuratrix, fallit tamen pro miserabilibus personis num. 2. & pro Ecclesia, num. 3. & in causa propria num. 5. vel parentum num. 6. Ecclesia

## De Privileg. Miserab. Personarum. 237

4 Ecclesia æquiparatur miserabilibus personis.

8 Ecclesia hæres conductoris, non cogitur in conductione perseverare.

1 **R**egula est, quod mulier procuracionem exercere prohibetur, *l. neque fœmina, ff. de Procur. l. quia absente l. alienam, C. eod. tit. §. præterea insit. de except. tradunt Damauder. in prax. rer. civ. c. 94. num. 6. cum seq. Termin. in proc. jur. script. c. 1. Coler. in dec. German. 67. Greg. in Syntag. jur. lib. 49. c. 6. sub nu. 11. & alii noviter relati per Borell. in sua summa dec. in tit. de Procuratoribus numer. 47. tom. 1.*

2 Favore tamen miserabilium personarum, bene pro ipsarum causis Procuratrix, & Advocata Fœmina esse potest ut tradit Bart. in tract. inter Dæmon. & Virg. Mariam num. 6. per text. in cap. sunt autem 3. q. 7. & alia jura, quæ allegat, sequitur modernè Genuen. in suis pract. Eccl. qu. 346. & 436. qui idem firmat pro Ecclesia, aliterendo pariter posse procuracionem exerceri per mulierem in favorem Ecclesiæ, & movetur, quia Ecclesia æquiparatur miserabilibus personis, quoad Privilegia illis competentia cap. 3. & c. auduis de in integ. restit. quia ipsa est Mater Pupillorum & miserabilium personarum, ut suo loco dicemus.

5 Et sicuti pro istis Fœmina admittitur ad Procuratoris officium gerendum, ita similiter in causa propria, ubi non prohibetur esse *d. l. neque Fœmina*, ibi nec pro alio intervenire, & *d. l. quia absente, Monac. in defens. jur. tit. 5. num. 3. Monial. in l. 4. For. in verb. nun. Mugh. lib. 1. tit. 10. Coler. in d. decis. 67. nu. 9.* cum aliis relatis per Borrell. in loc. cit. num. 48. qui n. 49. idem asserit procedere in favorem parentum, pro quibus potest esse procuratrix, *l. fœminas, ff. de Procu. Act. de Infirm. par. 2. in verb. Fœmina, Mastrill. in dec. Sicil. 175. num. 17.* cum aliis superius citatis.

Cumque tempore meo casus accidisset in Regio Tribunali Apuleæ dicta hic per nos communi voto fuerunt reservata in causa Labellæ de Francisco.

### PRIVILEGIUM XLII.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ, si conducant domum, pro earum commoditate, finito tempore locationis non possunt expelli, si velint solvere quantum alii offerunt.

Ad ornatum text. in *l. ne cui. C. locati.*

### SUMMARIUM.

- 1 Quilibet in re sua est moderator, & arbiter.
- 2 Dominus potest domum suam locare cui vult, fallit favore miserabilium personarum, scholarium n. 3. & Ecclesiæ num. 6.
- 4 Scholares inter miserabiles personas reponuntur.
- 5 Cæci, & pauperes dicuntur miserabiles personæ.
- 7 Ecclesia non tenetur relocare rem suam primo conductori.

1 **R**egula est in jure, quod quilibet in re sua est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandat.* unde descendit, quod Dominus potest rem suam cui vult locare, ex reg. text. in *l. ne cui, C. locat. & l. conductores eod. tit.* ita ut primus conductor præferri non debeat, ut ibi pro regula constituunt omnes DD. & ita Boer. in dec. 107. Misynger. observ. 23. centur. 4. Franch. in dec. 406. de Ponte conf. 23. Anna conf. 77. Cavalc. in dec. 27. num. 63. par. 3. & ad materiam Gizzarel. dec. 6.

Tamen, si miserabiles personæ conducant domum pro earum commoditate, finito tempore locationis non possunt expelli, si velint offerre quantum alii offerunt, ut in facti contingentia consului cuidam Domino domus, qui volebat ejicere quendam Pauperem Cæcum ab illa, & alteri locare, dicebam inquam non posse fieri, & movebar, nam hoc Privilegium habent scholares, qui non possunt ejici, offerendo pretium ab aliis oblatum, *Gloss. in d. l. ne cui in verb. locandi, & ibi Alber. & Salyc. Rip. in l. 1. ff. solut. matrim. in fin. DD. in cap. 1. extra de locat. Bald. in sua Margarita vers. scholaris q. 2. Platea in l. si tempora, C. de fide instr. lib. 10. Boer. d. dec. 107. Misynger. observ. 23. Luc. de Privil. scholar. Privileg. 41. quos refert, & sequitur Anna in dict. conf. 77. num. 21. & certum est, scholares inter miserabiles personas reponi à DD. ut est videre apud Vivium in decis. 65. num. 5. Menoch. de arbit. Judic. cal. 66. num. 32. in addit. Capiblanco, de Baron. Pragm. 8. num. 102. com. 1. Petra in addit. ad Gramat. in dec. 21. sub n. 9. Luc. de Privil. scholar. in præfat. num. 13. Decian. conf. 14. n. 12. lib. 1. Act. de Infirmis. c. 13. part. 1. novissimè Borrell. in summa dec. in tit. de juram. perheresc. n. 27. tom. 1.*

Ergo cum Cæci, & Pauperes dicantur miserabiles personæ, ut per Mart. de Jurisdic. cap. 21. n. 5. par. 2. Castill. quoid. contro. jur. lib. 3. c. 25. Annot. ad Stat. Parmæ in tit. de ration. summarie reddendis miserabilibus personis, merito fatendum est, ipsum Dominum nullatenus potuisse ejicere illum Pauperem Cæcum.

Conducit pro corroboracione, nam Ecclesia, quæ inter miserabiles personas ponitur à Doctoribus, si conducatur domum pro ejus commoditate finito tempore locationis non potest expelli, si velit solvere quantum alius offert, ita novissimè concludit Genuens. in suis pract. Eccl. quæst. 421. ubi etiam firmat, Ecclesiam ipsam non teneri relocare prædium primo conductori, ut fuit decisum diebus elapsis in Curia Archiep. Neap. & meritò, nam aliàs esset restringere dominium, & jura Ecclesiæ, quæ omnino sunt amplianda, & nunquam restringenda, qua de ratione in factò dicebam, Ecclesiam hæredem conductoris non posse cogi in conductione perseverare, de quo articulo noviter scribitur per Theaur. in lib. 4. quæst. forens. cap. 93. quem postea vidi.

Adeo est verum, quod non poterit expellere, etiam si pro usu suo deserviret Duens reg. 213. ut Dominus.

## PRIVILEGIUM XLIII.

## ARGUMENTUM.

Miserabilium Personarum favore non est necessario servandus ordo executionis sententiæ definitivæ.

L. à Divo Pio, ff. de Re judic.

## SUMMARIUM.

- 1 Executio definitivæ sententiæ super bonis immobilibus, primo est faciendâ.
- 2 Executio favore miserabilium personarum, potest incipere à nominibus debitorum, vel immobilibus, non servata forma, l. à Divo Pio, ff. de re judic. & sic etiam favore Ecclesiæ.

**R**egula est à l. Divo Pio, ff. de re judic. quod in executione definitivæ sententiæ fervetur ordo, ut prius fiat executio super rebus mobilibus, secundò in immobilibus, ultimo in hominibus debitorum, ita quod si iste ordo pervertatur, potest revocari, & appellari, ut per Jo. And. Bald. & alios in cap. quoniam frequenter, §. fin. autent. ut lit. non contest. Gabriel. in concl. 2. de except. rei judic. Viv. in Sylva comm. opin. concl. 1011. Muscarell. in prax. Sacr. Conf. part. 2. gloss. venduntur num. 10. & seq. Grass. inter commun. opin. in tit. de exec. rei judic. num. 114. Illustr. Episc. Ricc. ad materiam in Collect. decis. Collect. 386. & novissimè alios referens Thot. in compen. dec. Neap. in verb. exequutio sententiæ tom. 1. quibus addo latè loquentem, Costam de remed. subsidiar. remed. 43. licet executionem aliter factam non subjacere nullitati anruant Gam. decis. Lusit. 199. Surd. dec. 170. Gratian. forens. discept. tom. 1. cap. 7. Trentacing. lib. 2. re. sol. 2. de expens. & plures alii apud Barbof. de potest. Episc. alleg. 96. num. 39. part. 3.

Tamen quidquid sit favore miserabilium personarum, aliter est dicendum, & moveor ex doctrina Bald. in d. cap. quoniam frequenter, §. fin. autent. qui dicit, quod potest incipi à nominibus debitorum, si expedit Ecclesiæ, vel Pupillo, ut eleganter notat Cyn. in Auth. hoc jus porrectum, C. de sac. Eccl. & novissimè refert, & sequitur Genuens. in suis pract. Eccles. qu. 313. ubi dicit summopere notandum, & ego dixi in tract. de gravaminibus Vassallorum tom. 1. Grav. 397. in fin. quo in loco per plura in hac materia, l. à Divo Pio conglomerata reperies, ibi videnda.

## PRIVILEGIUM XLIV.

## ARGUMENTUM.

Legatum relictum Miserabilibus Personis, earum favore dicitur pium.

- 1 Legatum pium dicitur quod pietatem continet substantialiter.
- 2 Legatum factum pro anima, dicitur pium.
- 3 Legatum relictum Miserabilibus Personis, etiam dicitur pium.

**R**egula est, quod legatum pium dicitur, quod pietatem continet, non tantum nomine, sed substantiâ veritatis, l. cum hi, §. sed personarum. & §. si in annos, ff. de transact. l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. Tiraq. plures referens in præfat. de privileg. piæ causæ, latè Card. Tusc. in concl. 106. ubi quod successivè est omne, id quod fit pro salute animæ, igitur quoties testator relinquit aliquid pro anima tua, dicitur ad pias causas relictum. §. si unum de prædictis Auth. ut cum de appell. cognosc. glo. Bart. & alii in l. quis Titio, ff. de leg. 2. Brun. à Sole in suo compend. in verb. legatum pro anima qui alios allegat, ut plures etiam cumulat noviter Valer. in differ. 3. & vide Illustriss. Episcopum Ricc. in praxi resol. 38. part. 2. & Mangil. de impu. & de tract. quest. 120. num. 2.

Pium tamen dicitur etiam legatum, si Viduis, Pupillis, Peregrinis, cæterisque miserabilibus personis, auxilio proprio destinatis, legatum fiat, ita Silv. in sum. verb. legatum il quarto, qu. 1. Simeon. de Petr. de interpr. ult. volunt. lib. 4. dub. 1. num. 1. & seq. annot. ad Statut. Parmæ fol. 62. vers. & relictum miserabilibus, Tiraquell. alios adducens in d. præf. fol. 2. col. 1. §. item relictâ viduis, Alex. conf. 126. Rebuff. in constit. Gall. in tit. de sent. provis. art. 4. gl. final. Card. Tusc. dist. concl. 106. nu. 8. novissimè tradit, & sequitur Mosef. in sua Theol. moral. tract. 13. de ultim. volunt. cap. 5. num. 158. fol. mihi 271. par. 2. qui multa circa materiam legatorum priorum cumulat, de quibus ultra ea, quæ diximus in praxi elect. & variat. fori qu. 51. sect. 2. in moderna editione vide nostram collectan. ad Pragm. 1. de legatis piis, ubi notabilia reperies, & recenter ne relinquas videre Barb. in tract. de jure Ecclesiastico universali lib. 3. tit. de legatis ad pias causas c. 27. ubi ad saturitatem.

## PRIVILEGIUM XLV.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ legatariæ possunt capere legata, propria autoritate.

Ad ornatum text. in l. eam quam C. de fideicommiss. & cap. Raynaldus de Testam.

## SUMMARIUM.

- 1 Legatarius debet capere legatum de manu hæredis.
- 2 Legatarius occupans res legatas propria autoritate, suo jure privatur.
- 3 Fideicommissarius debet capere hæreditatem de manu hæredis, sic etiam usufructuarius usufructum.

4 Misera-

# De Privileg. Miserab. Personarum. 239

- 4 Miserabiles Persona legataria, possunt propria autoritate legata capere.  
5 Legata pia possunt propria autoritate capi.

heres, quam legatarius, & fideicommissarius, an supradicta procedant, num. 9.

- 1 **R**egula est, quod legatarius debet legatum capere de manu hæredis, l. eam quam C. de fideicommiss. cap. Raynaldus, & ibi gl. verb. peten. extra de testam. Surd. latè de alim. privil. 16. abundè Molfes. noviter in suo consil. 32. & Borrell. in consil. 8. ubi ambo copiosè tractant materiam, asserendo, quod eatenus verum est, quod si legatarius autoritate propriâ legatum occupasset, privaretur jure legati, l. non est dubium, C. de legat. ubi omnes Cornazzan. decis. 4. latissimè Peregrin. de fideicommiss. artic. 37. per tot. ut etiam fideicommissarius regulariter debet capere hæreditatem de manu hæredis, cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. l. quamvis, §. 1. ubi DD. ff. ad Trebel. luculenter Farin de furt. quæst. 175. nu. 290. qui nu. 305. idem abundè decidit de usufructuario, qui neque potest capere usumfructum propriâ autoritate, Franc. Marc. decis. 824. Gabr. concl. 1. de usufruct.
- 4 Cæterum miserabiles personæ legataria, possunt capere legata eis facta propriâ autoritate, cum ipsa dicantur pia, ut supra firmavimus, & legatum ad pias causas potest propriâ autoritate capi per legatarium, ut post alios, quos allegat, voluit Novel. in reg. 71. vers. fallit. hæc regula, & tradunt Tiraquell. de privil. piæ causæ privil. 26. & 45. Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. num. 86. & seq. Rinin. inst. de donat. in princ. num. 1. 149. & seq. & n. 1557. & 1361. modernè Molfes. in sum. tract. 13. de ult. volunt. cap. 5. num. 119. Polidor. Ripa observat. 322. Illustriss. Episcop. Ricc. in collect. 215. & Farinac. de furt. quæst. 175. num. 336. apud quem copiosè habes materiam enucleatam, quando legatarius possit, vel non propriâ autoritate rem sibi legatam occupare, & occupando in quam poenam indicat.
- Inde vidi quandoque sic practitari.

**R**egulariter Falcidia debet detrahi à quocumque legato cum plus est relictum, quam in hæreditate sit, vel tantum ut hæredi non remaneat portio à jure determinata, ut ff. & C. ad l. Falcid. videndi Costa de portion. rat. quæst. 160. & Viscont. in concl. jur. in verb. Falcidia, ubi quod favore testantium inductum est, ne inviti absque hærede decedant, §. 1. instit. de leg. Falcid. & pariter hæredis, qui potest tres uncias ex hæreditate sibi retinere Gui. Pap. dec. 515. num. 2. nec non & legatariorum qui legata consequi non possunt, nisi hæreditas adeatur, §. quantitas instit. d. tit. de lege Falcid. latè Surd. in tract. de aliment. tit. 8. privil. 18. Crass. fusè in tract. de success. §. Falcidia, qui qu. 3. probat de omnibus legatis, & fideicommissis particularibus Falcidiâ detrahi tam ab intestato, quam ex testamento Præsid. de Franc. dec. 293. & etiam ex donationibus causâ mortis, l. si mortis causâ, & l. in donationibus, C. ad l. Falcid. l. cum hic Status in princ. ff. de donat. in vir. & uxor. l. 1. §. si quis, ff. quorum legat. Purpur. conf. 69. num. 3. Cav. dec. 30. num. 4. Thessorenf. q. 33. lib. 3. Carocc. dec. 86.

Cæterum de relictis favore Miserabilium Personarum Falcidia detrahi non debet, prout delegatis piis, nec detrahitur talis quarto Auth. similiter, & ibi DD. de communi consensu, C. ad l. Falc. Auth. de Eccl. t. §. si autem hæres colat. 9. Covarr. in c. Raynaldus, §. 3. num. 7. de test. Tiraquell. multos sectatores adducens in tract. de privil. piæ causæ privil. 36. Cappella Thols. dec. 83. Seraph. dec. 1202. Ugo Donell. in comment. jur. civil. lib. 8. c. 27. §. utrum autem Marta de jurisdict. cas. 180. p. 4. cent. 2. luculenter Card. Tusc. concl. 111. lit. F. Flores Diez. de Mena var. q. lib. 2. c. 21. n. 190. plenè cuidem calamo Mangil. in tract. de imputat. & detract. legiimæ q. 118. & 119. Illustrissimus Episcopus Ricc. in collect. dec. 329. ubi conglomerat alios casus, in quibus cessat Falcidia, noviter Genuens. in practic. Eccl. q. 401. ubi quærit, si stante, quod Falcidia delegato pio non detrahitur, an sit detrahenda tota legato non pio.

Quæ sanè conclusio adeò virefcit, ut ne dum non sit talis quarta detrahenda, quando institutio immediatè piæ causæ, aut facienda miserabilibus esset, verum etiam si mediatè, ut exempli gratiâ, si centum legavi Antonia, ut deinde restituat Ecclesie, & miserabilibus personis detrahenda non est ne ipsis detraherentur, quibus restitutus est, ut ex multo cumulo DD. probavimus in praxi elect. & variat. fori qu. 61. num. 9. sect. 4. in nova editione & vide Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 66. cum seq. & Molfes. in sum. Theolog. moral. tract. 13. cap. 14. de ult. volunt. num. 70. part. 2.

Nec in casu, quo solet præstari Trebellianica illam posse detrahi favore miserabilium personarum dicendum est, prout in pia causa concludunt præter adductos à Tiraqu. de priv. piæ causæ priv. 37. concludunt Decian. in conf. 44. numer. 90. vol. 3. Crass. de success. §. Trebell. qu. 6. numer. 2. Peregrin. de fideicommiss. d. art. 3. numer. 63. Bellon. modernè in conf. 84. numer. 25. & 26. ubi quod neque

## PRIVILEGIUM XLVI.

### ARGUMENTUM.

Falcidia, & Trebellianica favore Miserabilium Personarum non detrahuntur.

Ad limit. l. 1. ff. & C. ad l. Falcid.

### SUMMARIUM.

- 1 Falcidia detrahitur à quocumque legato, & num. 3.
  - 2 Falcidiæ detractio, quorum favore est introducta.
  - 4 Falcidia detrahitur ex donatione causa mortis.
  - 5 Falcidia non detrahitur de legatis factis miserabilibus personis, nec de legatis piis, & amplia, ut num. 7.
  - 6 Falcidia, dum de legato piorum detrahitur, an sit deducenda tota legato non pio.
  - 8 Trebellianica favore piæ causæ, & miserabilium personarum cessat.
- Et quid si miserabiles personæ essent tam

filiò de fideicommissò relicto Hospitali, vel alteri piæ causæ Trebellianicam detrahere non potest, non magis quàm extraneus Galet. in *Margarita casuum conscientie in verbo legata ad pias causas*, ubi tamen declarat procedere, si ab initio certum sit fideicommissum debere pervenire ad piam causam, refert, & sequitur novissimè *Barbos. in tract. de jure Ecclesiastico univers. lib. 3. tit. de legat. ad pias causas. cap. 27. numer. 84. & 85. & vide Thesaur. ad materiam forens. qa. 36. lib. 4.*

9 At si hæres, & legatarius, aut fideicommissarius ambo essent miserabiles personæ claudicarent supradicta ea de ratione, quia contumassarentur Privilegia, dum ambo sunt privilegiati, & proinde quarta posset exigi, *Imol. & Cuman. in l. 1. §. ad municipium, ff. ad l. Falcid. Ang. in d. Auth. similiter, C. ad l. Falcid. Alber. in l. si quis ad declinandum in 2. quest. de Episcop. & cler. Salic. in Auth. quidem, C. de sacros. Eccl. Firmian. in tract. de Episc. lib. 4. qa. 31. Panorm. in cap. presentia col. 14. de prob. ubi pariter Dec. col. 24.*

Et quamvis in contrarium partem videantur inclinare *Tiraquell. de privilegiis piæ causæ priv. 26. & Sard. in tract. de aliment. d. priv. 18. numer. 8.*

Tamen primam agnosco æquiorè, & veviorent sententiam.

### PRIVILEGIUM XLVII.

### ARGUMENTUM.

Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe se intromittit in legatis factis Miserabilibus Personis non adimpletis.

### SUMMARIUM.

- 1 Fabrica se intromittit in legatis factis miserabilibus personis tanquam piis, & si præmorianur testatori num. 7.
- 2 Facultas Reverendæ Fabricæ, quanam sit.
- 3 Quilibet de populo potest agere pro relictis ad pias causas.
- 4 Judices superiores tantum possunt cognoscere de legatis piis inf. annum.
- 5 Episcopi sunt exequutores legatorum piorum.
- 6 Capitulum Sede vacante, non est exequutor legatorum piorum.
- 8 Legatum in dubio censetur relictum intuitu animæ, & non personæ.

1 **R**egulam firmo, quod Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe versatur, & se intromittere potest circa legata facta miserabilibus personis, quando non fuerunt adimpleta, & non sine ratione, nam legata talibus personis facta sunt pia, & Reverenda Fabrica in hoc Regno, pro adimplemento legatorum piorum se intromittit, & hanc habet facultatem, ut quotidie videmus, & demonstrat *Illustrissimus Episc. Ricc. in sua praxi resol. 374. part. 2. cujus hæc sunt verba.*

2 Est notandum, quod in hoc Regno pro adimplemento legatorum piorum, quando

pia loca, in quorum beneficium sunt facta, non curant illa exigere infra annum, ex conventionem inter Sedem Apostolicam, & Regiam Catholicam Majestatem, est introductum Tribunal Reverendæ Fabricæ Basilicæ Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli de Urbe, quod regitur per Oeconomum, qui est persona Ecclesiastica, & per Judices, sive Consultores laicos, qui in prima, secunda, & tertia instantia sunt Officiales Regii electi ab Illustriss. Prorege, & in hoc Tribunali, ex officio, etiam piis locis legatariis non instantibus proceditur ad exactionem, & recuperationem hujusmodi legatorum, quod inde introductum credo, quia iudicium pro legatis piis est populare, & quilibet de populo potest agere de relictis ad pias causas, ut est *Text. in §. si vero sanctissimus, versic. si autem hæres, ubi Angeh. in Auth. de Eccl. iii. & docet Roman. consil. 69. col. 1. versic. secundo principaliter, & alii communiter relati per Tiraqu. in privil. 151. de privil. piæ causæ, ita quod nec etiam infra annum de his legatis piis possunt cognoscere Judices inferiores, sed superiores tantum, si deferendum est auctoritati, Tiraq. in d. tract. de privil. piæ causæ, privileg. 150. pulcher Text. in l. hæredibus, ff. de petit. hæred. ibi (quamvis enim stricto jure nullâ teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum tamen principali, vel Potentificali auctoritati compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis) sequitur *Reg. Rovit. in Pragm. 1. sub rubric de legat. piis, & noviter vide Danza in pugna DD. iii. de legatis piis cap. 1. ubi edisserit à quonam Tribunal. Reverendæ Fabricæ, & quomodo fuerit erectum, & magis recenter Canon. Novar. Frat. in summa Bullar. iii. de Fabrica S. Petri.**

Licet de jure communi horum piorum legatorum sint executores Episcopi, *cap. tua nobis. ubi latè Covar. de testam. Sacr. Concil. Trid. sess. 22. de reformat. & vide Grass. in praxi cas. reservat. lib. 2. cap. 26. de legatis piis, & Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 10. ubi etiam habes qui Episcopus debeat esse executor, nempe originis, vel loci, vel rei sitæ, & quod executio spectet ad Metropolitanum, Episcopo negligente, & quod Capitulum Sede vacante non est executor voluntatum ad pias causas, novissimè videndus, *Barbosa de off. & potest. Episc. alleg. 82. p. 3. ubi plura consarcinat.**

Et nota, quod ipsa Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe potest se intromittere in legato facto talibus miserabilibus personis, & si illi præmorianur testatori ut in facto dicebamus, quia legatum si fiat alicui certæ personæ intuitu animæ, illa præmoriens in aliam personam, vel alium usum pium convertendum erit, non enim causa finalis legati, quæ est amor Dei, deficit in illo legato, vel simili, ut novissimè considerat *Naldus in sua summa in verb. legatum num. 20.*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 241

## PRIVILEGIUM XLVIII. ARGUMENTUM.

Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. competit Episcopo executori testamenti, in quo sunt instituta Miserabiles Personæ.

### SUMMARIUM.

- 1 Episcopus executor testamenti, in quo sunt instituta miserabiles personæ, potest uti remedio, l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. sic etiam de Patre dicitur, num. 3.
- 2 Episcopus dicitur pater Pauperum & Miserabilium Personarum, num. 4.  
Episcopus à lege acquirit nomen hæredis potestque agere, & exigere, quando Pauperes sunt hæredes instituti, ibid.
- 3 Referitur casus practicatus ab Authore, qui adducit limitationem ad regulam propositam.

Regula sit, quod remedium, l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. ad cuius materiam Ludovic. decis. Perusm. 69. Aloys. de Leo in rubric. & Illustrissimus Episc. Ricc. in collect. dec. collect. 70. competere debeat Episcopo executori testamenti, in quo sunt instituta personæ miserabiles, quia Episcopus dicitur Pater Pauperum, & miserabilium personarum, ut alias diximus, & voluit Bal. in l. precibus. C. de impuber. & alii substituit, & Patri conceditur hoc beneficium, cum ejus filius hæres instituitur in testamento, ut notant DD. in cit. l. fin. ultra quod Episcopo concedi debet tanquam Tutori pauperum, & Miserabilium Personarum, cap. omnibus 6. qu. 1. imò tanquam hæredi propriè in hoc constituto à jure, ut patet ex Text. in l. si quis ad declinandum, §. ubi autem, C. de Episc. & elec. ubi statuitur favore pauperum & miserabilium personarum valere institutionem eorum incertorum, & instituit executor testamenti Episcopus qui hæres scriptus appellatur, ibi (hæredem ei, & jus, & nomen dedimus cum potestate agendi, & exigendi.) & hanc opinionem in favorem pauperum sequuntur Alex. Alber. Bart. Bal. Dec. Jas. Jacob. & reliqui in cit. l. fin. Bertacc. in tract. de Episc. lib. 4. part. 6. num. 17. Menoch. in tract. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 256. qui alios allegat, refert, & sequitur novissimè Genuens. in suis practicab. Eccl. quest. 256. qui num. 3. ampliat procedere, & si executor generalis datus sit, ut verbi gratià, quoties in universo instituti pauperes, nam institutus generalis sustinet vicem hæredis, teste Bart. in d. l. fin. qui in l. illa institutio, ff. de hæred. instituend. ut referunt Zuccard. in d. l. fin. & Menoch. loco superius relato, asserit procedere etiam in executore, nullà factà Pauperum electione, ut si testator instituisset pauperes ab Antonio executore eligendos, nam adhuc executor iste agit, & convenitur nomine pauperum.

5 Bene verum advertere non desinas, firmatam conclusionem nostram non habere locum

in Episcopo, quoties alius datus esset executor in testamento, ut practicavi de anno 1620. in Civitate Theani, ex Bal. Bertach. loco antecit. quos recentet, & sequitur Genuens. d. q. 586. numer. 8. in fin. & alias habui in facto contra Episcopum Montis Marani.

## PRIVILEGIUM XLIX.

### ARGUMENTUM.

Monitoria revelationis, favore Miserabilium Personarum possunt concedi, et si non exprimat res, de qua agitur, & ejus valor.

### SUMMARIUM.

- 1 Monitoria non conceduntur, nisi expressà re, de qua agitur, & ejus valore, fallit favore miserabilium personarum, Ecclesie, Locorum piorum, & Universitatum, num. 5.
- 2 Monitoria debent continere rem certam. Excommunicatio est major pœna, quæ ab Ecclesia datur, ibid.
- 3 Excommunicatio injusta est timenda, ibid.
- 4 Excommunicatio impetu non est facienda, sed cum causâ cognitione.
- 5 Sententia excommunicationis proferri non potest, ex judiciis indubitatis.
- 6 Similium eadem est dispositio, & natura.
- 7 Parium idem est judicium.
- 8 Correlativorum eadem est dispositio.
- 9 Regula correlativorum, est regula parium.

Regulariter in praxi viget non esse concedenda monitoria ad finem revelationis, nisi expressà re, de qua agitur, & ejus valore, ut testatur Genuens. in praxi Curie Archiepisc. Neap. c. 1. n. 5. nam monitoria debent continere rem certam, videndus Barbof. de potest. Episc. alleg. 96. p. 3. ubi omnia quidem in practica circa materiam conglomerauit, Carasco in l. novæ recop. c. 4. de censur. monitorialibus, cum agatur de re gravi ut est excommunicatio reputata major pœna quæ ab Ecclesia dari potest, unde est timenda, quamvis sit injusta, cap. 1. 11. quest. 3. Vivius in dec. 93. ubi quod si excommunicatus injustè contemneret excommunicationem, ligaretur procul apud Deum, ex contemptu, allegat, Abb. in cap. ab excommunicato de rescript. quare impetu non esse faciendam, sed cum causâ cognitione scribit idem Abb. in cap. si Sacerdos, §. sed ego de offic. deleg. & apparet ex cap. si Episcopus, & cap. servetur 11. q. 1. Christus enim, & non homo in tali casu ligat, cap. nemo contemnat 10. quest. 3. Cappell. Tholof. dec. 298. Illustr. Episc. Ricc. in praxi ref. 437. num. 1. in fin. to. 1. in 2. edit.

Ex quibus in facti contingentià dicebam, ex induciis indubitatis non posse proferri sententiam declaratoriam excommunicationis, eò magis, quia excommunicatio ex præsumptionibus fieri nequit, cum debeat fundari in re certa, & vera, sicque audivi deinde fuisse judicatum in Curia Archiepiscopali Barenfi de anno 1621. de mense Decembris,

bris, de quo latius videnda sunt adducta cum maximo apparatu in forens. quest. 18. part. 2.

5 Nihilominus ubicunque talia monitoria essent concedenda in causis miserabilium personarum sufficit, quod fiat in genere quædam designatio rerum, quæ non debet esse vaga, incerta, & inverisimilis, ut etiam procederet quoties monitoria fierent pro Ecclesiis, locis piis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, ac universalibus successoribus, firmat *Genuens. loc. sup. cit.* qui asserit hoc colligi ex Constitutione Pii V. super modo impediendi rescripta in forma significavit.

Ratio autem nostræ opinionis assignatur, quia si hoc potest fieri pro Ecclesiis, locis piis, & Universitatibus, ita similiter generaliter pro miserabilibus personis, cum Ecclesia, loca pia, & Universitates inter miserabiles personas reponuntur, dispositum enim in uno simili debet habere locum in alio non diverso, cum similia eadem videatur esse natura, ex traditis per *Gam. in dialect. legal. lib. 2. loco à simili*, maxime cum ex similitudine beneficium, & bonus effectus, vel Privilegium sequantur, ut in casu nostro, cui plurimum favet illa regula juris, qua cavetur parium esse eandem juris dispositionem, & iudicium, cap. *inter corporalia, & cap. sicut ergo de translat. Episc.* eandemque naturam esse patet; ex *Text. in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess. l. si reus, ff. de duobus reis*, quæ regula est eadem cum regula correlativorum, quorum unum est iudicium, & de uno dispositum trahitur ad alterum, l. *fin. ff. de acceptilat. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. latè Farinac. in fragment. crim. lit. E. num. 235. cum seq. Card. Tusc. in pract. concl. lit. C. concl. 1041. & novissime Phebus in decis. Lusitan. 72. num. 8. tom. 1. regula enim correlativorum est regula parium, l. *Julia, §. si Procurator, ff. de act. empt. Bertazzol. in l. si quis major, num. 801. C. de transact.**

*piscopi ad Episcopum*, qui plura adducit *Sbrozz. de officio Vicarii lib. 1. in proem. num. 18.* ubi quod Vicarius facit idem consistorium cum Episcopo, associatur eidem in jurisdictione tanquam Tribunal, Auditorium, & Consistorium unius sit quoque alterius, una sit eorum persona, unum sit caput, unumque corpus, unum Officium, unus Judex, unum iudicium, unus agens, & una actio, cap. *Rom. de appell. in 6. cap. 1. ubi DD. de offic. Vic. Menoch. conf. 51. vol. 1. Rota dec. 8. de offic. Vicar. unde de uno ad aliud appellari nequit, ut in d. cap. 2. de consuet. & in cap. Romana de appell. & probant Card. Tusc. concl. 184. & 186. lit. V. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. q. 6. Scacc. de appell. q. 8. à numer. 53. cum seq. Illustrissimus Episc. Riccius collect. decis. 1166.*

Quia substantia appellationis exigit, ut de inferiori ad superiorem deferatur appellatio non ad æqualem, vel ad eundem, cap. *anteriorum 2. q. 6. l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo appelletur, l. precipimus, C. de appell.*

Taliter, ut si de facto contigerit appellatio, etiam partibus contententibus processus, inde secutus nullus, & inefficax redditur, ut post *Jo. And. Franc. & Dominic. fundat Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 3. q. 2. numer. 11. & seq. Castellion. conf. 34. num. 6. Card. Tusc. concl. 439. n. 5. lit. A.* quos refert & sequitur *Barbos. de potest. Episcopi allegat. 54. nu. 48. part. 3. amplians*, ne dum quoties judicialiter Episcopus provocetur, ex *Rot. in novis dec. 7. numer. 2. de offic. Vicar.* subnectent ulterius, idem procedere in supplicatione, ex *Sbrozz. de offic. Vicar. quest. 12. lib. 3. nisi supplicatio in restitutionis remedio suam fundet intentionem*, nam tunc rectè licebit Episcopo supplicationem deferentem in integrum restituere contra sententiam sui Vicarii ad instar poterit pariter, idem Vicarius agere, *Cappell. Tholos. dec. 479. Caball. Milleloq. 747. Zerol. prax. Episcop. in verbo Vicarius, §. 5. part. 1. Oddus de restitut. in integr. part. 1. quest. 32. art. 22. num. 156.*

Cæterum ad nostri instituti Coronidem obfervabis, licere quidem Episcopo in causis miserabilium personarum comparere coram eius Vicario, & petere iustitiam, ex *Bal. in l. si quis ad declinandum, C. de Episcop. & cleric. quia non agitur de re Episcopi, sed Pauperum, & Miserabilium Personarum, quibus opitulari tenetur Episcopus, ut suo loco dictum est.*

Idemque procedere in causa Ecclesiæ, in cuius favorem Episcopus potest petere iustitiam coram eius Vicario, firmat noviter *Genuens. in pract. Eccles. quest. 527.* ubi, quod Episcopus potest agere pro Ecclesia etiam inferiori, c. 2. de success. ab intest. & dicit facere *Text. in cap. cum Nuncius, & in c. in super de testib. ubi Episcopus potest esse testis in causa Ecclesiæ, de qua materia me remitto ad Farinac. de testibus, quest. 60. num. 544. & ad Momicell. repertor. de testibus in verb. Prælati.*

### PRIVILEGIUM L.

### ARGUMENTUM.

Episcopus in causis Miserabilium Personarum potest comparere coram suo Vicario, & petere iustitiam.

### SUMMARIUM.

- 1 Tribunal Episcopi reputatur Tribunal Vicarii.
- 2 Vicarii, & Episcopi magna est conjunctio, & ideo de uno ad alium non datur appellatio, ut ibidem, ubi ampliationes recensentur.
- 3 Episcopus potest petere iustitiam coram suo Vicario de causis miserabilium personarum, & sic etiam de causis suæ Ecclesiæ, numer. 4.
- 5 Episcopus potest agere pro Ecclesia etiam inferiori.
- 6 Episcopus potest testificari in causa Ecclesiæ.

Regulariter, licet Vicarii, & Episcopi, idem reputetur Tribunal, cap. 2. de consuet. in 6. latè *Narbon. de appell. de Vicario E-*



# De Privileg. Miserab. Personarum. 243

## PRIVILEGIUM LI. ARGUMENTUM.

Copia indiciorum, & repertorium, debet dari Miserabilibus Personis, & si non petatur.

### SUMMARIUM.

- 1 Copia indiciorum debet dari, parte petente, alias secus.
- 2 Indiciorum copia debet dari miserabilibus personis, & si non petant, etiam quod sit Statutum, ne detur, nisi parte petente.
- 3 Copia indiciorum est danda miserabilibus personis gratis.
- 4 Copia indiciorum in Statu Ecclesiastico datur, etiam parte non petente.
- 5 Copia indiciorum, & repertorium in Regno non potest dari ante publicationem, nisi datis fisci testibus pro repetitis.

**R**egulariter, copia indiciorum, & repertorium, non debet dari per Judicem reo, nisi petatur, *Blanc. in sua pract. crim. fol. 39. num. 102.* ubi quod ita servatur, & servari vidit *Cartar. in praxi interrogandorum reorum lib. 2. c. 3. num. 52.* refert etiam *Clar. in sua pract. crim. quest. 49. num. 4.* licet ipse distinguat, & ad materiam vide *Capyc. dec. 74.* & ibi *Masul. in addit. Franch. in dec. 829. & Bertazzol. in consil. 130.*

2 At miserabilibus personis dari debet ista copia indiciorum, & si non petant, licet extaret Statutum, quod copia daretur parti, si eam petierit, *Marsil. cons. 56. num. 14. lib. 1. Simon. de Petr. cons. 202. num. 15. Vulpell. cons. 34. num. 6. & cons. 74. num. 7.* quos refert, & sequitur *Bajard. in addit. ad Clar. qu. 49. num. 9.* addo *Rebuff. in consil. Gallie in tit. de sentent. provis. gl. final. num. 28.* qui allegat *Marsil. in sua pra. §. nunc videndum, num. 13.*

3 Quibus miserabilibus personis debet dari ista copia indiciorum gratis, *Foller. in pract. crimin. in verb. recipiuntur defensiones num. 27. Bajard. ubi supra num. 27. afferens num. 29.* quod in Statu Ecclesiastico expressè provisum fuit per motum proprium Pii IV. super taxa mercedum Notariorum criminalium Urbis in fine, quod pauperibus dentur processus gratis, & ubi opus fuerit loco copiarum indiciorum tradantur originalia Advocato, & Procuratori Pauperum gratis sine aliqua impensa, remittendo arbitrio Advocati & Procuratoris Pauperum, quis sit Pauper.

4 In quo quidem Statu Ecclesiastico, similiter Judices debent dare copias indiciorum, etiam si petita non fuerint per motus proprios Pauli III. in favorem Pauperum, & Pii IV. super reformatione officii Auditoris Camerae:

5 Observent autem Regnicolae, quod vigore *Pragm. 6. de officio Justitiarii, Actuarii* prohibentur dare copiam repertorium ante publicationem, nisi datis testibus fisci pro repetitis.

## PRIVILEGIUM LII. ARGUMENTUM.

Causae miserabilium personarum possunt proponi in judicio, feriis non obstantibus.

*Ad ornatum Text. in l. dies festos, C. de Feriis, & Prag. Reg. 1. cod. tit.*

### SUMMARIUM.

- 1 Judicarius actus non potest fieri in die feriato.
- 2 Feriae solennes repentinae, & indictae impediunt, ut quis queat in jus vocari.
- 3 Decretum super alienatione rerum minoris, non potest interponi in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum.
- 4 Causae arbitrariae non possunt tractari in diebus feriatis in honorem Dei.
- 5 Causae miserabilium Personarum possunt proponi in judicio, feriis obstantibus.
- 6 Doctores possunt consulere die feriata pro personis miserabilibus.
- 7 Feriae non obstant, quando agit Ecclesia.
- 8 Carcerati possunt relaxari, & cogi ad dandam fidejussionem de se representando, feriis quibuscumque non obstantibus.
- 9 Liberatio carceratorum dicitur causa maxime pia.

**R**egula est, ut nullus actus judicarius possit exerceri die feriato in honorem Dei, ut per text. in *l. dies festos, C. de feriis*, & tu Regnicola poteris pro ornato videre *Pragm. 1.* sub eadem rubrica, ubi nos latè diximus in *Collect. decis. & multa cumulavimus in tom. 2. de Gravaminibus Vassallorum Gravam. 187. & alia coadunavit Borrell. in summa decis. tom. 2. tit. de Feriis.*

Ita, quod feriae, ne dum solennes, & repentinae, sed etiam indictae, & rusticales impediunt, ut quis queat in jus vocari, *Jas. in l. 1. num. 1. ff. de feriis, Calvol. in sua praxi judic. §. feriae concl. 2.* ubi ampliat, quod in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum non possit per Judicem interponi Decretum super alienatione rerum minoris, ex *Specul. in §. sequitur videre num. 13. de feriis*, neque possunt tractari causae arbitrariae, teste *Mench. de arb. jud. qu. 30. num. 1. lib. 1.*

Tamen causae debilius, & miserabilium personarum, possunt tractari in judicio feriis non obstantibus, ita *Specul. in d. tit. de feriis, §. sequitur videre num. 1. Calvol. ubi supra num. 22. novissime Illustr. Episc. Ricc. in annotat. ad rit. Curiae Archiepisc. Neap. rit. 19.* ubi plura de feriis cumulat *Annot. ad Statut. Parmae in tit. de ratione summarie reddenda miserabilibus personis fol. 62. a ter. vers. Doctores possunt, asserendo Doctores posse pro talibus die feriatam in honorem Dei consulere, sed an gratis & quomodo se gerere debeant, se remittit ad Jas. in l. divus num. 3. de feriis.*

Et in causis Infirmorum ferias non obstare notavit *Actius in tract. de Infirmis. part. 2. vers. festis diebus.*

## 244 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

- 7 Ut etiam possunt tractari die feriato causæ Ecclesiæ, quando agit Ecclesia contra Laicum, licet secus si Laicus conveniret Ecclesiam *Abb. in cap. significaverunt num. 19. extra de judic. Calvol. & Illustriss. Episc. Ricc. locis mox citatis*, qui inter alias limitationes ad regulam adducunt illam, scilicet, quando agitur de relaxatione Carceratorum, quia hi possunt excarcerari, & cogi ad dandam fidejussionem de se repræsentando, etiam si essent ferix in honorem Dei, ex *Jas. in §. excipiuntur num. 10. ff. de feriis*, de quo mirandum quippe non est, nam sit opus pium, dum agitur de excarceratione, quia liberatio Carceratorum dicitur causa maxime pia, *l. si quis pro redemptione, C. de donat. Rot. divers. in decis. 63. num. 5. part. 2. noviter Illustrissimus Episc. Ricc. in Collect. decis. Curix Archiep. Neap. 45. part. 2. ubi multa de carceribus cumulat, ut nos fusius etiam loquuti sumus in Collect. decis. ad Pragm. Regni 19. incip. (per quanto semo informati) de Baronibus, ubi Lectorem remittimus.*

Et huc descendit, quod instrumenta duo eadem die confecta, unum cum Fisco, alterum verò cum privato, si fuerint celebrata, præsumendum est prius celebratum instrumentum Fisci, quàm privatum, *ut per Laudens. in tract. de fisc. qu. 96. late Peregrin. omnino videndus de jur. fisc. lib. 6. tit. 6. rubr. de pign. & hypothec. num. 21. cum seq.* ubi affluenter defendit hanc opinionem ad fiscum favorem, pro qua adducitur, *Text. in l. 1. C. de jur. fisc. & l. quæ nondum, §. quod dicitur ff. de pignor. & l. si is qui, ff. de jur. fisc. Bal. in l. si debitor, C. de Privil. fisc. & in l. 1. num. 7. in fin. vers. nem in dubio temporis C. de hered. vel act. vend. Afflict. in cap. si duo fratres num. 47. de fratre novo investiend. Roman. sing. 158. Rip. & alii in l. 1. ff. solut. matr. & nonnulli relati per Cov. var. res. lib. 1. c. 16. num. 2.*

### PRIVILEGIUM LIIL

#### ARGUMENTUM.

Sententiæ duæ, una contra Miserabiles Personas, & altera pro ipsis si fuerit, attendenda est potius sententia pro eis, quam contra eas.

#### SUMMARIUM.

- 1 Si reperiantur duæ sententiæ, una contra miserabiles personas, altera ad favorem earum, attenditur illa ad favorem.
  - 2 Si reperiantur duæ sententiæ, una ad favorem, altera verò contra Fiscum, attenditur illa ad favorem.
  - 3 De duobus Instrumentis eadem die confectis, unum cum Fisco, alterum vero cum privato, est præsumendum prius confectum fuisse Instrumentum Fisci.
- 1 **R**egulam firmo, quod si reperiantur duæ sententiæ, una contra istas personas miserabiles, altera pro eis, attendenda est potius sententia pro ipsis, quàm contra ipsas, & ratio est, quia in re pari prævalet semper sententia pro causa privilegiata, *ad Tex. in l. inter pares, ff. de re judic. in l. Julia, ff. de manumiss. in l. si pars ff. de inoffic. testam. & in cap. fin. extra de re jud. vide Tirag. privil. 147.*
- 2 Unde videmus in simili, quod si sententiæ duæ, una pro Fisco, & altera contra Fiscum fuerint, attendenda est potius sententia pro Fisco, quàm contra Fiscum, ut voluerunt *Bart. & DD. in l. 1. per illum Text. C. de jur. Fisc. lib. 11. Specul. in tit. de testam. §. postquam sub num. 7. Jo. Andr. in cap. in nostra extra de test. Angel. in l. sciendum, ff. de appellat. recip. Decius in cap. ex literis num. 8. extra de probat. Rip. in l. 1. num. 4. & ibi etiam *Jas. num. 36. ff. solut. matr. Covar. var. res. lib. 1. cap. 16. n. 4. quos refert, & sequitur noviter Fatimac. in suis fragm. crimin. part. 1. num. 192.**

### PRIVILEGIUM LIV.

#### ARGUMENTUM.

Instrumenta duo eadem die confecta, unum cum Miserabili Persona, alterum cum alia non Miserabili, præsumendum est prius celebratum Instrumentum miserabilis Personæ quàm alterius.

#### SUMMARIUM.

- 1 Si reperiantur duo instrumenta eadem die confecta, unum cum miserabili persona, alterum vero cum persona non miserabili, præsumitur prius celebratum illud cum miserabili persona.
- 2 In dubiis media via non est eligenda favore miserabilium personarum, sed pro ipsis judicandum.
- 3 Auctor consultus limitavit votum Martæ 75. & quæst. 106. Theff. lib. 3. quæst. forens.

**R**egulam firmo, quod si Instrumenta duo eadem die confecta, unum cum miserabili persona, alterum cum alia non miserabili fuerint celebrata, præsumendum est prius celebratum instrumentum miserabilis personæ quàm aliæ, & ratio est, nam sumus in dubiis, in quibus licet media via sit eligenda, *l. si Paterfamilias in fin. ff. de hered. instit. tamen favore istarum miserabilium personarum, hoc non debet procedere quia in dubio pro istis personis judicandum est, Silv. Nupt. lib. 6. §. quomodo judic. pro commu. num. 2. Caravit. in rit. Mag. Cur. Vic. 19. sub num. 18. vers. quattum, & facit, nam sic in simili de Fisco supra fuit conclusum, & ita favore dotis, quod vult *Asinus de exequut. §. 7. cap. 52. num. 2. quem refert, & sequitur noviter Theff. lib. 3. quæst. forens. cap. 106. num. 2.**

Unde in facto consultus dicebam de hoc anno 1621. *votum Martæ 75. & d. quæst. forens. Theffaur. 106. lib. 3. volentium, creditores duos per Instrumenta eadem die confecta simul concurrere in bonis debitoris, nullâ habitâ ratione ordinis scripturæ in Protocollo, quo ad acquirendam hypothecam, non procedere in istis miserabilibus personis quarum favore ipsarum Instru-*

## De Privileg. Miserab. Personarum. 245

Instrumentum in dubio celebratum, prius præsumitur, & ita aliàs etiam favore Ecclesiæ scriptum, cum essemus requisiti de voto in facti contingentiã de anno 1620.

exarata fovendo hanc opinionem, ne eandem recantare cantilenam videamur, ibi Lectorem remittimus.

Sed non reticeam dicere, quod *Capiblanco* 4 *pract. quæst. cap. 44. num. 7. super Pragm. 7. de Baronibus ex c. Regni 42. & 162.* fundat contra tale juramentum posse partem assumere onus probandi contrarium.

Quamvis id non videam in praxi servari, licet possit optulari, quia una probationem non excludit *Barzium dec. Rot. Bonon. 34. num. 4. lib. 1.* Illustrissimus Dominus meus *Coccin. Rotæ Decanus dec. 401. num. 4. & Rota in Romana Salviani Interdicti 15. Decembris 1614. coram Eminentissimo Cardinali Panphilio, Cenc. in addit. ad Tract. de censibus part. 2. c. 1. art. 8. num. 2. fol. mihi 29.* & tutati sumus in tractatu de datione in solum *quæst. 3. num. 2. sect. 2. in moderna editione Neapolitana*, ubi quod probatio in contrarium adversus probationem impotentia solvendi decontanti factam per debitorem conceditur creditori.

### PRIVILEGIUM LV.

#### ARGUMENTUM.

Contra Juramentum perhorrescentiæ præstitum per Miserales Personas, minimè admittitur probatio in contrarium.

#### SUMMARIUM.

- 1 Juramentum perhorrescentiæ est præstandum in Regno, quando miserales personæ volunt eligere forum.
- 2 Electio fori facta, absque juramento perhorrescentiæ est invalida.
- 3 Probatio in contrarium adversus juramentum perhorrescentiæ præstitum a miserabilibus personis non datur, sed vide num. 4.
- 5 Probatio probationem non excludit.

**R**egula est clara in Regno, quod Miserales Personæ volentes uti Privilegio electionis fori sunt adstrictæ præstare juramentum perhorrescentiæ, ut specialiter reperitur proviolum per constitutionem Regni statuimus de officio Magistr. Justitiar. ubi Reg. Tapia, nu. 32. post Carav. in tit. M. C. V. 288. num. 4. advertit esse id jus novissimum in Regno Covi. *pract. quæst. cap. 6. num. 1. Menoch. de arbitr. Jud. cas. 66. num. 27. Muscatel. in prax. Sac. Consilii glos. competentes num. 78. & 83. Trentacinque var. resol. tit. de cit. resol. 2. num. 14. Pascal. de Patria potest. p. 2. cap. 2. n. 91. modernè nos, & alios adducens Carleval. in tr. de Judiciis, & foro competenti disput. 2. quæst. 6. sect. 7. lib. 1. tit. 1. num. 627. recentissime Merlin. controuv. for. c. 86. ubi electionem fori factam per miserabilem Personam omisso tali juramento perhorrescentiæ inanem esse probat, prout sic declaravit præficus temporibus Sacrum Regium Consilium apud Præsid. de Franch. dec. 258. addo etiam Illustrissimum Præfulem Riccium in tract. de novissima prob. Jurispatronatus resol. 208. num. 5. ubi nos allegat, & sequitur:*

3 At ad nostri instituti coronidem observabis privilegiari hujusmodi personas miserales, ut contra juramentum perhorrescentiæ ab ipsis præstitum, minimè detur probatio in contrarium, & volentem probare non esse admittendum, ita *Afflic. & Foller. in alleg. constit. statuimus ille num. 7. iste num. 119. Rota in antiqu. dec. 23. de prob. Trentacinq. variar. resol. dict. resol. 2. n. 14. Vivius in Silva comm. opin. concl. 368. num. 3. Borrell. in summa dec. tom. 1. tit. de juram. perhorrescentiæ num. 43. Thor. qui sic judicatum testatur in compend. decis. Regni in verbo Terminis tom. 2.*

Recepit incrementum talis opinio ex dictis per nos in *praxi elect. & var. fori q. 2. à num. 7. sect. 1. quæ cum latiori calamo ibidem sint Jo. Mar. Novarii Tract. de Privi. Tom. II.*

### PRIVILEGIUM LVI.

#### ARGUMENTUM.

Reus non debet absolvi, quando Miserales Persona est Actrix: quæ non probaverit.

#### SUMMARIUM.

- 1 Actore non probante Reus absolvitur, etiam si Reus nihil probaverit. Et amplia multipliciter, ut num. 4. Et limita, ut num. 6.
- 2 Jus metimur ex persona Actoris.
- 3 In beneficialibus licet non justificetur titulus Actore non probante, Reus absolvitur.
- 5 Accusatore non probante Reus absolvitur.

**R**egula est, quod Reus debeat absolvi, Actore in probatione deficiente, l. frustra, & l. actor, C. de prob. l. qui accusare, C. de edend. cap. unci extra ut Eccl. benefic. & c. inter Dilectos in fin. extra de fide Instr. latissime *Mascar. de prob. concl. 36. Herculan. in tr. de negativa num. 70. cum seq. ubi facit regulam cum limitationibus, Pacian. de prob. lib. 1. v. 67. ubi latissime ponit materiam, & facit regulam cum decem, & septem ampliationibus, & cum duabus limitationibus, & noviter omnino videndi *Illustriss. Episc. Ric. in collect. dec. collect. 459. Card. Tusc. concl. 117. lit. A. ubi ampliat, etiam si Reus nihil probaverit, ex Florian. cons. 13. Mendex a Castro in prax. Lusit. lib. 5. cap. 1.**

Assignatur quidem ratio, nam jus metimur ex persona Actoris, non ex persona rei, l. 1. in princ. ff. si pars hered. pet. Glos. in l. is consequenter ff. famil. eriscund. Castrens. consil. 76. *Surd. consil. 150. num. 89.*

Inde in beneficialibus Actore non probante, licet Reus non justificet titulum suum beneficiale, vel possessionem, absolvi debet *Gemin. consil. 38. & consil. 91. & 92. Anchar. consil. 233. Gonzalez in Reg. 8. Cancell. glos. 11. num. 29. & 30.*

Et jam ne dum si agatur in petitorio *Bald. 4 cons.*

conf. 481. lib. 1. sed in possessorio *Castr. conf. 81. lib. 2.* & in iudicio manutentionis *Bald. conf. 37. lib. 5.* & in spolio *Angel. consil. 367.* & in emptione ab venditione *Alex. consil. 18. lib. 1.* & in fidejussore *Reo Imol. conf. 103.* & tam in prima, quam in secunda instantia *Aret. conf. 88.* & in materia Matrimoniali, *Castill. consil. 38. num. 8.* ac feudali, *Signorol. conf. 10. num. 5.*

Et etiam in Criminalibus, accusatore non probante, Reum absolvendum esse, & si nihil pro sua innocentia produxerit, aut probaverit, jura sunt aperta, in l. 1. *C. ad Turpill. & in cap. accusator 6. quest. 5.* & notant communiter DD. omnes in d. l. qui accusatore de eden. *Ludovic. in concl. 14. ampliatur. 4. Mascard. de prob. concl. 1224.* noviter *Farinac. in fragment. crimin. part. 1. num. 26. fol. 3.* ubi alios citat concordantes.

Tamen cessaret Regula, quando Actor esset Misericordis Persona, vel privilegiatus *Calvol. in prax. Jud. §. Reus concl. 4. num. 17.* ubi quod Pupillus, vel alia miserabilis persona, aut minor, vel miles repeteret tanquam indebitum, quod jam solvit, tunc enim Reus debet probare se debitum recepisse, licet regulariter in aliis Personis non privilegiatis astrictibus incumbat onus probandi se debitum recepisse, ita in terminis *Specul. in tit. de prob. §. probare num. 13.* & sic ego juxta ipsam doctrinam requisitus, quid sentirem respondi in Civitate Averlæ de hoc anno 1621. dum ibi reperirer, ex dispositione *Text. in l. cum de debito §. sin autem, ff. de probat. & ex Innoc. in d. c. unic. num. 3.* extra ut *Eccles. benefic. sine diminut. restit.*

## PRIVILEGIUM LVII.

## ARGUMENTUM.

Domus Misericordium Personarum, & si in eis cudatur falsa moneta, publicari minime potest.

*Ad ornatum Text. in l. 1. C. de fals. monet.*

## SUMMARIUM.

- 1 Domus, in qua cuditur falsa moneta, publicari debet.
- 2 Moneta falsa quæ dicatur, & qualiter puniantur eam cudentes remissive.
- 3 Domus Misericordium Personarum, & si in eis cudatur moneta falsa, publicari nequit.

Regula est, domum, seu fundum, in quibus falsa moneta cuditur, etiam si alieni sint, si tamen Dominus in propinquo sit, licet ignoret, debere fisco publicari, ita inquam cavetur ex dispositione *Text. in l. 1. C. de fals. monet.* & novissime tradit *Oterus in suis q. jur. p. 3. q. 16. num. 3. in medio,* ubi etiam tractat, quæ dicatur falsa moneta, & quæ pena puniantur illam fabricantes, & expedientes, de qua materia nos bene scripsimus in *collect. decis. ad Pragmat. Regni 1. sub rubr. de monetis,* ubi Lectorem remittimus, & tradunt *Dec. tract. cri-*

*min. tom. 2. lib. 7. cap. 23. usque ad cap. 29. Villadieg. lib. 7. for. judic. tit. 6. in rubric.*

Tamen si domus ista foret in se abiliam personarum, non poterit publicari, propter earum favorem, ut in propriis terminis tradit *Carav. in rit. Mag. Cur. Vic. 19. sub num. 18. vers. septimum.*

Habet in Tutorem hujusmodi conclusio *Textus in mentionata, l. 1. in fin. C. de fals. monet.*

## PRIVILEGIUM LVIII.

## ARGUMENTUM.

Judex potest supplere de facto, & non petitus debet impartiri officium suum in causis Misericordium Personarum.

*Ad ornatum Text. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.*

## SUMMARIUM.

- 1 Judex non potest supplere de facto favore Misericordium Personarum, ut num. 8.
- 2 Judex in criminalibus non potest impartiri officium suum.
- 3 Citatio debet continere nomen illius, ad cujus favorem emanat citatio.
- 4 Judex non potest condemnare Reum in refectione damnorum, si pars non petat, & ita decisum num. 5. Et consuluit Auctor num. 6.
- 5 Sed limita num. 7.
- 6 Judex debet impartiri officium suum, etiam non requisitus in causis Misericordium Personarum.
- 7 Confessarius tenetur, & si non fuerit requisitus imponere poenitentem damnificanti, & ipsum obligare, ut damnum laeso satisfaciat.
- 8 Judex favore dotis etiam non requisitus, potest supplere de facto suum officium interponendo.
- 9 Publice interest, Mulieribus dotes conservari.
- 10 Fundus dotalis, nec consensu conjugum alienari potest.

Regulariter Judex non potest supplere de facto *Castrenf. in l. lecta num. 18. & seq. ff. si cert. petat. Salyc. in l. cum pro ea num. 27. ff. de sent. quæ pro eo, quod interest, & in l. 1. num. 1. & 5. ut quæ desunt, advocat, & Judex in criminalibus non tenetur impartiri officium suum non petenti, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. Schellinch. de act. & except. forens. in tit. de except. non tuti loci, vers. citatio ad instantiam fol. 419. novissime *Borrell. in summa decis. in tit. de cit. n. 33. asserens n. 32.* ex hoc evenire, citationem continere debere nomen illius, ad cujus instantiam emanat citatio, *arg. cap. fin. extra de rescript. Marfil. in l. de unoquoque n. 34. ff. de re judic. Treutler. disp. select. lib. 2. disput. 4. Vultejus de jurisprudencia Romana lib. 2. cap. 2. vers. tertium est nomen, Vant. de nullit. ex defect. citationis n. 49. Gail. pract. observ. 50. lib. 1. Et**

## De Privileg. Miserab. Personarum. 247

4 Et hinc *Valer. in differ. inter utrumque forum* in verb. *judex differ.* 2. voluit, non posse Judicem condemnare Reum in refectione damnorum, si pars non petat, *arg. text. in d. l. 4. §. hoc autem, ubi Bart. l. unic. C. de advoc. Vant. de nullit. sent. in tit. de nullitatibus ex defect. process. num. 98.* quod pluries decisum est in Tribunali Regiæ Audientiæ Capitinatæ, & alias, uti Regius Minister practicavi, & uti Advocatus consului in causa q. Angeli de Lucia cum Isabella de Sapia.

7 Licet possit Judex ultra petita per libellum in sententia deducere, & condemnare, de his quæ tacite virtualiter insunt, puta potest ad fructus condemnare, dum condemnat ad restitutionem rerum, quia virtualiter comprehenduntur, *DD. in l. ex diverso. ff. de rei vendic. Burr. & Panorm. in cap. gravis de rest. spol. Alex. conf. 8. vol. 5. Guid. Pap. dec. 405. Vant. de nullit. ex def. proc. num. 97.* & si petiti non fuerint, possunt à Judice suppleri, *Misyng. observ. 55. centur. 4. Beer. decis. 18. Magon. dec. Lucens. 53. Cappell. Thol. dec. 194. Capyc. decis. 10. num. 24.*

8 Favore tamen miserabilium personarum, Judex bene potest supplere, etiam de facto, *l. illicitas, §. & ne tenuis, ff. de offic. Præsid. Cyn. in l. mulie. C. si mancip. quos noviter referendo sequitur Calv. in sua praxi judiciar. §. Judex concl. 7. num. 4.* & omnino Judex debet impartiri officium suum, etiam non requisitus in causis istarum miserabilium personarum, juxta communem *DD.* sententiam, de qua per *Bart. Alex. & reliquos in d. l. 4. §. hoc autem ff. de damn. inf. Cyn. in l. pen. C. si mancip. Alb. in l. un. ut quæ def. adv. Alex. conf. 121. col. 2. vol. 1. Rebuff. in const. Gall. art. 3. in tit. de sent. prov. q. l. fin. Caravit. in rit. M. C. V. 29. vers. decimum quartum.*

10 Et sic etiam dicebam in facto observari debere in foro poenitenti, nam confessarius tenetur, & si non fuerit requisitus imponere poenitenti damnificanti, & ipsum obligare, ut damnum læso satisfaciatur, ad notata per *Nuv. in suo manual. c. 17. num. 59. & c. 26.* itaque si eum absque causa absolvat teneri ipsum confessarium de suis propriis bonis præfatam restitutionem, sive damnati refectionem facere, tradunt *Medin. in suo instr. confess. in materia restit. §. 31. vers. 6. Ang. in summ. in verb. restit. §. 5.* cum aliis relatis per *Rebell. qui tamen contrarium sequitur de oblig. justit. part. 2. lib. 11. q. fin. de offic. confess. num. 12.*

11 Ut verisimiliter favore dotis, Judicem etiam non requisitum posse supplere de facto, suum officium interponendo voluit *Calvol. in prax. judic. d. §. Judex concl. 7. n. 3.* nam publicè interest dotes mulieribus conservari, ne indotatæ remaneant *l. 1. ff. sol. mat. l. quos prohibet, ff. de postul. Campeg. de dote part. 4. qu. 2. & 5. Grat. in addit. ad ejus dec. 47. n. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 47. num. 10.* si præteritum juvenes illæ sint, *Rimin. jun. consil. 562. n. 63.* quem refert, & sequitur novissimè *Giurb. in consil. Mess. c. 14. gl. 3. n. 1.* ubi, quod ideo nec vir sine uxore, nec uxor sine viro, nec unus cum alterius consensu, nec omnes simul fundum dotalem alienare possunt, *Barb. in l. 1. p. 5. n. 4. ff. sol. matr. Surd. de alim. tit. 8. Priv. 36. n. 2. Val. h. c. dec. 127. n. 15. & dec. 150. n. 9. Tusc. in concl. 759. n. 25.*

### PRIVILEGIUM LIX.

#### ARGUMENTUM.

Judex potest procedere ex officio, & per inquisitionem in causis Criminalibus Miserabilium Personarum.

*Ad ornatum Text. in l. ne quicquam, §. Advocatus ff. de offic. procons. & cap. Regni incip. ut delatas.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Judex non potest ex officio inquirere sine partis instantia, fallit tamen favore Miserabilium Personarum num. 2. favore Ecclesiæ, n. 3.
- 4 Judex non potest procedere ex officio super perjurio ad privatam utilitatem, fallit favore Ecclesiæ, & Miserabilium Personarum.
- 5 Judex potest procedere ex officio ad utilitatem piæ causæ.
- 6 Judex potest Ecclesiam læsam ex officio restituere in integrum.
- 7 Judex in criminalibus, in quibus publica utilitas versatur procedere potest.
- 8 Jus publicum in sacris Sacerdotibus consistit.
- 9 Pollicitatio facta Ecclesiæ, parit actionem.
- 10 Judex potest ex officio procedere pro maleficiis, & injuriis illatis Ecclesiasticis personis.

**R**egulariter, non potest ex officio judex inquirere sine partis instantia, *l. rescripto §. si accusatus, ff. de muner. & honor. l. fin. & ibi Alberic. ff. de in jus voc. cap. 1. de accusi. & ibi DD. l. 3. ff. de accus. cap. quisquis 22. q. 4. Diaz in reg. 336. Clarus alios referens in sua pract. qu. 2. debes autem scire, Cuman. conf. 136. circa finem, ubi testatur de communi, latè alios cumulans *Farin. in pra. Crimin. quest. 1. n. 7.* qui adducit Exemplum Christi Redemptoris nostri, cujus omnis actio debet esse nostra instructio, dum dixit mulieri illi coram eo, pro adulterio adductæ, quis te accusat, ô Mulier? cui respondentem, nemo Domine, replicavit Dominus, si nemo te accusat, neo ego te condemno,*

Tamen in causis Miserabilium Personarum bene potest procedi ex officio per earum utilitatem, *l. ne quicquam §. Advocatus ff. de offic. procons. & de jure Regni est capit. incip. ut delatas, ubi latè Campagn. tradit Genuens. in suis pract. Eccles. qu. 345. n. secundo* ubi etiam concludit, Judicem ex officio, & per inquisitionem posse procedere super juribus Ecclesiæ, *Roman. sing. 519. Alex. conf. 121. vol. 1. Afflic. alios singens. de consuet. recti feudi §. fin. num. 7.* ubi scribit, Judicem non posse procedere ex officio superjurio ad privatam utilitatem, nisi pro Ecclesiæ, & Miserabilibus Personis in omni earum causa Civili, alias, deberet procedere intentatis actionibus, juxta *DD. in cap. ad nostram il secundo de jur. urand.*

Sic pariter in causa alimentorum Judex impartitur officium suum non petenti, *ut est Text. in l. Divi. ff. ad l. Falcid. & ibi Alex. num. 7. Surd. de aliment. Privileg. 14.* ubi idem etiam firmat favore dotis, ex multorum *DD.* opinione, quos refert.

- 5 Ut etiam Judex potest ad utilitatem piæ causæ procedere, ex officio suo nobili, *l. ne quicquam, § fin. ff. de offic. procons. Tiraq. de pia causa priv. 152. Bart. in l. 4. §. hoc autem, ff. de damn. infect. relatus, per Genuens. in pract. Eccl. qu. 346. num. 3.* qui etiam firmat, Judicem posse Ecclesiam læsam ex officio in integrum restituere, ex *Jo. Andr. in cap. cum venissem de instit. voluit etiam Bero. quæst. famil. 40.* eà ratione, quia Judex ex suo mero officio non implorato, potest ad utilitatem publicam procedere, inquirere *Bart. alii in d. l. 4. §. hoc autem,* unde in Criminalibus, in quibus utilitas publica versatur, judex procedit ex officio, *cap. qualiter, & quando il secundo de accusat. Bart. in extravag. ad reprimendum in verb. inquisitionem,* sed Ecclesiam restituere in integrum ob enormem læsionem, & super illam probationes recipere concernit publicam utilitatem, cum jus publicum in sacris, & Sacerdotibus consistat, *l. 7. §. jus publicum, ff. de just. & jur. & Ecclesia, & res publica quoad utilitatem publicam æquiparantur, ut etiam aperte probatur in l. fin. c. de sacrosanct. Eccles. late Everard. in loco de repub. ad Ecclesiam, Genuens. in practicab. Eccl. quæst. 372.* ubi ex hoc firmat, quod sicuti pollicitatio producit obligationem favore rei publicæ, *l. 1. ff. de pollicit. ita pollicitatio facta Ecclesiæ, parit obligationem.*
- 10 Et similiter potest Judex ex officio procedere pro maleficiis, & injuriis illatis Religiosis, Clericis, & Ecclesiasticis Personis, ut de jure Regni cavetur per *C. Regni incip. de injuriis,* pro quibus quilibet de populo potest agere, ad latè tradita, per *Viv. in decis. 27.*

## PRIVILEGIUM LX.

## ARGUMENTUM.

Promotus ad officium honorabile, potest deinde cogi ad exercendum munus vile, concernens favorem Miserabilium personarum.

Ad ornatum *Text. in l. majoribus. C. quemadmodum Civilia munera, & l. ut gradatim, ff. de muner. & honor.*

## SUMMARIUM.

- 1 Promotus ad majora officia, non vocatur ad viliora, fallit tamen quando concernunt favorem Miserabilium Personarum, ut n. 6.
- 2 Officialis exercens officium melius liberatur ab officio viliori.
- 3 Novum mutationis genus est parvi facere majorem.
- 4 Munus sustinenti, honor deferri potest secus è contra.
- 5 Qui exercuit officium Camerariatus, non tenetur exercere Conservariam, ut consuluit doctissimus D. Joannes Dominicus Novarius Authoris Pater.
- 7 Exempti a muneribus personalibus, possunt cogi, si munera respiciant Ecclesiam, vel piam causam.

**R**egula est ab omnibus recepta, quod qui ad majora officia fuit promotus, ad minora, & viliora non vocetur, *Text. est apertus in l. majoribus, C. quemadmodum Civ. muner. Bald. in l. cum advocatio, C. de advocat. divers. jud. ubi scribit, quòd officialis exercens officium melius, liberatur ab officio viliori, ad quod etiam est, Text. in l. ut gradatim, ff. de muner. & honor. Luc. de Penn. in d. l. majoribus, C. quemadmodum civil. muner. ubi inquit, contra rationem esse, ut qui majorem gessit honorem, ad minorem eligatur, nam novum mutationis genus est parvi facere majorem, cap. 1. de translat. Episc. & in officii descendendi licentia denegatur, cum quis à minori promovendus sit ad majus, & non è converso cap. 3. 1. distin. 5. gloss. in cap. mutationes in verb. parva 7. qu. 1. undè in l. honorem, ff. de muner. & honor. reperitur sancitum, quòd munus sustinenti honor deferri potest, sed honorem sustinenti munus inferri minimè debet, novissimè *Capibl. in singul. 182. incip. munera post tr. de authorit. Baron. latius videndus Menoch. de arbit. Jud. cas. 564.**

Ex quibus omnibus eximius ille vir doctissimus genitor meus D. Joannes Dominicus Novarius, ob ejus insignes virtutes & qualitates valdè præclarus docebat, non potuisse per universitatem Terræ Bernaudi Joan. Antonium de Ugiano, qui aliàs exercuerat officium Camerariatus in dicta Terræ, ob nominationem factam ab eadem universitate, & confirmationem Domini Ducis, & sic exercuerat officium honorabile, habens annexam jurisdictionem, & custodiam nocturnam, cum tot astantibus, & militibus sibi subditis non potuisse vocari ad munus conservariæ, quod non solum inferius est, sed nullum habet honorem, cum in se contineat exactiones, quare per Curiam præfatæ Terræ Bernaudi fuit interpositum Decretum, ipsum Jo. Antonium esse relevandum ab onere imposito, & providendum, quòd tanquam ad majora vocatus, ad viliora munera deinde non esse cogendum, & sic aliàs nos consulimus in causa D. Hieronymi de Franchio, contra Reverendum Capitulum Terræ Pisticii, volentem imponere onus procurationis mensæ Archiepiscopalis præfato Dom. Hieronymo, qui exercuerat officium majus per prius, refert novissimè *Novarius frater Canonicus Neapolit. in suis scholiis ad l. majoribus, quemadmodum Civil. mun. indic. lib. 10.*

Tamen ubi favor Miserabilium Personarum versaretur, aliter omnino est dicendum, ut in facto requisitus de voto respondi. Nam cum esset deputatus quidam Nobilis à quadam Civitate hujus Regni, ad regimen cujusdam Hospitalis ubi omnes Egeni Pauperes recipiebantur, & quia ipse renuebat suscipere illud munus solitum exerceri per alios inferiores, afferendo ipsum officium majoribus in eadem Civitate functum fuisse, & persequens non teneri illud exercere contra ipsum votavi, & ità ex voto meo fuit executum per Mag. Governatorem ejusdem Civitatis, qui illum coëgit ad exercendum, pro quo facit, nam 7 exempti à muneribus personalibus possunt compelli, si munera respiciant Ecclesiam, vel aliam piam causam *Odofred. in l. 1. c. de agric. & cens. noviter Genuens. in practicab. Eccl. quæst. 323.*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 249

## PRIVILEGIUM LXI.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ possunt omisso medio ad Superiores appellare.

*Ad ornatum Text. in l. Imperatores, ff. de appellat.*

### SUMMARIUM.

- 1 Appellatio est provocatio de minori Judice ad majorem.
- 2 Appellatio debet fieri gradatim, aliàs est nulla num. 3.
- 4 Baro habens merum, & mixtum Imperium, potest prohibere vasallo, ne in derogationem jurisdictionis vadat ad Privilegia Regia.
- 5 Judex ordinarius debet primo adiri, & non superior omisso medio, num. 6.
- 7 Miserabiles personæ possunt omisso medio appellare.
- 8 Appellatio gradatim debet fieri à Judice seculari ad Superiorem.
- 9 Autho declarat Franch. in capit. si duobus, §. denique sub num. 11. & 15. de appellat.

**R**egula firmatur, quod appellatio, quæ est provocatio de minori Judice ad majorem, l. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appellat. & relat. gl. in cap. 2. in verb. Officiali de consuet. in sexto latè Scaccia de appellat. qu. 2. debet fieri gradatim non omisso medio, l. Imperatores, ff. de appellat. Anan. consil. 2. Socc. reg. 53. Bisignet. dec. 21. num. 4. de appellat. Caravit. in tit. Mag. Cur. Vic. 265. numer. 57. Gaill. observat. 110. numer. 3. lib. 1. Milyng. observat. 67. centur. 1. & observ. 4. cent. 2. quia jurisdictiones non debent confundi, l. nemo, & ibi gloss. in verb. Auxilium, C. de jurisd. omn. jud. Guid. Pap. decis. 436. Natta cons. 82. num. 4. Rolland. à Vall. cons. 58. num. 29. & seqq. lib. 2. & non debet Vasallus venire ad Principem per saltum, pro consequenda justitia. Put. de judic. in rubr. de excess. Baronum erga subdit. in verb. an Baro num. 4. Scaccia de appellat. quæst. 7. num. 2. in fin. qui num. 16. asserit, quòd, si medius, & proximus Judex omitatur, appellatio, & processus sunt nulli, ex Guid. de Suzar. de ordin. jud. tit. ad quem appelletur num. 118. & quod appellatio isto casu non teneat, scribit Luc. Pet. in pract. cap. lib. 5. cap. 2. sub num. 16. & quod non habeat vires, tradit Milyng. observ. 67. cent. 41.

Ità quod Baro habens merum, & mixtum imperium, vel cognitionem primarum causarum Civilium, & Criminalium, potest prohibere Vasallo, ne in derogationem jurisdictionis, & Privilegiorum suorum vadat ad Tribunalia Regia, in jurisdictionalibus, ità servatur ordo, ne ad Principem eatur per saltum, sed gradatim pro consequenda justitia, unde debet primo adiri Judex ordinarius, deinde superior proximior, tandem Princeps, Put. de syndic. rubr. de excessib. Baron. erga subdit. in verb.

an Baro nu. 2. & seq. Natt. cons. 271. lib. 2. dicens quod non debet adiri superior omisso medio inferiore per saltum, sed debet adiri gradatim in defectum justitiæ, per viam appellationis, Frecc. de subfend. lib. 2. aut. 9. & 10. scribens, Regem non posse se intromittere in causis spectantibus ad suum Baronem, quia Baro exercet jurisdictionem privativè, Capyc. dec. 130. sub n. 10. Mandos. de inhibit. q. 123. sub n. 5. & vigore Sacr. Concil. Trident. sess. 21. cap. 10. causæ omnes beneficiales debent cognosci coram Ordinariis locorum in prima instantia, & vide, quæ cumulavimus in praxi elect. fori q. 1. à nu. 6. cum seq. sect. 1. in nova editione. At Miserabiles Personæ bene possunt omisso medio, & per saltum ad Superiores appellare, ut asserunt Hostiens. & Jo. Andr. in cap. fin. de jud. in cap. liceat de for. compet. Bertacch. de Gabell. 7. part. 27. Caravit. in rit. M. C. V. 19. num. 20. Theff. decis. 177. numer. 8. Trentacing. var. resolut. lib. de citationis resolut. 2. num. 4. Rebuff. in consil. Gallia in tit. de sentent. provis. art. 3. gl. fin. num. 31. de appellat. art. 3. gl. n. nic. fallent. 3. num. 14. Scaccia in simili tract. de appellat. d. quæst. 7. num. 113. qui dicit, quòd licet contra hanc sententiam videantur facere scripta per Franch. in cap. si duobus, §. denique in fin. limit. fin. sub num. 11. & sub num. 15. de appellat. dùm ipse ait Ecclesiam, Clericum, vel Miserabilem Personam, non posse à Judice sæculari appellare ad Papam, & gravatum à Judice sæculari, non posse talem injustitiam deducere ad Papam, etiam per viam appellationis, cùm à Judice laico sit gradatim appellandum ad superiorem, tamen teste eodem Authore est recedendum à firmata nostra opinione, quia Franch. non dicit, quod Miserabilis Persona ne vit appellare omisso medio, sed tantum, quod de uno foro non potest transire in alium forum diversæ speciei, & nostram opinionem confirmat Alvar. de privileg. paup. q. 55. num. 14. p. 1.

## PRIVILEGIUM LXII.

### ARGUMENTUM.

Miserabilibus Personis dantur Advocati etiam non petentibus, quibus debent gratis patrocinari.

*Ad ornatum Text. in l. ne quicquam, §. Advocatus, ff. de offic. proconsul. & consulis. Regni incip. lege presentis.*

### SUMMARIUM.

- 1 Advocati debent dari petentibus, fallit tamen favore Miserabilium Personarum, ut num. 5.
- 2 Officium Advocatorum est publicum, habens annexam dignitatem.
- 3 Advocati possunt cogi ab Officiale, ad dandum consilium in causis, etiam Criminalibus.
- 4 Advocatus recusans patrocinium injunctum aliis prestare, punitur panà infra scriptà.
- 5 Advocati debent patrocinari pro personis miserabilibus gratis.

Y 4

6 Advoc

6 Advocati venientes pro ipsis patrocinari peccant.

7 Advocatus talium personarum in Regno creatur Regio assumptu.

8 Vassallus patrocinans contra Dominum, privatur feudo, fallit tamen favore istarum miserabilium personarum, ut num. 9.

Regula est, advocatos debere dari petentibus, præsertim si petentes asserant ob adversarii potentiam, Advocatum non invenire, ut *l. ne quicquam §. Advocatus, & §. fin. ff. de offic. procons. & l. lege providendum, C. de postuland. Gaill. observat. 43. lib. 1. unde in l. 1. §. Prætor ait il primo, C. de postuland. dicit Prætor, si non habebant Advocatum, ego dabo, Cappell. Tholos. decis. 481. Reufner. dec. 10. num. 12. & 13. lib. 2. Gregor. syntagmat. Juris lib. 39. sub n. 16. & 17. quibus ipsi Advocati tenentur inservire cum eorum officium sit publicum, habens annexam necessitatem, *l. si custodias, ff. de publ. judic. glof. in l. 2. C. de proxim. sac. Scrinior. lib. 11. ubi Platea expresse tradit, Officialem cogere Advocatos ad dandum consilium in causis, etiam Criminalibus, ut etiam habetur per Rot. in antiq. decis. 817. Fabr. decis. 1. lib. 3. tit. 4. tom. 1. Papon. arrest. 4. lib. 6. tit. 4. Gaill. alios referentem in dist. observat. 43. lib. 2. qui scribit, imminere pœnam Advocato recusanti patrocinium sibi injunctum aliis præstare, ut foro arceatur, nec amplius patrocinandi munere fungantur, *d. l. providendum, C. de postulana. Misjng. observ. 32. centur. 3. Guid. Pap. decis. 561.***

Tamen miserabilibus personis debent dari, & dantur Advocati, etiam si non petantur, ut in *d. l. ne quicquam §. Advocatus, Bart. in l. 4. §. hoc autem judicium n. 1. ff. de damn. infest. Corta cons. 64. num. 12. vol. 1. Boër. dec. 325. n. 1. Cappell. Tholos. decis. 481. Actius de infirmat. part. 2. §. Advocati, n. 1. Rebuff. in Const. Gallia art. 4. in tit. de sent. provis. n. 19. Borrell. de compromiss. §. 6. gl. 3. num. 3. quibus salarium dari miserabiles personæ non tenentur, nam in eorum favorem debent gratis patrocinari, *Glof. in cap. Statutum, §. insuper in verb. Pauperes de rescr. in 6. Scapp. de jur. non script. lib. 3. cap. 105. n. 8. Scot. de instit. & jur. lib. 5. quest. 8. art. 5. Papon. arrest. 4. lib. 6. tit. 4. Benincas. de Privileg. Pauper. in 1. special. judic. n. 9. Navar. in sum. confess. cap. 25. n. 30. Menoch. de arbitr. Judic. cas. 368. sub n. 4. lib. 2. Misjnger. dist. observat. 32. centur. 4. Guid. Pap. decis. 561. Pelag. de plant. Eccl. lib. 2. cap. 46. Aviles in cap. 7. prætor. Glof. Andelevar. n. 2. Flores Dix. de Mena var. quest. lib. 1. quest. 8. §. 1. n. 52. Cabed. decis. Lusitan. 214. n. 7. part. 1. Gaill. observ. 43. à n. 10. lib. 1. Malder. tract. 6. cap. 3. de iust. Rei, & Advoc. dub. 8. Menbach. de success. creat. §. 2. n. 128. Girard. in Epigram. legal. in distic. schul. 64. Mastrill. de Magistrat. cap. 22. n. 19. & seq. lib. 1.**

Ità quod peccant Advocati venientes patrocinari *D. Th m. 22. quest. 71. ubi pariter Cajetan. Aragon. & Salon. Viv. decis. 159. num. 2. cum seq. Guazz. in de def. reorum defens. 24. c. 2. n. 8. Carucc. de locat. & conduct. tit. de fruct. & lit. expens. q. 8. nu. 45. Trent. disput. Select. par. 1. disput. 8. Thesi. 1. in Megal. in promptuar. Theolog. moral. in verbo Advocatus confirmat supra dicta, novissimè multò post hæc primam editionem hujus tractatus, Alvarez in tract. de privi. pauper. p. 1. q. 28. à n. 43. 44. 45. & seq. ubi ad faturitatem loquitur, & vide quæ nos reaf-*

sumpsimus in tract. de Gravaminibus Vassallorum tom. 2. Gravam. 177.

Unde sanctè observatur in Regno nostro, in quo Advocatus talium Personarum regio sumptu creatur, qui vita durante Officialis Regius appellatur, ut in Const. Regni lege præsentis sub rubr. de dandis Advocatis pusillis, & aliis miserabilibus personis, & ibi Scribentes, quod servari etiam in Gallia traditur per Boër. dec. 324. nu. 6. & idem in Hispaniâ, & Germania praticari testatur *Add. ad Guid. Pap. dec. 561. qui advocatus pauperum, & miserabilium personarum nihil potest recipere pro defensione talium causarum, ex dispositione Rit. Magn. Cur. Vic. 19. ubi latè Caravit. in Comment.*

Et adverte, quòd licet Vassallus patrocinans contra Dominum privetur feudo, *Gram. decis. 50. Afflic. dec. 265. n. 45. Guid. Pap. dec. 551. sub n. 5. lib. 1. Borrell. alios referens in sum. dec. in tit. de feud. n. 652. & in tit. de Advoc. offic. n. 85. tom. 1. tamen si patrocinatus fuerit pro istis Miserabilibus Personis, ex mandato Judicis feudo non privabitur, quia ultra quod concernit favorem istarum Miserabilium Personarum ob coactam præstitam, & non spontaneam advocationem feudo non privabitur. Mandos. in tract. ingratitudinum capit. 62. col. 10. Gaill. d. observat. 43. num. 7. lib. 1. quos refert Borrell. loc. cit. num. 87.*

## PRIVILEGIUM LXIII.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ habent beneficium restitutionis in integrum.

Ad ornatum *l. Præses, ff. de Minoribus.*

## SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles Personæ possunt petere restitutionem in integrum, etiam si sint majores contra sententiam, in qua sunt læsi.
- 2 Furiosi, & prodigi habent restitutionem. Amplia, ut num. 3. & 4.
- 5 Petitio restitutionis in integrum impedit executionem sententiæ. Amplia num. 6. Sed vid. de num. 7. & 8.
- 9 Petitio restitutionis in integrum, quando postulat ab Ecclesia, vel minore impedit executionem.

Regula fit, quod Miserabiles Personæ contra sententiam, in qua sunt læsi, possunt petere restitutionem in integrum, etiam si sint majores, quia restitutio in integrum est miserationis suffragium, quod his personis congruit per *l. Præses, ff. de minorib. l. 5. in pr. ff. rem ratam haber. & sic consiluit Bal. cons. 465. vol. 2. quem refert, & sequitur Rebuff. in Const. Gallia in tit. de sentent. provis. art. 3. §. 3. num. 39. tradit etiam Sfort. Odd. in suo tit. de restit. in integrum quest. 3. art. 3. juxta quorum opinionem de Anno 1621. consultus respondit in Civitate Aversæ, & alias dum in facto essem requisitus de voto.*

Unde merito videmus, quod furiosis, & prodigis datur restitutio, *Bald. in l. si infanti num.*



# De Privileg. Miserab. Personarum. 251

## SUMMARIUM.

- num. 6. de jur. deliber. Cremens. sing. 119. Jo. Andr. in addit. ad Speculatorem super rubr. de prescripti. vers. habeatur etiam questio, Barbat. in cap. ex parte numer. 8. de Consuetud. Franch. in dec. 598. & 672. Odd. de restit. in integrum quest. 1. art. 1. qui late hoc examinat, asserendo art. 2. idem procedere in aliis personis similia mentis, vel corporis impedimento detentis, veluti furdis, & mutis, qui si decipiantur in contractu aliquo ex defectu hujus impedimenti lædantur, debent sicuti minores in integrum restitui, *Glos. in l. 2. C. de curat. furios. Soccin. Jun. in l. 1. num. 5. ff. de verb. oblig. & similiter Ecclesia hoc Privilegio fruitur, cum & ipsa restituitur in integrum, l. Orphanatophos, C. de Epis. & Cleric. cap. 1. extra de restit. in integrum cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. affluenter Oddus, ubi supra artic. 4. Mastrill. dec. 110. de quibus omnibus recentè Imbrinan. in suo tract. de primo, & secundo beneficio.*
- 5 Nota autem, quod petitio restitutionis in integrum impedit executionem sententiæ, *cap. suscitata de restit. in integr. Tholos. decis. 54. Benintend. decis. 85. Magon. decis. Florent. Theß. dec. 181. Franc. Marc. decis. 53. part. 2. Mohendan. decis. 2. de restit. in integr. quos noviter refert Ill. striff. Episcop. Ricc. in Collect. decis. Collect. 188. etiam si causa restitutionis in integrum petita requirat altiore indagine, nam similiter impedit sententiæ executionem, ut communiter tenent Doctores, & præcipue Imol. Alex. & J. in l. 4. S. condemnatum ff. de re judic. Cæbal. cons. 116. vol. 1. Trentacinq. plures alios referens, & ita, in Rota Romana decisum testans lib. 2. var. resol. in tit. de restit. in integr. num. 1. ubi num. 2. declarat, non procedere quando restitutio in integrum malitiosè reperitur, ex Afflict. in dec. 356. Ansharan. q. famil. 41. & aliis quibus addo Misynger. sic decidentem observ. 48. centur. 1. de quo memor fuit Ill. striff. Episc. Ricc. ubi supra, qui alias limitationes adducit, prout etiam facit Trentac. loc. mox cit. qui inter alias fallentias illam reportat non procedere scilicet in beneficiis, quia in eis res judicata debet executioni demandari, non obstante restitutione in integrum à majore postulata, *Cassado dec. 1. de rest. in integr. Staphil. de lit. grat. & just. fol. 162. Verall. p. 1. dec. 370. ubi ait non procedere, quando est postulata à minore, vel Ecclesia, nam tunc impedit executionem.**

- 1 Bona fideicommissio subjecta alienari possunt, fallit tamen favore miserabilium personarum num. 2. & favore dotis num. 5.
- 3 Pia causa censetur excepta in generali prohibitione alienationis.  
*Res Ecclesia alienari possunt pro redemptione captivorum, vel ex alia pia causa, ibid.*
- 4 Ecclesia potest cogere possessorem Domus subjecta fideicommissio, ut illam sibi vendat pro ejus ampliacione, licet possessor non tenetur illam tradere, nisi in tempore quo est propriè erigenda Ecclesia vel amplianda, ut num. 6.
- 7 Ecclesia non potest cogere, vicinum ad sibi vendendum Domum suam, qua est antiqua in familia.

**R**egulariter, bona fideicommissio subjecta alienari minimè possunt vigore *Text. in l. fin. §. penult. C. com. de leg.*

Tamen, cum in facti contingencia quædam Universitas vellet ædificare Hospitale pro curandis ægrotis, & hospitandis Peregrinis requisitus de voto dixi, potuisse cogere possessorem cujusdam Domus subjectæ fideicommissio ad illam sibi vendendam pro tali effectu, siquidem certum est, tale ædificium Hospitalis respicere causam piam, & favorem Miserabilium Personarum, cum ægroti, & Peregrini inter illos reponantur, (ut suo loco dictum est) res autem alienari, ut voluit *Angl. in l. quidam ita testamento, §. ult. ff. ad Trebell. sequitur Tiraq. de Privileg. pia causa Privileg. 102. qui in Privileg. 130. probat, quod in generali prohibitione alienationis semper intelligitur excepta pia causa ex Calcan. cons. 13. col. 3. quare res Ecclesiasticas pro redemptione captivorum, aut alia pietatis causa alienari non esse prohibitas apparet ex *Text. in cap. aurum 12. quest. 2. per quem sic tradit Bald. cons. 368. lib. 3. relaxatus per eundem Tiraq. de Privileg. pia causa Privileg. 103.**

Juvat hanc partem & facit, nam Ecclesia potest cogere possessorem Domus subjectivæ fideicommissio, ad sibi illam vendendam pro ejus ampliacione, ut in facto audio decisum in Sacro-Concilio, & scio judicatum in Curia Episcopali Civitatis Licie in causa Reverendorum Fratrum Sanctæ Mariæ de Constantinopoli de Ordine Carmelitano, quod nos latissimè comprobavimus *quest. forens. part. 1. quest. 22. ubi scripsimus hoc esse verum, etiam si testator dum fecit fideicommissum, in specie prohibuerit fieri alienationem, pro ampliacione Ecclesiæ, vel alterius Pii loci, ut est ibi videre latius, sequitur Leo decis. Rot. Valenc. 99. tom. 1.*

Imò si favore dotis bona fideicommissio subjecta alienari possunt *ut in l. mulier. §. cum proponetur. ff. ad Trebell. & Auth. res qua C. commun. de leg. cum latius adductis per Costam. de remed. subsidiar. remed. 6. Menoch. cons. 1. num. 194. & de presumpt. lib. 4. presumpt. 189. ubi pluribus relatis fundat, dispositionem d. Authentica non solum procedere pro dotantis filiabus ipsius testatoris, quatenus eorum legitima non sufficeret, sed etiam omnibus ab ipso descendentibus.*

Hinc descendit mentionatæ Auth. dispositionem non tantum comprehendere filias, & des-

## PRIVILEGIUM LXIV.

### ARGUMENTUM.

Res alienari prohibita, potest nihilominus favore Miserabilium Personarum alienari.

*Ad limitationem Text. in fin. §. penult. C. commun. de leg.*

## 252 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

4 & descendentes ipsius testatoris natas tempore conditi fideicommissi . verum etiam nondum conceptas , & nascituras , prout ex magis communi , DD. sententia testatur *Theaur. decis. 129. num. 11.* quibus addo *Eugen. conf. 54. num. 20. & seq. Menoch. de præsumpt. 189. & Gabball. conf. 7. num. 20. lib. 2.* quidquid dicant contrarium tenentes relati à *Peregrin. de fideicommiss. art. 42. sub. num. 37. & per Milanens. decis. Sicil. 7. num. 10. lib. 1.* ergo, quando magis ita dicendum est favore Misèrabilium Personarum, de quibus agebatur in casu nostro, qui juxta nostrum votum effectum peperit de hoc Anno 1622. mense Augusti, nam possessor illius Domus suâ sponte illam tradidit Universitati, à qua recepit pretium, quod in emptionem alterius Domus applicavit.

5 Cæterum est observandum, ut ille qui cogitur vendere domum suam pro ampliacione Ecclesiæ, Seminarii, Hospitalis, & similium, non teneretur illam tradere multo, antequam erectio ipsius Ecclesiæ, vel Seminarii, seu Hospitalis inciperetur ut in facti contingentia requisiti nostrum impartiti sumus votum, quod latissimè comprobavimus in *forens. qu. 18. part. 1.*

7 Nec à mente tua cadat notare, & advertere, quod Ecclesia non potest cogere ad sibi vendendum sua, pro ampliacione domus magnatum, antiquæ in familia, ut decidit Rota Romana in causa Romana Palatii de Comitibus Lunæ 16. Januarii 1612. coram R. P. Damasceno, & nos latè discussimus in *qu. forens. 32. ead. part. 1.* ubi Lectorem remittimus videre, novissimè probat *Alvarez. de privileg. pauper. part. 1. qu. 4. §. 4. num. 176.* & nos allegando scribit *Reg. Tapia decis. S. C. 7. in fin.*

26. §. 10. ubi quod electio, seu variatio fori non operatur contra Administratores quoslibet, sive Tutores ad finem eos extrahendi ad reddendas rationes administrationis gestæ, *Pascal. de Patria potest. part. 2. cap. 2. in fin. modernè Carleval. qui nos adducit in praxi elect. fori in antiqua edit. in tract. de Judiciis & foro competenti lib. 1. tit. 1. disput. 2. q. 6. sect. 7. num. 651.*

Cæterum ad favorem Misèrabilium Personarum claudicat, quando Administratores, qui reddere debent rationes, essent potentes in loco, quia tunc possent cogi ad illas reddendas in Regiis Tribunalibus, ex *Munnoz. Escobar. in tract. de ratiociniis cap. 7. à num. 57. cum seq.* ubi quod quando rationes sunt videndæ inter aliquem magnatem, vel aliam personam divitem, & pupillos, ac cæteros misèrabiles sufficit allegari Adversarii potentiam, ad hoc, ut nullo alio apparente gravamine rationes in Curia Regia retineantur, nec remittantur ad locum administrationis gestæ.

Unde Sacrum Regium Consilium rationabiliter id servavit in facti contingentia, dum determinavit reddendas esse Neapoli rationes per quemdam Tutorem Aquilanum stante quod ipse ibi erat potens, & erat forsitan suspicio fraudis, ut latius reassumimus in *Praxi elect. & variationis fori qu. 34. sect. 4. in novissima edit.* ubi ad latitudinem erit videndum.

Sicque aliàs ita vidi provisum ad favorem Marci Antonii, & Scipionis Candiosi contra Marcellum Ramitium.

Cæterum rationes reddendas esse ob potentiam Dominorum in Curia à vidua, vel minore, ex *Munnoz de Escobar. in tract. de ratiocin. d. cap. 7. à num. 59. cum seq.* modernissimè enunciat, *Cabreros de Avendano in Methodica delineatione de metu lib. 2. cap. 6. num. 102.*

### PRIVILEGIUM LXV.

#### ARGUMENTUM.

Stante potentia Administratorum Misèrabilium Personarum, possunt cogi ipsi ad reddendas rationes Administrationis gestæ in supremis Regiis Tribunalibus, & non in locis, in quibus administrantur.

#### SUMMARIUM.

- 1 Rationes sunt reddendæ in loco administrationis gestæ.
- 2 Electio fori, vel ejus variatio non operatur contra Administratores in reddendis rationibus administrationis gestæ.
- 3 Rationes in Regiis Tribunalibus favore Misèrabilium Personarum, quando sint dandæ.

**R**egula est, ut rationes sint reddendæ in loco, in quo administratio gesta est, l. 1. & 2. C. ubi de ratiocin. l. Prætor, §. is etiam, ff. de eden. Avendan. in tract. de exeq. mandat. Reg. cap. 1. num. 16. fusè Felic. in tract. de societ. cap. 38. latè Gratian. decis. Rot. Marchiæ 180. Caput de Regim. Reipubl. cap. 7. num. 14. &

### PRIVILEGIUM LXVI.

#### ARGUMENTUM.

Insinuatio favore Misèrabilium Personarum non est necessaria in donatione excedente quingentos aureos.

#### SUMMARIUM.

- 1 Donatio excedens quingentos aureos debet insinuari.
- 2 Insinuatio in Regno an sit necessaria, & usu recepta, & num. 3.
- 4 Insinuatio favore Misèrabilium Personarum, piæ causæ, & Ecclesiæ non est de substantia.
- 5 Insinuatio non requiritur in donatione facta pro dote tam si fiat à Pare, quam si ab extraneo, num. 6.
- 7 Amplia etiam in augmento dotis.
- 8 Insinuatio in donatione propter nuptias non requiritur.

**R**egulariter donatio excedens valorem quingentorum aureorum est insinuanda, l. sanctimus,

# De Privileg. Miserab. Personarum. 253

*sancimus*, C. de donat. fusè in materia præ cæteris ex neothericis, *Borell. in summa dec. tom. 3. tit. de insinuan. donat. ubi Gallorum, Hispanorum, & Sabaudorum jura concordantia adducit.*

2 Et quamvis in Regno illam non esse necessariam probaverit, *Regens de Ponte consil. 84. vol. 1. cujus autoritate ducti praxis communiter observavit, quod antea affirmaverant, Calder. consil. 1. de donat. Carol. de Grass. de Regal. Franc. Jur. 7. Rebuff. in proem. consil. Franc. gl. 5. num. 104. Boer. in consuet. Bitur. tit. 4. de donat. §. 2.*

3 Tamen quam recenter mordicus quidem *Reg. Rovit. decis. 48.* hanc pungit opinionem, & tutatur etiam in Regno, in quo proceditur solâ facti veritate inspectâ talem insinuationem esse de substantia.

4 Cœterum omiâ hac pileâ ad nostrum institutum deveniendo firmata regula claudicabit favore Miserabilium Personarum, nam donatio eis facta, & si excedat quincientorum aureorum quantitatem valebit, ad instar valet favore piæ causæ, *juxta theoreticam Bald. communi calculo laudatam in l. illud, C. de testam. sacros. Eccles. Clar. in §. donatio, qua? 17. ubi focios sectatores vehit, Azor. inst. moral. lib. 11. c. 7. p. 3. Tiraquell. de privileg. piæ causæ Privileg. 125. Duen. regul. 224. limit. 6. Less. de justit. & jur. lib. 2. c. 19. dub. 13. n. 109. Luc. de privileg. Scholar. Privileg. 32. Gomez. tom. 2. var. c. 4. num. 10. Rebell. de obligat. justit. p. 2. lib. 18. q. 7. Molin. de justit. & jur. tract. 2. disp. 279. num. 3. Mantio. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 28. Genuens. in practit. Eccl. q. 69. num. 4. Faber dec. 12. de donat. Santarel. var. resol. q. 69. num. 4. Illustrissimus Episcopus Ricc. collect. dec. 177. Molfes. in sum. Theolog. moral. tractat. 12. tit. de contractib. c. 17. num. 51. tom. 2. Vigellius decis. 34. cens. 2. Faber decis. 12. lib. 8. tit. 34.*

5 Conducit in simili, quia in donatione dotis causâ etiam si excedat dictam summam insinuatio non est de substantia, *l. fin. C. de don. ante nupt. l. fin. ubi Glos. C. de jur. dot. Duen. reg. 224. lim. 1. Gubert. de sponsal. & Matrim. tit. de dot. singular. Gabriel. conclus. 1. num. 36. de donat. Novell. de privileg. dot. Privileg. 80. Port. concl. 40. lim. 6. Gam. dec. Lusit. 120. 213. & 48. Borell. in summa dec. tit. de priviil. dotal. num. 216. tom. 3. Peregrin. consil. 76. num. 35. volum. 1. dicens procedere tam si donatio dotis fiat à Patre, quàm ab extraneo, præterquam à marito, sequuntur *Palat. Lop. in rubr. de donat. inter vir & uxor. §. 50. numer. 2. Canar. de insinuan. donat. qu. 37. Faber decis. 6. lib. 3. tit. 10. Idque procedere in augmento dotis, ne requiratur insinuatio voluit Rota apud Seraphin. decis. 125. numer. 7. tom. 1.**

8 Et in donatione propter nuptias, nec esse necessariam insinuationem nec ante nuptias elicetur, *ex d. l. sancimus, §. alias, & §. 1. his insuper. C. de donat. Azor. in sum. lib. 8. tit. 53. Paris. cons. 16. num. 26. & seq. vol. 2. Cephal. cons. 598. vol. 4. Maynard. decis. Tholos. 58. lib. 2.*

## PRIVILEGIUM LXVII.

### ARGUMENTUM.

Sententia lata in beneficium tutorum in bonis Pupillorum, vel in beneficium Administratorum, rerum Miserabilium Personarum, earum favore non mandatur executioni, si Tutores, vel Administratores rationes non reddiderint.

### SUMMARIUM.

- 1 Retentio assimilatur compensationi.
- 2 Compensatio non datur de debito liquido ad illiquidum, sed limita, ut num. 6.
- 3 Sententia lata in beneficium Tutorum in bonis Pupillorum, non mandatur executioni, si Tutores rationes administrationis non reddiderint, & vide num. 5. & 7. ubi idem favore Miserabilium Personarum concluditur.
- 4 Filius potest retinere dotem Matris pro administratione tutelæ, donec reddiderit computum.

Instabat quidam Tutor, sententiam latam in ejus beneficium in bonis pupilli debere, & esse mandandam executioni, Advocatus autem Pupilli excipiebat, & replicabat esse expectandum redditionem rationis tutelæ, in qua prætendebat debere esse debitorem ipsum Tutorem quare requisitus de voto meo pro Tutore considerabam, quòd cum præsentum debitum dictæ tutelæ non sit liquidum, sed incertum, donec tutelæ ratio integra non sit revisa, ideo pro eo non debet dari retentio, quæ est quædam compensatio, ut habetur per *Bart. & reliquos in l. divortio, §. sibi donationes, ff. sol. matr. de debito autem illiquidum ad liquidum non datur, & admittitur compensatio, l. fin. & l. si constat, C. de compens. l. si ambo, ff. eod. tit. Cavalc. dec. 35. num. 14. Ludovic. decis. Perusin. 15. num. 15. lib. 1. Menoch. de arbit. Jud. casu 14. num. 1. cum aliis adductis per *Grass. de except. except. 17. num. 56.**

Verùm totum contrarium deinde dixi esse scilicet expectandam redditionem rationis faciendæ per ipsum Tutorem, motus à simili *ex cons. Soccin. 180. vol. 1. ubi firmat, filios posse retinere dotem Matris pro administratione tutelæ, donec reddiderit computum, refert, & sequitur Dec. cons. 439. num. 10. & ambos allegat Anna singular. 214. ergo sic sententia potest, & debet superfederi ne exequatur, stante quod Tutor adhuc non dederat rationem administrationis suæ, & licet appareat, debitum præfatæ tutelæ non esse liquidum, sed incertum, donec tutelæ ratio integra non sit visa, & propterea concludendum videatur, compensationem non admitti, & consequenter sententiæ executionem esse dandam, quia tamen redditio rationis administrationis tutelæ poterat fieri in illo instanti, & de brevi evenit, quod debitum erat de proximo liquidandum, quo casu compensatio admittitur, *l. fin. C. de compensat. Abb.**

*Abb. in cap. 2. de deposit. Purpur. conf. 348. num. 6. Urtil. ad Affiut. decis. 121. numer. 5. Intrigliol. conf. 8. numer. 3. Rot. divers. decis. decis. 253. numer. 3. decis. 257. numer. 5. & dec. 308. lib. 2. par. 3. cum aliis noviter congestis per Carocc. de except. except. 27. num. 8. & sic juxta nostram sententiam fuit decifum in Mag. Cur. Vic. & confirmatum per Sacrum Consilium, super sedendum scilicet esse in exequutione sententiæ latæ in beneficium Tutricis, in exitu redditionis tutelæ administratæ pro legati consequutione sibi relicti à viro, & hoc fuit in causa Prudentiæ Scoppæ, cum Bartholomæo de Simeone, & aliis Contutoribus, referente Judice M. C. V. Nicuesa in mense Octobris pœnes Caput Actuarium de anno 1617. & refert Thor. in suo Compend. decis. Neap. in verb. exequutio sentent. tom. 1.*

*7* Quare ex his erit firma regula, quod sententia lata in beneficium Tutorum in bonis Pupillorum, vel in beneficium Administratorum, in bonis aliarum Miserabilium Personarum exequutioni demandari non potest, nisi rationes administrationis factæ redditæ fuerint prout ita respondi interrogatus de anno 1622. cuidam Patritio Civitatis Netironi.

Et iterum cum casus accidisset trutinandus in M. C. V. juxta prædicta fuit practicum contra Mariam de Nobello.

### PRIVILEGIUM LXVIII.

#### ARGUMENTUM.

Legata facta Miserabilibus Personis debentur per donatarium omnium bonorum post Testamentum.

*Exornatur doctrina Bartol. in suo consil. 26. & impugnatur Alex. in cons. 169. lib. 6.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Legatum pium non revocatur donatione omnium bonorum.
- 2 Donatio inter virum & uxorem non tollitur generali hypothecâ.
- 3 Lex si unquam, C. de revocand. donat. limitatur hic per Authorem non procedere in donatione facta piis locis.
- 4 Anima censetur præposita rebus mundanis.
- 5 Legata facta miserabilibus Personis requirunt specialem revocationem.
- 6 Apices juris non sunt attendendi in causis piis.

**R**egulam firmo, quod si testator condat Testamentum, in quo faciat legata miserabilibus personis, & demum post aliquod tempus donet alteri omnia sua bona, cum reservatione causæ testandi, non per hoc censentur revocata talia legata facta ipsi miserabilibus Personis, prout ita in facto consultus de hoc anno 1622. dicebam in quadam causa Civitatis Sarni, ex Tiraquell. de priv. piæ causæ, Priv. 41. qui ex Bart. in cons. 26. docet, donatione omnium bonorum non revocari le-

gatum pium, quod dictum singulare reputavit, *Jas. in l. 3. C. de legat. & illud sequuntur Cotta in suis memorab. in verb. Ecclesia, vers. 5. Rub. cons. 95. in fin. Lup. in cap. per vestras, §. 69. sub num. 4. de donat. inter vir. & uxor. Mascar. de probat. concl. 1280. num. 113. Illustrius Episcop. Ricc. in collect. decis. collect. 213. noviter Giurb. in consuet. Messan. cap. 2. gl. 12. sub num. 18.*

Pro cujus opinionis comprobatione adaptatur, quia si donatio inter virum, & uxorem, quæ valet solo jure speciali, non tollitur generali hypothecâ, sed requirit specialem Bart. in l. rem legatam in fin. ff. de adimend. legat. & tantò magis dicendum est in legato, quod valet jure communi, quod fortius est, l. ejus militis, §. militia missus, ff. de milit. testam.

Et videmus, quod l. si unquam, C. de revocand. donat. non procedit in donatione facta pio loco, & pro anima, ut de communi testantur, *Socc. cons. 53. nu. 6. lib. 4. Rip. in præfat. d. l. unquam quæst. 49. & de magis communi scribit Gabr. cons. 2. num. 67. de donat. & novissimè vide Genuens. in practicab. Eccl. quæst. 294. ergo si in casu nostro, pro quo debemus quoque considerare vinculum, & Privilegium pietatis, & pro anima, cum non sit verisimile voluisse postponere animam istis rebus mundanis, ex traditis per Cottam in suis memorabil. in verb. Anima.*

Nec debemus simpliciter transire non faciendo mentionem, quod legata facta talibus personis, tanquam pia requirunt specialem ademptionem, & revocationem.

Qua opinione retenta non me turbat doctrinæ *Alex. in cons. 169. lib. 6. qui videtur tenere, quod ad revocationem legati pii, & pro anima sufficit generalis omnium bonorum donatio, prout in casu de quo agitur, nam nihil obstat, cum se fundet tantum in generalibus regulis ademptionis legatorum, quæ cessant ubi agitur de favore piæ causæ, Ecclesiæ, vel miserabilium Personarum, quia in his apices juris attendere non debemus ultra quòd communiter est recepta nostra sententia.*

### PRIVILEGIUM LXIX.

#### ARGUMENTUM.

Legata facta Miserabilibus Personis, si reperiuntur cancellata in testamento, debentur, si non constat de voluntate Testatoris fuisse deleta.

*Exornatur Text. in l. proximè, ff. de his que in Testamento delentur.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Legatum libertatis si reperiatur cancellatum præsumitur casu deletum.
- 2 Legatum factum piæ causæ deletum, præsumitur casu cancellatum in dubio, & sic etiam ubi est factum miserabilibus Personis, num. 3.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 255

Regula est, quòd, si legata libertatis repe-  
riantur deleta, præsumuntur inconsultè  
causaliter deleta, quando non constat de  
andato Testatoris, & ejus voluntate, ità in-  
quam cavetur, vigore *Text. in l. proximè, ff. de  
his quæ in testam. delent.* ubi DD. commu-  
iter extendunt ad quamlibet piam causam, ut  
ius favore in dubio censeatur casu deletum  
*art. Fas. & Arevin. in l. si unus, C. de testam.  
Tom. in Auth. similiter, C. ad l. Falcid. Soccin.  
regul. 310. Vasq. de success. progress. lib. 3. §.  
6. de fideicommiss. substituit. refert, & sequitur  
Lendin. in suo promptuar. receptar. sententiar.  
it. 65. de legat. num. 31.*

Ideo, cùm fuisset factum legatum viginti au-  
torum solvendorum miserabilibus personis in  
diebus festivis, quod deinde repertum fuit can-  
cellatum, requisitus de voto dixi, hæredem  
generi ad illud solvendum, stante quod non  
constabat de mente Testatoris, illud fuisse  
cancellatum, qui quidem cùm esset homo bon-  
næ conscientiæ, statim quod nostram recepit  
sententiam defuncti voluntatem adimplere cepit,  
& hoc de anno 1621. de mense Augusti.

Capienda est enim conjectura, quæ sustenten-  
tiam talium legatorum, uti ad piam causam ten-  
dentium gignat, & producat.

vel mixtis etiam eorum, qui eis committuntur  
defendendi, ut probat idem latè *d. cap. 7. à  
num. 253.* sequitur, ut possint de Civilibus  
cognoscere, nam causæ & judicia, vel sunt  
Criminalia, vel Civilia, aut mixta, ut appa-  
ret ex scriptis communiter per *Civilistas, &  
Canonistas, in rubr. de Judiciis.*

Tamen in Civilibus causis mercedum, &  
Miserabilium Personarum ipsi se intromittere  
non possunt, quia vigore *Sac. Concil. Trid. sess.  
7. c. 14. de reform.* in talibus causis Clerici fac-  
culares extra Monasterium degentes, quomodolibet  
exempti, etiam si certum Judicem à Sede  
Apostolica deputatum, in partibus habeant co-  
ram locorum Ordinariis, tanquam in hoc ab  
ipsa Sede delegatis conveniri, & jure medio  
ad solvendum debitum cogi possunt, non ob-  
servantibus Conservatorum deputationibus, &  
eorum inhibitionibus loquitur *Monet. in d.  
tract. citat. cap. 7. num. 274.* ubi asserit, quòd  
licet talis Decreti mentio fiat, illudque præ-  
servetur, quasi quod confirmetur ab eodem  
Concilio, *d. sess. 7. cap. 5. de reformat.* statim-  
que ibi decernatur, quod Universitates gene-  
rales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarum,  
& regularia loca, nec non Hospitalia, actu  
Hospitalitatem servantia, & exercentia, ac  
Universitatum, Collegiorum, Locorum, &  
Hospitalium hujusmodi persona, in citato Ca-  
none Concilii, minimè comprehendantur,  
ex quo illud colligi videmus, quod neque  
comprehendantur, *d. cap. 14.* tanquam præ-  
dicti Canonis pars quædam sit. Nihilomi-  
nus contrarium in hoc verius putat (sal-  
vâ tamen Apostolicâ Sedis definitione) cum  
de interpretando Tridentino Concilio agatur,  
tum quia dispositio *d. cap. 14.* quoad causas  
mercedum, & miserabilium personarum perti-  
net reservata dumtaxat videtur *d. c. 5.* non au-  
tem ab illo robor, aut novum jus accipere,  
idque ex eo satis colligitur, quod ibidem so-  
lùm cavetur, ut præfatum Decretum in suo  
robore permaneat, reservatio autem nihil de  
novo tribuit, sed solùm jus antiquum conser-  
vat, ut arg. *Text. in l. at qui plerique, ff. de  
Religios. & sumpt. fun. l. minor, §. fin. ff. de  
evict. cum adductis ab Oldrad. in consil. 214.  
num. 3. Becc. conf. 74. num. 6. Bursatt. conf.  
264. num. 22. Surd. in dec. 8. num. 25.* tum  
quia ubi etiam dicti decreti commemoratio-  
nem innovationis, aut confirmationis vim ha-  
bere, tamen, & innovatio sicut non tollit jus  
vetus, ità novum minimè confert, *cap. quia  
intentionis de Privilegiis & confirmatio quam-  
vis robor addat, non tamen extendit, Alb.  
conf. 564. num. 19. Bal. in l. Adversarius ad  
fin. C. si advers. vend. cum adductis per Dec.  
in rubr. de confirmat. util. vel inutil. nu-  
mer. 3.*

Cæterum est observandum, quòd Monaste-  
rium in causis mercedum, & miserabilium per-  
sonarum bene potest conveniri coram Con-  
servatore suo, si fortè habeat, non obstante  
dispositione Concilii, cùm dictum Decretum  
quoad Regulares loquatur de degentibus extra  
claustra, unde non potest intelligi de omnibus  
regularibus alicujus Monasterii, sive de aliquo  
Regularium Conventu, sed tantum de Per-  
sonis singularibus ejusdem Conventus, vel Mo-  
nasterii, quia non potest simul unus Conven-  
tus, sive unum Monasterium degere extra clau-  
stra, nisi ex aliquo accidenti, ad quod jura mi-  
nimè

### PRIVILEGIUM LXX.

### ARGUMENTUM.

Conservatores Religionum non possunt  
cognoscere causas Regularium, quas  
habent cum miserabilibus Personis,  
ipsis miserabilibus Personis invitis.

*Exornatur Tex. Sac. Concil. Triden. sess. 7.  
cap. 14. de reformat.*

### SUMMARIUM.

- 1 Conservatores Religionum possunt cognoscere  
de causis civilibus, sed non de criminali-  
bus, aut mixtis, num. 2.
- 3 Conservatores non possunt cognoscere de cau-  
sis mercedum, aut Miserabilium Persona-  
rum.
- 4 Reservatio nihil de novo tribuit, sed solùm jus  
conservat.
- 5 Innovatio non tollit jus vetus, & novum non  
confert.
- 6 Monasterium in causis mercedum, & Mife-  
rabilium Personarum, coram quo sit conve-  
niendum Author hic declarat.
- 7 Vivere extra claustra, qui dicantur.

Regulariter, possunt Conservatores Religio-  
num cognoscere de causis Civilibus, ut tenet  
*Moneta in suo tract. de conservat. Jud. cap.  
7. num. 267.* ubi dicit, hoc probari quia Con-  
servatores habent aliquarum causarum cogni-  
tionem, ex *c. 1. in fin. & c. 2. de offic. deleg. in  
6. & Coucil. Trid. sess. 14. cap. 5. de reformat.*  
nec possunt cognoscere de causis Criminalibus,  
*Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

nimè respiciunt, *l. nam ad ea, ff. de leg. & ita tenet in terminis, ut ajunt terminantibus Monet. loco superius relato num. 276. asserens num. 277. in terminis dicti Decreti Sacri Concilii, quod non dicuntur vivere extra claustra Monasteriorum. qui causa prædicationis, confessionis, vel elemosinæ, vel ut justa regularia instituta inserviat beneficio, alioque simili, sed qui speciali Privilegio, aut licentia extra claustra domicilium habent, ex Navarr. in cap. non dicatis, numer. 69. 12. quæst. 1. & Rodrig. qu. Regular. qu. 65. art. 13. vers. pro cujus rei explicatione, quorum opinionem in facto contingenti de anno 1622. cui sequutus consulendo nonnullis Religiosis Ordinis S. Mariæ de Carmelo,*

## PRIVILEGIUM LXXI.

## ARGUMENTUM.

Commutatio voluntatis Testatoris potest ad tempus fieri favore Miserabilium Personarum.

*Limitatur Text. in §. disponat cum concordantibus Authent. de nupt.*

## SUMMARIUM.

- 1 Testatoris voluntas est servanda, quia primum locum tenet, & in omnibus dominatur, & amplia num. 3. & 5.
- 2 Voluntas defuncti totum facit.
- 4 Voluntati defuncti non obtemperans, privatur omni beneficio.
- 6 Relicta ad certum usum, non possunt ad alium etiam meliorem converti, sed limita, ut num. 9.
- 7 Exequutorum potestas legibus est astricta. Legatum pro Maritaggio, non potest dare pro monachatu, ibid.
- 8 Author impugnatur Paris. conf. 16.
- 10 Legata facta Pauperibus concurrentibus ad Domum Testatoris, possunt distribui Orphanotrophio Miserabilium Personarum.
- 11 Deputata ad certos pios usus, possunt ad tempus ab Episcopo converti ad alios, & vide num. 13. ubi consilium Authoris reperies, & num. 15. & 16.
- 12 Redditi Cappella pro Missis celebrandis, Deputati possunt converti ad apparatus emptionem pro dicendis Missis.
- 14 Exequutor ex justa causa potest commutare formam traditam à Testatore, & vide num. 22. ubi pulchra habes.
- 17 Difficile equiparatur impossibili.
- 18 Relicta ad unum usum Fratribus Mendicantibus, possunt per eos ex Privilegio in alios converti.
- 19 Episcopus potest in sua Synodo reducere numerum Missarum, ubi tenues sunt elemosynæ.
- 20 Author recenset duas declarationes ad S. Conc. Trid. sess. 25. cap. 4.
- 21 Vicarius Episcopi potest commutare legatum in usus pios in alteram causam necessariam, & utilem.

**R**egula est clara, & apud omnes constat, quod Testatoris voluntas in primis est servanda, ea enim tanquam Regina primum locum tenet, & in omnibus dominatur, *l. cum quæstio in fin. de legat. l. in conditionibus primum locum in princ. de cond. & demonst. & tanquam lex omnibus modis servanda est, §. disponat Auth. de nupt. cap. ultima voluntas 13. q. 2. nam voluntas defuncti totum facit, l. ex facto, 2. §. rerum autem, ff. de hæred. instit. unde etiam, 3. quod voluntas defuncti sit dura est servanda, ut respondit Cravet. conf. 1. num. 1. & tradit Soccin. jun. conf. 128. num. 81. vol. 1. in tantum quod voluntatem defuncti spernens servare, privatur omni beneficio, Authent. hoc amplius 4. de fideicommiss. Rolan. à Valle, conf. 70. num. 62. cum seq. vol. 1. Paris. conf. 1. num. 57. & seq. vol. 3. qua de cautâ Bald. in l. precibus, num. 34. de impub. & aliis substit. in illam devenit sententiam, ut si in totum servari non possit, debeat saltem servari quantum potest, sequitur Roman. conf. 409. num. 10. & Dec. consil. 50. quos sequitur Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 6. quo loca plena, (ut ajunt manu) probat voluntatem Testatoris esse omnino servandam, adeo ut relicta ad certum usum non possint etiam in meliorem usum ab exequutoribus commutari, ex latè traditis per Nat. in conf. 7. quibus addimus Spin. in specul. test. glos. 10. num. 24. Auffer. in addit. ad Cappell. Tholos. dec. 40. num. 11. & Genues. in praxi Cur. Archiepisc. Neap. c. 24. ubi etiam si hæredis accesserit consensus, quia de ipsius non agitur utilitate, cui posset renunciare, ergo defuncti voluntas est servanda, Card. Tusc. 273. num. 11. lit. E. nec mirum, 7. etenim exequutorum potestas, adeo est astricta legibus voluntati Testatoris; Graff. l. 2. dec. c. 53. num. 20. ut legatum pro maritandis puellis tradi ab eis nec possit ingredientibus Religionem, Bal. in Anth. nisi rogati num. 11. C. ad Trebell. Bimius conf. 266. Lader. consil. 171. Lopez. in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. num. 12. Raudens. dec. 44. num. 13. Sim. de Pestr. de interpret. ult. volunt. lib. 5. dub. 2. num. 77. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 33. à num. 29. Reg. Tapia in Auth. ingressi cap. 1. num. 3. C. de sacros. Eccles. quos 8. in facto fuimus sequuti cavendo à Paris. in consil. 26. num. 36. vol. 4. qui contrarium affirmavit, ut etiam scripsere Sord. de alim. t. 1. q. 9. num. 36. & Muta in Comm. ad capitulum Regij. Alphons. 67. num. 17. tom. 4.*

Favore tamen Miserabilium personarum bene posset fieri commutatio voluntatis Testatoris ad tempus, unde dicebam in alia facti contingentia requisitus de volo legata facta Pauperibus concurrentibus ad domum Testatoris, posse per exequutores distribui Orphanotrophio, in quo alebantur miserabiles personæ siquidem causa finalis legati est ad inventum Pauperum, & major ratio militat in pauperibus, & miserabilibus personis infirmis, qui in tali Orphanotrophio reperiebantur, ex Bal. in l. si quis ad declinandum, C. de Episc. & cleric. ubi docet, quod bona relicta pauperibus in genere possunt dari Hospitali, quia sunt Pauperes infirmi magis dignitate digni, quam pauperes sani.

Et eò magis ad sic dicendum me accinxit, quia in tali Orphanotrophio aderat magna necessitas,

## De Privileg. Miserab. Personarum. 257

cessitas, quo casu ex verisimili mente Testatoris, posse fieri talem concessionem præsupponendum est, quia ita si Testator interrogatus fuisset, utique respondisset.

- 11 Item, nam accedebat consensus hæredis, & Episcopi, & tandem, quia concessio illa fiebat ad tempus, & non perpetuo, & deputata ad certos pios usus, possunt ab Episcopo in alios converti ad tempus datâ causâ, prout in casu nostro *Genuens. in praxi Curie Archiepisc. Neap. d. cap. 24. nu. 7. ex Soccin. quem citat per Text. in l. 1. C. de expens. Jud. lib. 10. ubi legatum factum Civitati ad certos usus, non potest perpetuò deputari ad alios, nisi de licentia Principis, permittente tamen Præsidente ad tempus deputari potest, idque agnovit Buir. in cap. fin. de testam. & Felin. in cap. cum accessissent de constitut. scribit, quod legatum pro Anniversario, potest unâ vice ad aliud expendi, & inde reddit ad solitum, *Benedict. in cap. Raynutius in gl. reliquit, num. 19. de testam. & Curia Archiepiscopalis Neap. judicavit redditus cujusdam Capellæ pro missis celebrandis deputatos, converti unâ vice potuisse in apparatus emptionem pro Missis celebrandis, ut testatur Illustrissimus Episcopus Ricc. in decis. 125. part. 2. de quo memor est, Thor. in suo compend. decis. d. Curie in verb. redditus Cappellæ.**

- 13 Quare merito aliâ vice dicebam de anno 1631. legatum pecuniæ ad certum pium usum à Testatore factum, non ita necessarium Ecclesiæ ab Episcopo dispensari posse in alium usum pium magis necessarium expendatur cujus necessitati aliundè subveniri nequeat, ex *Covarr. in cap. tua num. 7. de testam. Sylva de benefic. part. 1. quæst. 6. num. 12. Sylvest. in summa in verb. legatum il quarto, num. 12. Tabien. in eodem verbo il secondo, num. 2. Marta de juridict. cap. 74. num. 10. quorum opinio comprobatur Privilegium nostrum, & ideo diebus elapsis me consulente, quidam Reverendissimus Antistes dispensavit pecuniam legatam pro conficiendo Calice, posse converti ad faciendam Planetam.*

- 14 Observa tamen hic obiter, dum sumus in tali materia commutationis legatorum, quod exequutor bene potest, justa ex causa commutare formam traditam à Testatore, & in alium pium usum de Episcopi licentia convertere, ad *Text. in l. legatum, ff. de usufruct. legat. l. legatum, ff. de administrat. rer. ad Civit. pertinent. l. fin. ff. de oper. publ. latè Bimius consil. 266. Menoch. consil. 1099. num. 9. & seq. Rot. divers. decis. 574. part. 1. Villagut. decis. 31. ideo si pro usu destinato deservire non potest legatum juris, aut facti impedimento in alios pios usus Episcopi autoritate commutari potest, *l. legatum, & ibi gl. in verb. non licet, ff. de administrat. rer. ad Civit. pertinent. Gui. Pap. decis. 556. Mandos. de sign. gratiæ in tit. de commut. ult. volunt. Peregrin. de fideicommiss. art. 52. num. 160. Raudens. d. decis. 44. num. 17. Car. Tusc. conclus. 273. num. 8.**

- 22 Et tandem volo ut scias, quod non prohibetur exequutor refragante etiam Episcopo legatum pium alterare, & commutare, sicut alia per ipsum Testatorem disposita illa augendo, vel diminuendo, prout visum ei fuerit, si exequutori hanc Testator concefferit facultatem, *Villagut. d. dec. 31. num. 2. qui asserit num. 8. in hoc non obstat Sac. Concil. Trid. sess. 22. cap. 6. facultatem dedisse Episcopis, ut ipsi va-*  
*Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

leant tanquam Sedis Apostolicæ Delegati ultimarum voluntatum dispositiones, justa, & necessaria ex causa commutare summarie, & extrajudicialiter causam ipsam cognoscendo, si vera invenerint, quæ sibi fuerint enarrata, ac rogata.

Nam decretum hoc procedit, ubi exequutoribus concessa à Testatore non fuerit amplissima disponendi facultas, & ea alterandi quæ Testator disposuit, aut si in alterando disposita à Testatore rogatus fuisset Episcopus ab exequutoribus, vel hæredibus talem facultatem à Testatore minimè habentibus.

Cæterum quando liceat Episcopo pias defunctorum voluntates commutare ultra superior adducta fusè quidem pertractant *Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. Illustrissimus Episcopus Ricc. decis. 171. part. 4. collectan. decis. 558. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 83. p. 3. ubi ad fatuitatem.*

### PRIVILEGIUM LXXII.

#### ARGUMENTUM.

Miserabilibus personis debet fieri provisio alimentorum, & litis expensarum lite pendente.

*Ad ornatum text. in l. si instituta §. de inofficio ff. de inofficio. test.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Provisio debet fieri personis miserabilibus lite pendente.
- 2 Pauper quandoque contra veritatem opprimitur.
- 3 Alimenta debentur pauperibus lite pendente, & quare, num. 4.
- 5 Alimenta debentur fratri agenti contra fratrem super hereditate, ita etiam uxori agenti contra virum, sed limita ut num. 6. & 7.
- 8 Expensæ debentur pauperi litiganti.
- 9 Clericus accusans Prælatum de mala administratione Ecclesiæ, debet expensas habere.
- 10 Judex potest mandare creditori, ut administret expensas debitori pauperi carcerato ad ipsius instantiam.
- 11 Debitor pauper si est carceratus, asportatur ad domum creditoris ut suis sumptibus concurret, alias liberetur.
- 12 Alimenta præstita auctore succumbente, non sunt restituenda.

**R**egula est, quod inter alias prærogativas, quibus fruuntur istæ miserabiles personæ, debet eis fieri provisio lite pendente, ut in propriis terminis scribit *Rebuff. in const. Gallie in tract. sive tit. de sentent. provisional. glos. fin. art. 3. num. 19. asserens in princ. d. glo. justè fieri hanc provisionem pauperibus, quia dicit text. in cap. pauper. 11. q. 3. dum non habet quid offerat in judicio non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, cito violatur auro justitia, nullamque*

reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat, & *Esaiæ c. 66.* ad quem respiciam (dicit dominus) nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos, & *David, Psalm. 10.* Oculi ejus ad pauperem respiciunt, ita quod providere miserabilibus personis, dummodo sint pauperes, Judex omnino debet, *Annot. ad Statut. Parm. in tit. de rat. summar. reddend. miserab. pers. fol. 62. vers. miserabilibus.*

- 3 Est enim in jure cautum pauperibus lite pendente deberi alimenta, ex dispositione text. in *l. si instituta §. de inofficio ff. de inoffic. test. & ad latissimè tradita per Velasc. in decis. Lusit. 1. Trentacinq. var. resol. lib. 1. resol. de alimen. Milanens. in dec. Sicil. 17. Cueva in dec. Aragon. 16. Caval. quest. commu. contra comm. 9. 734. num. 21. Gratia in discept. for. cap. 55. fufius omnium Castill. in lib. 3. controvers. jur. cap. 22. per tot. ubi materiam bene elucidat*
- 4 *Pascals. de patr. potestat. par. 2. cap. 2.* copiosè recenter *Alvarez de privil. pauper. quest. 39. par. 1.* ubi per multa confarcinavit, jus enim laborantis inopia deperire non debet ex impotentia litigandi, proptereaque fratri litem habenti contra fratrem, in peritione hæreditatis sunt alimenta ministranda si egeat *Guid. Pap. decis. 561. Covar. pract. quest. cap. 6. Besignett. dec. 2. de jud. Afflic. dec. 11. Rota apud Farinac. dec. 907. & 908. Anna singul. 25. & pariter uxori agenti contra virum, qui ipsam è domo ejecisset, essent interim, si egeat alimenta exhibenda, ut decisum referunt *Vesta decis. 162. & 167. Afflic. dec. 10. Fran. decis. 605. Misinger. observ. 64. cent. 1. Put. decis. 208. part. 1. Verall. dec. 18. lib. 1. Peguera dec. 20.**
- 7 *Faber. dec. 26. C. de rei uxor. act. noviter Mant. dec. 195. & modernè D. Ricc. collect. 99. & 433.* licèt secus sit, si voluntarie recessisset, ut inquit *Thamis. dec. 11. & sequitur Pontan. alia referens de aliment. cap. 13.* juxta quorum sententiam Ego consultus respondi.
- 8 Et non solum alimenta, sed & expensæ litis debent præstari istis pauperibus, ad latissimè tradita per *Milanens. dec. Sicil. 18. lib. 1.* abundè *Col. in suo tract. de alim. c. 14. lib. 1.* novissimè fufius materiam tractans *D. Ricc. in dec. 16. part. 1.* ubi sic judicatum in Curia Archiepiscopali Neap. ostendit, at etiam Clericus accusans Prælatum de mala administratione Ecclesiæ habeat expensas, juxta noviter tradita per *Genuens. in suis practicabil. Eccles. q. 175.*
- 10 Ut etiam Judex potest mandare creditori ut administret expensas debitori pauperi carcerato ad ipsius instantiam, vel immunitatem unius ducati pro quolibet mense, & sic denariorum viginti pro qualibet die, si debitor carceratus est vilis, & ignobilis, secus si est persona qualificata, & nobilis, quia solet taxatio fieri ad rationem carolenorum duorum pro qualibet die, & ita fuit decisum in Sacro Consilio mune Februarii 1566. referente D. de Ponte, & solet sic practicari, quod fit ordo creditori, qui subministret expensas debitori pauperi carcerato, stante paupertate, & quod primâ die compareat ad videndum juramenta testium examinandorum super paupertate, & deinde capiarur informatio de ipsa, & confitio summarie interponitur decretum, quod creditor subministret expensas prædictas, aliàs debi-

tor liberabitur, & si incipit subministrare, & postea desistit, interponitur aliud decretum quod continuet aliàs liberaretur, & ita servari in M.C.V. testatur *Robert. in praxi liquid. instr. in consid. post num. 72. fol. 74. in princ. & ita debet intelligi Anna singul. 279. Farinac. in tit. de carcer. quest. 27. num. 149. Surd. in tract. de alimen. tit. 2. quest. 71. & Intrigl. in singul. 141. & hoc in debitore paupere carcerato non habente, unde se alere ut supra, & si hoc remedium nolit adhibere, petat se admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, ut per *Afflic. dec. 71. Viu. dec. 529. num. 5.* ubi bene declarat, quod autem si debitor pauper est carceratus, & infirmus, solet Mag. Cur. observare, quod asportetur ad domum creditoris, ut suis sumptibus illum curare faciat, & si creditor debitorem ipsum infirmum recipere noluerit, & necessaria infirmitate subministrare consuevit illum liberare, & licentiarè, ut idem *Rob. loc. cit. Foller. vers. notatos capiat. in fin. fol. 29. in novis, & vide quæ diximus in Forens. qu. 9. p. 1. in ultima editione Neap. nec non vide Apicell. in tutam. pauper. tit. 4. in cess. bonor. num. 48. & tit. de quinquennial. dilat. 3. num. 214.**

Et adverte, quod alimenta præstata non sunt restituenda actore succumbente, ut decisum in Curia Archiepiscopali Neap. testatur *Illustriss. & Rever. Episcop. D. Ricc. in decis. 251. p. 2.* & ita alias decisum in Sacro Consilio in causa primogeniti Comitis Catanæ dicit *Amendol. ad Franch. decis. 614. Molf. in consuet. Neap. par. 5. quest. 3. num. 19. & Gratia. discept. for. c. 236. num. 16. cum seq. tom. 3. Franch. dec. 614. & secundum hanc opinionem judicatum refert Fontanell. de pact. Nuptial. claus. 4. glos. 18. par. 4. num. 99. cum seq. tom. 1. Franc. Marc. decis. 364. par. 2. Boër. dec. 324. num. 4. & seq. fuscè *Surd. de aliment. tit. 1. quest. 124.* licèt hoc procedere in filiis tantum, & non in cæteris extraneis teneat, *Anna in conf. 102. num. 9. vol. 2.**

## PRIVILEGIUM LXXIIL.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ pauperes non solvunt collectas.

*Ad ornamum text. in c. 4. extra censib.*

## SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles personæ pauperes sunt exemptæ à collectis, & num. 2. etiam si Princeps pro justa causa imposuisset num. 3. & amplia in pauperibus; sua culpa in miserabilitatem delapsis num. 4.
- 2 Res Ecclesiæ possunt alienari etiam ad alienos pauperes, eorum culpâ in paupertate delapsos.
- 3 Distributiones quotidiana debentur ei, qui in morbum suâ culpâ incidit.



## De Privileg. Miserab. Personarum. 259

- 7 Miserabiles personæ habent electionem fori, etiam si in miserabilitatem eorum culpâ devenerint.
- 8 Debitor suâ culpâ in paupertate lapsus potest cedere bonis.
- 9 Auctor reprobatur duos Modernos, qui errarunt.
- 10 Pauper quis dicatur.
- 11 Pauper quisque præsumitur, sed limita ut namer. 14.
- 12 Qualitas divitiarum est repugnans naturæ.
- 13 Mutatio non præsumitur, nisi probetur.
- 15 Paupertas probatur per vicinos, & familiares deponentes, quod quis non habet, nisi talia bona.

- R**egula est, quod miserabiles personæ pauperes sunt exemptæ à solutione collectarum, ex dispositione text. in c. 4. extra de censib. Franc. Marc. dec. 490. Tepar. varia. jur. sentent. lib. 2. in tit. de accus. minor. vers. pauperes quorum industria fol. 325. glos. in l. omnes C. de annon. & tribut. lib. 10. quam communiter acceptari tradit Annot. ad Statut. Parm. in tit. ration. summar. reddend. miserab. pers. vers. pauper excusatur fol. 63. à ter. novissimè Apicell. in alleg. 6. num. 34. ubi, quod pauper quoque
- 2 Civis, qui est obligatus civiliter ad solutionem collectarum, & impositionum factarum in Civitate, non tenetur ad solutionem illarum, quando est pauper qui cum ejus arte vix potest vivere, ex Bald. in auth. defunct. num. 11. C. ad Tertull. Roiz decis. 4. num. 283. Marfil. singul. 619. Adverdan. de exeq. mandat. Regum cap. 14. num. 33. par. 2. etiam si Princeps pro justa causa imposuisset, Rovit. in prag. 1. num. 11. de vestigialib.
  - 4 Amplia procedere talem regulam, etiam si in miserabilitatem earum culpâ devenerint, nam paupertatis privilegii gaudere etiam pauperes suâ culpâ in paupertate lapsos, ut post alios voluerunt Actius de infirmat. par. 1. cap. 36. & Viv. in decis. 268. num. 8. ubi sic decisum, & prædicatam, testatur in Sacro consilio in Regia Camera Summarie, in Magna Curia Vicariæ & in Regia audientia Apuleæ, pro qua opinione facit glos. in cap. eorum 12. q. 2. dum voluit, res Ecclesiæ alienari posse ad alendos pauperes, etiam eos, qui in paupertatem propriâ culpâ inciderunt, item ob redemptionem eorum, qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur Bald. in l. illud C. de sacros. eccles. Campèg. de tot. quæst. 12. par. 3. Alex. in l. quamvis ff. de solut. matrim. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. col. penult. Felin. & Anan. in cap. significavit de Judæis.
  - 6 Unde, distributiones quotidianas deberi ei qui suâ culpâ in morbum incidit, post alios scribunt Illustr. Episcop. D. Ricc. in praxi resolut. 441. tom. 2. Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 6. à num. 12. Gutierrez canon. quæst. cap. 1. num. 14. lib. 1. Cened. in suis quæst. capit. 1. num. 8.
  - 7 Quare merito beneficium electionis fori competere istis miserabilibus personis, etiam si earum culpâ in talem miserabilitatem devenerint, docuimus in praxi elect. & var. fori q. 33. sect. 2. & latius quæst. 66. sect. 4. in nova edit. & nos allegando eandem probat opinionem Alfo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

varez de privileg. paup. quæst. 54. num. 8. par. 1. Carleval. in tract. de Judic. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 616. ubi pariter nos allegat traduntque Actius in tr. de infirmat. par. 1. cap. 36. num. 5. noviter Borrell. in summ. decis. in tit. de jurament. perhorresc. num. 21. ubi alios adducit.

Et hinc cessio bonorum fieri non prohibetur debitori, qui suâ culpâ ad paupertatem devenit, ut decisum in Mag. Cur. Vic. dicit Scoglion. in prag. 3. num. 35. de cess. bonor. de quo memor est Thor. in suo compend. decis. Neapol. in verb. cessio bonorum.

Ex quibus omnibus, & aliis, quæ consulto omitto, cavendum est ob opinionem illorum, tenentium paupertatem cautatam culpâ sui operari, ut amittatur privilegium paupertati concessum, ut fuerunt Apicell. in d. alleg. 6. num. 4. & Maur. Arretin. de fidejussor. sect. 9. §. 42. vers. inopia num. 4. qui dum firmat, paupertate tam debitoris quam fidejussoris evanescere fidejussionem, hoc tamen declarat non procedere, si talis fidejussor inciderit in paupertatem ex sua culpa.

Sed pauper quis dicatur, ad effectum de quo supra latè diximus in praxi elect. fori qu. 34. sect. fori qu. 34. sect. 2. in moderna edit. ubi lectorem remittimus, & vide fusè Annotat. ad Statut. Parmæ in tit. de ration. reddend. miserab. pers. fol. 64. verum non desinas notare, quod quis dicatur inops, vel pauper, hoc totum Judicis arbitrio remittitur, secundum qualitatem personæ, ut sentit Rot. Roman. in decis. 202. num. 18. par. 2. in novissimis, modernè ex multorum autoritate scribit Mangil. in suo tract. de imput. qu. 138. ubi etiam num. 5. affirmat illum dici inopem, qui non habet unde succurrat illi causæ, & effectui, cujus respectu appellatur inops, ex Afflic. in dec. 179. & vide Cæsar. de Grass. in decis. 1. de success. ab intest. videndus fusè in materia Alvarez. in tract. de privileg. pauper. quæst. 4. & seq. par. 1. ubi usque ad nauseam omnia habes compilata.

Et adverte, quod pauper quisque præsumitur, nisi probetur contrarium l. si verò §. qui pro rei ff. qui satisfdar. cogant. ubi glos. Bart. Castrenf. & Angel. latè Benincas. de pauper. qu. 3. Cened. alios cumulans in collect. 27. num. 13. par. 1. abundè Mascard. de probat. conclus. 525. & novissimè Arretin. de fidejussor. c. 1. num. 3. sect. 7. quia qualitas divitiarum regulariter est repugnans naturæ, & ideo non creditur, nisi probetur, eo etiam, quia qui divitias asserit in aliquo, præsupponit mutationem de eo, quod naturaliter evenit, & mutatio non præsumitur, nisi probetur l. 3. ff. de probat. cap. 13. majores de baptismo. Mascard. de probat. conclus. 178. quod tanto magis procederet, si quis niteretur ex aliqua dispositione, lege, & statuto, ut se fundaret in divitiis, nam tali casu à fortiori paupertas præsumeretur quousque de divitiis constaret, nec posset sequi legitima condemnatio, nisi perfectè qualitas divitiarum requisita à statuto, & dispositione probata fuisset, cum talis qualitas expressa ab illa dispositione principaliter dicatur causa actionis, ut latè post alios firmat Bartazol. in cons. crimin. 244. numer. tertio licet non procedat, quando paupertas esset fundamentum intentionis

10 tionis alicujus, puta, quia vellet admitti ad legatum factum pauperibus, tunc enim absque probatione, pauper non præsumitur, ut in facti contingentia rogatus de voto meo abundè scripsi, sequutus sententiam distinctionis *glo. in cit. l. si vero §. qui pro reo*, ubi etiam DD. ubi cum quis divitem se dicit paupertas præsumitur, quando autem pauperem quis recenser, ut aliquid consequatur, nullatenus pauper existimatur, nisi probet paupertatem, ut etiam est videre penes *Innoc. & reliquos in cap. sup. his de accusat. Roland. à Vall. in cons. 20. num. 19. Natta cons. 343. nu. 3. vol. 2. Afflic. dec. 377. col. fin. Bertazzol. cons. crim. 249. num. 1.* ubi de communi testans, subdit non habere locum hoc quando quis adduceret paupertatem excipiendo, ut putà si quis ageret contra aliquem, tanquam contra divitem, & ille exciperet de paupertate, nam satis paupertas dicitur, ex quo excipiendo deducitur concomitante legis præsumptione.

15 Ultra quæ nota, quod paupertas probatur per familiares, & vicinos deponentes, quod quis non habet nisi talia bona, & si plus haberet ipsi scirent, *Roman. cons. 295. num. 9. Covar. lib. 2. variar. resol. cap. 6. num. 8. latè Gratian. novissimè lib. 4. discept. forens. cap. 660.* ut alios citat.

6. à num. 169. cum seq. *Parif. de resignat. benef. lib. 9. qu. 17. num. 120.* nam quamvis in his, quæ sunt ambitiosa veluti in beneficialibus, nemo possit se ipsum eligere, *cap. per suas de jure patronat. cap. fin. de justit. latè noviter Illustr. D. Ricc. in praxi res. 179. par. 1.* & sic procurator ad resignandum in favorem personæ per procuratorem eligendæ, non potest se ipsum eligere, *Paleott. in decis. 249. Verall. dec. 397. par. 2. Parif. ubi supra numer. 102. & 103. cum seq. Bursat. cons. 395. num. 24.* secus tamen est in rebus non ambiosis.

Unde exequutor nominatus ad distribuenda bona inter pauperes, poterit distribuere in suos filios, & consanguineos pauperes fraude cessante, *Abb. in cap. 1. num. 5. de cohabit. cleric. & mulier. Jus. in l. si is qui la prima, num. 7. ff. de vulg. & pupill. Lopez, in l. 3. in gloss. in verb. tubiere por bien. 1. 10. par. 6. D. Thom. 2. 2. quest. 32. artic. 9. & ibi Cajet. Mantica. de concess. ult. volunt. lib. 8. art. 5. à numer. 16.*

Sic etiam, si est commissa electio pauperum Priori Fratrum Prædicatorum, potest eligere Fratres suos, *Bart. in l. cum quidam numer. 3. ff. de legat. 2.* ubi latè addit, *l. G. & sic Ego consului mensibus elapsis cuidam Reverendo Priori.*

Et facit, nam elemosina debet dari potius propinquis, quàm extraneis, *Luc. de Pen. in l. centum, C. de annon. civil. lib. 11. Afflic. decis. 289. in fin. quos recenser Amendol. in addit. ad Franch. in decis. 190. num. 2. latissimè D. Ricc. in decis. 213. part. 2.* ubi meritò refert decesum in Curia Archiepiscopali Neap. Episcopum debere gratificare, ex duobus presentatis æque idoneis consanguineum patroni, prout ego interrogatus à quondam Reverendissimo Prælo respondi.

Hinc aliàs requisitus de voto consulebam, quòd si Testator non declarat, inter quos pauperes sit dividenda elemosina, dividi debet inter pauperes illius loci, in quo testator habitabat, & domicilium habebat, *l. Si quis ad declinandum, & l. nulli, C. de Episc. & cler. gl. in cap. si pater in verb. pauperes de testam. in 6. Masil. in l. fin. num. 168. ff. de jurisdic. omni. jud. latè Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 125. affluenter Mantica de concess. ult. volunt. lib. 8. tit. 5.* sicque pluries tempore meo in diversis Regionibus vidi praticari, & novissimè me consulente fuit praticatum in Civitate Vicizæquensis.

#### PRIVILEGIUM LXXIV.

#### ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ egenæ deputatæ ad certa bona distribuenda inter pauperes, possunt etiam distribuere in se ipsas.

#### SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles personæ possunt sibi ipsis distribuere bona ipsis relicta, ut dispensent inter pauperes.
- 2 Nemo se ipsum eligere potest in beneficialibus.
- 3 Procurator ad resignandum in favorem personæ per ipsam eligendæ, non potest se ipsum eligere.
- 4 Exequutor nominans ad distribuenda bona inter pauperes potest distribuere filiis.
- 5 Prior electus ad eligendum pauperes, potest eligere suos fratres.
- 6 Elemosina debet dari propinquis potius, quàm aliis.
- 7 Episcopus ex duobus presentandis, debet gratificare consanguineum patroni.
- 8 Elemosyna debet distribui pauperibus illius loci, ubi ipse habebat domicilium, quoties id non declaravit.

1 **R**egula sit, quod miserabiles personæ egenæ deputatæ ad certa bona distribuenda inter pauperes, possunt etiam distribuere in se ipsas, cum clarum sit in jure deputatum ad certa bona distribuenda inter pauperes, posse etiam distribuere in se ipsum, uti talem pauperem se egeat, *Abb. in cap. cum in jure numer. 4. vers. & hæc faciunt optimè de elect. Navar. in manuali cap. 25. numer. 12. latè Padilla in l. præses numer. 12. C. de servit. & aq. Capra de exequut. ultim. volunt. membr.*

#### PRIVILEGIUM LXXV.

#### ARGUMENTUM.

Æquitas in causis Miserabilium personarum præfertur rigori scripto.

*Ad limitationem Text. in l. qui prospexit, ff. qui, & à quibus.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Æquitas quidnam sit.
- 2 Judex debet habere aequitatem ante oculos.
- 3 Rota Romana solet aequitatem sequi.
- 4 Juris civilis æquitas, vel rigor juris canonici debet servari.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 261

- 5 Dies de jure civili est attendendus.
- 6 Æquitas quando non attendatur, & numer. 10. & 12.
- 7 Judex non debet esse clementior lege.
- 8 Æquitas dependens à legibus, & viris prudentibus attenditur.
- 9 Statutum licet durum est servandum.
- 11 Regula ut dispositum in genere habeat locum in suis speciebus quando procedat.
- 13 Æquitas favore Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum est servanda, sed absque tertii præjudicio.

**R**egulariter, æquitas, quæ est justitia, dulcore misericordiæ temperata, taliter, & ut justitiæ pars dicatur, *D. Thom. 2. 2. quest. 80.* rigori præfertur, *l. placuit, C. de jud. cap. fin. de transact.* ita ut Judex semper debeat præ oculis dictam æquitatem habere, *l. quod ephesi, & ibi DD. ff. de eo quod certo loco, Cappella Tholos. decis. 261. numer. 5. Rot. in novis. dec. 1. numer. 5. de rerum permutat. & illam sequi solere Rotam Romanam fatetur Ludov. dec. 60. cujus arbitrium semper operatur, ut relicto utroque extremo rigoroso æquitas servetur Bald. conf. 117. num. 4. lib. 1. Rota in recent. decis. 506. num. 1. par. 2. quæ in decis. 483. num. 7. ead. par. 2. voluit æquitatem intrare contra eum ad cuius manus pretium rei alienæ pervenit, & multa novissimè conglomerat, *Ursell. in examine concl. legalium in verbo æquitas concl. 66.**

Hinc descendit ampliatiè, quod si jus civile disponat æquitatem, & jus canonicum disponat rigorem juris civilis æquitas attendenda veniat *Archidiacon. in cap. quod à partibus 85. dist. exemplificans in clerico jurante solvere tali die, quod sit attendendus dies juxta tramites juris civilis, ad Text. in l. more majorum, ff. de feriis, nam æquius est jure canonico.*

Cæterum nuper adducta regula inter cæteras, quas patitur limitationes, illa pariter communi calculo est recepta, nempe quando rigor esset scriptus æquitas autem non, tunc enim attendi debere rigorem exclusâ æquitate patet, in *l. prospexit, ff. qui, & à quibus, l. 1. & ibi D. D. C. de legibus Cappell. Tholos. cit. decis. 261. Grat. forens. discept. tom. 2. cap. 254. numer. 9. Card. Mantica. decis. 148. numer. 3.*

Non debet unquam esse Judex clementior lege, *S. oportet Auth. de jud. & nunquam æquitas non scripta tanquam in crebro quorumcumque consistens, patitur ut scilicet illi quod somniant æquum putent, ut ait Grat. in discept. forens. cap. 639. numer. 25. & 27. lib. 4.*

Sed ea attenditur, quæ ex legibus, & juris prudentibus sumitur, & propterea videmus, quod quamvis extet statutum pretiosum, licet sit durum, & rigorosum, tamen est servandum nullâ habitâ consideratione æquitas non scriptæ, quia tunc ea non dicitur æquitas tanquam ex motu, & affectione contra jus scriptum dependens, & sic non sequenda, imò per Judices est evitanda, aliàs nihil reperiretur certum, & perpetuum in jure nostro si quibilibet liceret extorquere statum causarum, & illum ad imaginariam, & abusivam æquitatem reducere refert, & sequitur, *Ursell. cit. concl. 66. n. 10 21. dicens n. 22. nec procedere quando æquitas*

esset scripta in genere ut est neminem locupletari debere cum alterius jactura. Rigor verò esset scriptus in specie veluti dicitur in usucapionibus, & præscriptionibus ea ratione, ne dominia super incerto vagentur, in quibus enim terminis rigor æquitati præferatur, veluti sit species generi, ut optime probatur in *l. 1. ubi DD. ff. de usucap. juncta l. nam hoc natura ubi Bart. ff. de conit. indebit. Dyn. in reg. possessor. de reg. jur. Joan. Andr. in cap. fin. de solut. & Roman. in l. in insulam in 7. col. ff. de verb. oblig. & Rot. dec. 1. de rerum permut. in novis sub num. 1. vers. in tertio dubio, & nu. sequ. licet istud, quod fuit dictum de specie generi derogante procedat in illis terminis, in quibus gerat, & ubi species super eodem jure concurrunt, & secus si super diverso, ut voluit, *Rot. in una Urbe vetana fructuum veteris 11. Januarii 1602. coram Eminent. Card. Lancellotto, & tutatur Roman. conf. 8. num. 38. & seq.**

Cujus diversitatis ratio suapte illa assignatur, quia quando species non est contraria generi, tunc intrat illa regula, ut scilicet dispositum in genere habeat etiam locum in suis speciebus, quia genus species sub se comprehendit, & sic in istis terminis generi non derogatur per speciem, at secus si e converso, ut fuit dictum à *Rot. in Mediolanen. Decimarum 9. Junii 1610. coram Pirovano quæ est apud Farinac. dec. 291. num. 7. & 17.*

Favore autem miserabilium personarum insurgit privilegium, ut æquitas præferatur rigori scripto nisi tamen in tertii redundet præjudicium.

Sumit robor hæc opinio ab illo simili, quia videmus favore Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum æquitatem esse servandam, & non rigorem scriptum, dummodo non fiat alteri præjudicium quoad interesse *cap. 1. de dolo, & contumac. ibi in Ecclesiasticis & negotiis rigor, & districtio juris non requiritur, sequitur novissimè Genuens. in suis practicabil. Ecclesiast. quest. 176. in fin. asserens esse valde notandum.*

### PRIVILEGIUM LXXVI.

#### ARGUMENTUM.

Instantia in causis Miserabilium Personarum, non perimit.

*Ad ornatum Text. in l. properandum l. de judic. Rit. M. C. V. 244. & Pragmat. Regni 1. de Instantia causa non restituenta.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Instantia in civilibus durat triennio, & in criminalibus biennio.
- 2 Instantia datur etiam in causis summaris.
- 3 Instantia non perimit in causis Miserabilium Personarum.
- 4 In causis miserabilium Personarum judicandum est secundum Jus canonicum.
- 5 Instantia non perit de jure canonico.

**R**egulariter, instantia in civilibus durat triennio, in criminalibus verò biennio, *l. properandum, l. de judic. l. fin. C. ut intra cert. temp. extant. Rit. M. C. V. 244. & Pragm. Regni 1. incip. instantia sub rubr. de instant. caus. non restituens. ubi Nos latè diximus in collectan. decis. traduntque post alios Afflict. decis. 346. sub numer. 2. Gui. Pap. decis. 220. num. 30. Capyc. decis. 206. num. 1. Gramm. vot. 31. Misinger. observat. 44. cent. 3. Franch. decis. 250. numer. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 53. numer. 17. latè in materia Trentacinq. var. resol. lib. 2. resolut. 3. de judic. fusè noviter Borrell. in summ. decis. in tit. de instant. causar. fol. mihi 300. tom. 1.*

2 ubi præcipuè ampliat instantiam dari etiam in causis summaris, quia quanto sunt magis summaris, eo citius sunt expediendæ, *ex Panorm. Andr. Barbat. & Aretin. in cap. venerabilis de judic. Alex. consil. 50. vol. 2. Bart. in decis. Bonon. 30. num. 3. Costa de reme. subsidiar. remed. 94. num. 25. Cavagnol. in decre. Montiserrat. Decre. 2. §. 10. num. 7. & 8. Bursat. consil. 2. numer. 3. vol. 1. Manded. consil. 96. numer. 7. Balb. decis. 392. Amic. consil. 66. num. 4. Asin. in praxi judic. in princ. cap. 3. num. 42.*

3 Tamen in causis miserabilium personarum, nunquam perimit instantia, sed semper procedi potest, ubicunque tamen sunt actrices, & non rei.

4 Assignatur hujus conclusionis ratio, nam in causis talium Miserabilium Personarum in utroque foro judicandum est, secundum jus canonicum, etiam quod contradicitur civili, ut per *Alex. in addit. ad Bart. in l. privi. in verb. cui standum, vers. adde, C. de sac. Eccl. ubi alios allegat Felyn. in cap. in causis col. 1. de testibus Marant. in pract. in tit. de ordin. judic. part. 3. numer. 76. Nevizan. in Sylva Nupt. lib. 6. num. 44. cum aliis, quos retulimus supra in privi. 45. ubi habeas videre, sed de jure canonico non perit instantia, *cap. pen. & fin. ubi omnes Canonistæ de jud. Innoc. in c. consuluit de offic. Deleg. Anchar. in cap. sicut num. 2. de appellat. Alex. cons. 26. vol. 3. Covarr. in c. quamvis de pact. Bonacoss. comm. opin. cxiim. §. instantia, par. 1. Scrauder. de fea. par. 9. cap. 7. num. 157. vol. 1. Vant. de nullit. ex defect. jurisdic. num. 126. Verall. dec. 362. num. 4. part. 2. Cassador. dec. 4. numer. 4. ut lit. non comest. Gomez in reg. de An. nal. q. 44. cum aliis copioso calamo exaratis, ac traditis per Borrell. ubi supra num. 18. ergo in casu nostro instantia non potest perimi, ut considerat Trentacinq. var. resol. jur. lib. 2. resol. 9. num. 5. in fin. de judiciis.**

Cetera autem in materia conglomera-  
vimus in collect. decis. super prag. ad rubric.  
de instant. caus. non restituens. ubi erit viden-  
dum in moderna editione Neapolitana.

## PRIVILEGIUM LXXVII.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ non tenentur solvere  
sportulas Judicibus, & Actuariis.

*Ad ornatum text. in l. nulli, §. post unius  
verò, C. de Episc. & cler. consti-  
Regni lege præsentis.*

## SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles Personæ sunt immunes à solutione sportularum.
- 2 Copia processus absque salario debet dari pauperi appellanti.
- 3 Notarii debent remittere sportulas sibi contingentes ex actis factis miserabilibus personis, & Judices possunt eos cogere sub pœna privationis officii.

**R**egulam firmo, quod Miserabiles Personæ sunt immunes à solutione sportularum Judicum, & Actuariorum, ut apparet ex dispositione Text. in *l. nulli, §. post unius verò ibi (& gratis, & sine ullo dispendio prædicta gesta consuevantur) C. de Episc. & cler. & vide consti. Regni quæ incip. lege præsentis glo. in l. iam dementis, C. de Episc. audiens. Archidiacon. in cap. pauper 11. quæst. 3. Masuer. in sua praxi in t. de expensis numer. 11. Afflict. in consti. Regni appellationum tempora notab. 5. Covar. pract. quæst. cap. 6. numer. 4. Niger. in clem. de vit. & honest. cler. numer. 33. Rebuff. in consti. Gallia in tit. de sentent. in provis. art. 3. glos. fin. vers. 8. Gui. Pap. decis. 561. ubi refert sic servari in Curia Parlamenti Delphinalis, Troy. in rit. M. C. V. 290. numer. 10. ubi quod pauperi appellanti, debet dari copia processus sine salario, quia non debet dari afflictio afflictio.*

Quod adeo verum est, ut procedere nedum in sportulis Actuariis concessis, sed etiam in quibuscunque Notariis, fatetur Roman. in *l. si verò, §. de viro, ff. de solut. matrim. de quo memor est Caravit. in Rij. M. C. V. 19. sub num. 18. vers. secundum est Annotat. ad Statut. Parmæ in tit. de ration. summar. reddend. miserab. fol. 62. à ter. vers. & Notarii acta, ubi quod Judex eos cogere poterit sub pœna privationis officii.*

## PRIVILEGIUM LXXVIII.

## ARGUMENTUM.

In dubio judicandum est in favorem Miserabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 In dubio judicandum est pro Miserabilibus Personis.
- 2 Pauperibus est succurrendum præcipuè in judicialibus, in quibus ut plurimum opprimuntur.
- 3 Judicari debet in dubio in favorem Ecclesiæ. Ecclesia debet ab omnibus defendi ibidem, & haberi in honore num. 4.
- 5 In dubio pro pia causa est judicandum.

**R**egulam firmo, in dubio judicandum esse pro Miserabilibus Personis, ut tradit *Sylva nuptial. lib. 6. quomod. judic. pro commun. numer. 27. & sequitur Caravit. in Rit.*

## De Privileg. Miserab. Personarum. 263

Rit. M. C. V. 19. num. 18. vers. quartum, respicit enim pietatem judicare pro causis istarum præcipue si sint pauperes, & egeni, quibus semper succurrere debemus præcipue in judicialibus, in quibus ut plurimum dum non habent quid offerant, non solum audiri contemnuntur, sed etiam contra veritatem aliquando opprimuntur, Caballin. in milleloq. 676. unde in dubio Judex pro paupere etiam indicis, & argumentis judicare debet, Castr. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. Bur. in cap. in nostra de testibus, Mathe. sil. de elect. opin. num. 5.

Et sicuti in dubio judicandum est pro istis personis, ita in dubio pro Ecclesia pariter est dicendum, cum Ecclesia semper debeat ab omnibus defendi, ut novissime testatur Mot. fes. consil. 13. num. 38. post comment. ad consuet. Neap. & in maximo est habenda honoratio, Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 611. Illustrissimus Episcopus. D. Aloys. Ricc. in accis. Curia Archiepisc. Neap. 171. par. 1.

Congruit pro mantissa hujus opinionis, nam in dubio pro pia causa est judicandum, ut per text. in l. sunt personæ in fine, ff. de relig. & sumpt. funer. cap. fin. de re judic. Alex. consil. 121. lib. 2. & consil. 71. numer. 4. lib. 6. Anchar. consil. 46. numer. 2. Calcan. consil. 107. num. 6. cum seq. modernissime observat Barbosa. in tract. de Jure Ecclesiast. universal. lib. 2. tit. de privileg. Eccles. & piorum locorum cap. 23. in fine.

Ut etiam causæ Ecclesiæ in quocumque iudicio Ecclesiastico, vel sæculari, juxta Canones determinari debent, Imol. in cap. relatum il primo de testam. notab. 3. ubi de communi testatur, novissime refert, & sequitur Genuens. in suis practicabil. Eccles. quæst. 176.

Ratio autem principalis regulæ à nobis firmatæ esse potest, quia jus Canonicum est magis placidum, & non tam rigorosum, prout sunt leges civiles, & clarum est, quod in conflictu opinionum, & ipsarum varietate, si commodè fieri potest semper pro æquitate, contra rigorem pronunciandum est, benigniorque opinio præferri debet, juxta l. ea, quæ, §. in re dubia, ff. de regul. jur. l. si fuerint in fin. ibi hoc valere, hoc benignum est, ff. de legat. 3. l. proximè, §. in re dubia, ff. de his quæ in testam. delent. Nata consil. 136. num. 10. Menoch. consil. 401. num. 319. Cævall. in præf. q. nu. 41. & 42. latè Nevizan. in Sylva Nuptial. lib. 5. num. 68. Farinac. in pract. crimin. lib. 1. qu. 27. num. 116. æquitas namque præfertur rigori, l. placuit, ff. de judic. Fas. in l. stipulati sumas, §. sequitur notab. 4. ff. de verb. obligat. æquitas est omnium plenior, & certior modus interpretandi leges, ut inquit Bald. in l. defunctus, §. C. de suis, & legitim. hered. ex text. ubi notant omnes Canonistæ in cap. fin. de transact. Felyn. in cap. ex parte il secundo, num. 3. de offic. Deleg.

### PRIVILEGIUM LXXIX.

#### ARGUMENTUM.

In causis Miserabilium Personarum si leges variant à Canonibus, debent servari Canones pro ipsa etiam in foro sæculari.

#### SUMMARIUM.

- 1 Canones debent servari in causis Miserabilium Personarum, si leges variant ab ipsis.
- 2 Causæ Ecclesiasticæ debent terminari secundum Canones.
- 3 Jus Canonum est æquius jure civili.
- 4 Opinio æquior tenenda in conflictu opinionum.
- 5 Æquitas præfertur rigori.
- 6 Æquitas est certior modus interpretandi leges.

**R**egula sit, quod in causis Miserabilium Personarum si leges variant à Canonibus debent servari Canones pro ipsis etiam in foro sæculari, ita Bur. & Imol. in cap. Clerici de judic. Felyn. in cap. significantibus numer. 9. extra de offic. & potest. judic. Deleg. quos refert, & sequitur Trentacing. var. resolut. lib. 2. resolut. in fin. vers. nota etiam, quibus addo Abb. cap. in 3. de constit. Benincas. de paupert. quæst. 5. numer. 31. noviter Mart. de jurisdic. cap. 21. numer. 14. part. 2. Annotat. ad Statut. Parmæ in tit. de ration. summar. reddend. miserab. person. fol. 62. à ter. vers. & si leges discrepant.

### PRIVILEGIUM LXXX.

#### ARGUMENTUM.

Delegatio facta ad petitionem Miserabilium Personarum, etiam non data negligentia Judicis ordinarii, habet suum effectum.

Ad ornatum Text. in cap. licet ex suscepto de foro compet.

#### SUMMARIUM.

- 1 Judex superior, non data negligentia Judicis inferioris, non potest se intramittere in causis illi debitæ.
- 2 Episcopi auctoritas, quando devolvatur ad Archiepiscopum, & num. 3.
- 4 Delegatio facta ad instantiam miserabilium Personarum, non data negligentia Judicis ordinarii non est nulla, sed habebit effectum post negligentiam.

**R**egula est, quod non datâ negligentia Judicis ordinarii, Judex superior partes suas interponere nequit, ex cap. licet ex suscepto de foro compet. & juxta tradita per Quarant. in summa Bullar. in verb. Archiepiscopi auctoritas numer. 21. ubi firmat, tunc Episcopi auctoritatem devolvi ad Archiepiscopum, quoties Episcopus esset negligens, gloss. in cap. pastoralis in princ. de offic. ordin. in cap. sicut olim de accusat. & in cap. 1. de supplen. negligend. Pralat. Hostiens. in summa de offic. ordin. sub numer. 7. Abb. in cap. quanto numer. 6. eod. titul. Franch. in cap. venerabilibus, §. sanè de sent. ex-

*excomm. in 6. ita quod Archiepiscopi auctoritas, tunc valet exequi in subjectos Suffraganei, si Suffraganeus negligit facere justitiam, ut de communi testatur, Abb. in cap. grave, num. 9. de offic. Deleg. Afflict. in cap. Imperialem, §. præterea, numer. 33. de prohib. feud. alien. per Feder. novissime Illustriss. D. Ricc. in annot. ad Rit. Cur. Archiepisc. Neapol. rit. 19.*

Tamen favore miserabilium personarum delegatio facta ad instantiam, & petitionem earum, etiam non datâ negligentia Judicis ordinarii, non est nulla, sed habebit effectum post negligentiam, ita in nostris propriis terminis tradit *Rebuff. in constit. Gallia art. 3. gloss. in fin. in rit. provis. senten. & habetur per Carau. in rit. M. C. V. 19. num. 20. circa fin.*

## PRIVILEGIUM LXXXI.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ habent Episcopos in earum Protectores.

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopi sunt Protectores orphanorum, pupillorum, & aliarum Miserabilium Personarum, imò totius Universitatis, num. 2. & eorum paternam curam gerere debent, num. 6.
- Universitas comprehendit pupillos, viduas, & cæteras personas miserabiles, ibid.
- 3 Universitas habet electionem fori.
- 4 Episcopus potest appellare pro Universitate. Cura boni publici incumbit Prælato ibidem.
- 5 Episcopus debet procurare extinctionem litium Universitatum, & Miserabilium personarum.
- 7 Episcopi debent habere curam expositorum.

Regulam firmo, Episcopos esse Protectores orphanorum, viduarum, pupillorum, & aliarum Miserabilium Personarum, ut per *Genuens. in suo manual. cap. 93.* ubi dicit esse protectorem non solum istarum miserabilium personarum, sed totius Universitatis, & meritò, quia ipsa Universitas comprehendit pupillos, viduas, & cæteras miserabiles personas, *l. velui, ubi scribentes, ff. de just. & jur. Carav. in Rit. M. C. V. 233. num. 3.* qui allegat *text. in l. rem publicam, C. de jur. Reipubl. lib. 11. junct. gloss. Bart. & Luc. de Pen.* ubi Universitas pupillis æquiparantur, de quo etiam per *DD. in l. Civitas, ff. si cert. pet. quare videmus, quod privilegia talibus præfatis personis competentia simpliciter habent Universitas, unde gaudet beneficio electionis fori, ut decium in Regia Audientia Principatus Citra, & Basilicata, & per M. C. V. tradit *Carav. ubi supra, Trentacing. resolut. 2. num. 35. de cit. Farinac. decis. Rot. Rom. 862. sub num. 1.* qui ita decium in signatura refert, & ita servari in hoc Regno Neap. tradit *Scaccia de appellat. quæst. 7. & diximus in collect. ad pragm. 2. sub rubr. ubi de dilect. quæ conven. deb. ultra adducta in nostra praxi elect. & variat. fori, ubi in facto recurrere poteris.**

Ita quod potest Episcopus appellare pro illa, vel subditis suis, *cap. dilectis in princ. de appell. Gui. Pap. dec. 464.* ipsi enim Prælato ex officio incumbit cura boni publici, *Sor. de ratio. regend. membr. 2. quæst. 2. Genuens. ubi supra numer. 2. asserens numer. 3. inter alia debere Episcopum procurare tanquam Protectorem miserabilium personarum, & Universitatis, ut ejus lites extinguantur, quæ ut plurimum foventur à paucis malignis ignaris habentibus interessè decipientibus simplices, & fiunt immortales cum detrimento pauperum, quorum magna pecunia effunderetur, & damno totius Reipublicæ, juxta *Clem. dispendiosam de judic. l. si quis, §. in civilibus, ff. de capt. & postlimin. revers. & poterit procurare hoc per viam concordia, aut sententia interdicens apud Superiores, & omnes modo meliori, quo fieri potest, & similiter si adesset aliquis Gubernator oppressor pauperum, debet omnes vires suas effundere, ut amoveatur de illo loco, vel emendetur, & alia faciat, quæ protectionem miserabilium Personarum, Universitatis favorem respiciant, ut ejus fungantur officio & munere, à quo nemo desistere debet.**

Insuper eorundem Episcoporum est munus victum pauperibus largiri, & viduarum, orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere, *Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 1. noviter Barbof. in suo tract. de Ecclesiastico lib. 1. tit. de offic. & potest. Episcopi, cap. 11. num. 86.* ubi quod circa id specialiter curæ eorum demandat *Aurelian. concl. ut dum conspexerint Judices, ac potentes hujusmodi Miserabilium Personarum oppressores existere eos sacerdotali admonitione redarguant, & si emendare errorem neglexerint Principis implorent auxilium.*

Et infantium quoque expositorum curam agere, & curare ne servi fiant colligentium, patet in *l. nemini licere, C. de Episcop. Audienc.*

## PRIVILEGIUM LXXXII.

## ARGUMENTUM.

Episcopi debent procurare expeditionem causarum miserabilium personarum, etiam eorum impensis, & eis præstare auxilium, & favorem.

## SUMMARIUM.

- 1 Cause Miserabilium Personarum sunt præ cæteris expediendæ celeriter.
- 2 Doctrina Bernardi ad Eugenium lib. 1. cap. 9. refertur.
- 3 Adducitur exemplum Marci Antonii Imperatoris pagani.
- 4 Episcopus defendere tenetur causas Miserabilium Personarum suis impensis in Curia sæculari.
- 5 Episcopus summo studio invigilare debet circa

# De Privileg. Miserab. Personarum. 265

circa carceratos, ne à carcerariis inhumaniter tractentur.

6 Episcopus tenetur facere visitari carceratos, & si inter eos reperitur innocens debet curare liberandum.

7 Episcopus debet curare, ut testes pro miserabilibus Personis reputantur, & quasunque defensiones faciant.

1 **R**egulam firmo, causas miserabilium personarum esse præ cæteris expediendas celeriter, aliàs Episcopus graviter peccat, *Medin. de penitent. lib. 1. cap. 16. §. 1.* unde *Bernard. ad Eugenium lib. 1. cap. 9.* sic loquitur, causa graviores, quas ad te intrare necesse est assuesce breviter decidere præcedens frustratorias, & venatorias dilaciones; nihil enim ià absque labore manifestam facit veritatem; brevis & pura narratio cause viduæ intrent à te, cause pauperis & ejus, qui non habet, quod det, unde *Salomon proverb. 31. Aperi os muto; id est, allega tu justitiam pro illis, qui nesciunt per se loqui, vel non habent advocatum, aut pecuniam, singulare est exemplum Marci Antonii Imperatoris pagani, qui dum è vita migraret lacrymas effundebat, ex quo cause cujusdam viduæ Drusæ nomine non expenderat, timens ne propter ejus paupertatem, non posset invenire, qui justitiam ministraret, & si cause viduarum & miserabilium personarum sint in Curia sæculari, debet Episcopus suis impensis illas defendere, ut tradit *Margarita decreti in verb. causa versi. 9. per text. in cap. licet 81. distinct. Genuens. in suo manuali pastor. cap. 8. num. 7. in fin.**

5 Et cum Episcopus omnia pietatis opera præ aliis exercere debeat *42. distinct.* in summa omni studio invigilare debet circa carceratos qui inter miserabiles reponuntur, juxta verbum Domini in *carceribus eram & non visitastis me*, illi enim quamvis divites sint solent ab amicis, & consanguineis de relinqui, & quandoque spiritualibus privantur, unde in *l. Judices C. de Episc. audient.* habetur quod ad Episcopum spectat providere, nec carcerarii inhumaniter tractent carceratos, novissimè refert *Barbos. tract. de jure Ecclesiastico lib. 1. tit. de offic. & potest. Episc. cap. 11. num. 86. & in cap. 86. distincti* dicitur grandis culpa est Episcopi, qui in carcere positum passurum supplicia ob impotentiam solvendi non redimit.

6 Unde Episcopus ipse debet visitari facere carceratos sapere, & si indigent, opus misericordiæ, cum illis implere, ut per *Genuens. in suo manuali pastor. cap. 79. ubi numer. 2.* asserit, quod si aliquis innocens reperitur carceratus, quem scitur esse innocentem, & nisi solvat debita passurus est pœnas, debet redimi ab Episcopo.

7 Et quia multi faciunt pauperes carcerati habent testes fisci pro repetitis, vel aliàs se se non defendunt, debet Episcopus ex officio illos defendere mandare, quod testes reperantur defensiones quatuor faciant, & omnia acta fiant gratis *ex l. & si non defendantur ff. de pœn. nisi aliter judicaverit expedire, ex dignis, & palpabilibus causis.*

## PRIVILEGIUM LXXXIII.

### ARGUMENTUM.

Clerici coguntur subire Tutelam, & Curam miserabilium personarum.

Ad ornatum cap. pervenit, & ibi Gloss. 85. dist.

### SUMMARIUM.

- 1 Clerici non possunt dari Tutores in testamento, & dati non coguntur subire legitimam Tutelam, sed limita favore miserabilium personarum, num. 6.
- 2 Clerici non debent onus negotiis profanis, sed ministeriis Ecclesiæ vacare tenentur.
- 3 Clerici agentes uti Tutores dativi, seu testamentarii possunt ejici à limine judicii.
- 4 Clerici violentes admittuntur ad legitimam tutelam.
- 5 Unica tutela legitima potest exerceri per Clericum.
- 7 Clerici coguntur in subsidium exercere miserabilium personarum tutelam.
- 8 Clerici pro tutela gesta non conveniuntur in foro laicali.
- 9 Clerico pupillo est dandus tutor ab Ecclesiastico, sic etiam, & Adulto Curator.

**R**egula est, quod clerici non possunt dari tutores in testamento, aut cogi ad suscipiendam tutelam legitimam cap. *pervenit*, & ibi *Gloss. 86. distinct. cap. Ciprianus*, & ibi *gloss. cap. 21. quest. 3. cap. Deo amabilis*, ubi *Bart. Auth. de sanctissim. Episc. & probaverunt Germon. de sacror. immuni. lib. 2. cap. 25. numer. 13. Scraden. in tract. de feud. part. 10. sect. 20. numer. 27. Piaggia in tract. de tutore, & curat. quest. 3. Montan. in tract. de tutel. & cur. cap. 25. regul. 1. numer. 195.* reddens rationem ne clerici occupentur negotiis profanis dum sunt adscripti ministeriis Ecclesiasticis, quibus semper debent vacare ex Neothericis videndus *Ant. de Virgil. in tract. de legit. person. cap. 9.*

Indè Clerici agentes tamquam Tutores dativi, seu testamentarii possunt ejici è limine judicii, & eis oponi de nullitate tutelæ, *Carvalc. dec. 19. numer. 15. lib. 3. Jo. de Deo in doctrin. advocat. lib. 3. cap. 10. num. 11. Gratian. forens. discept. tom. 5. cap. 830. numer. 16.*

Sed si velint admitti ad suscipiendam tutelam legitimam proximiorum consanguineorum bene possent *cap. generaliter 16. qu. 1. Aldobrand. in §. idem*, & in milite *instit. de excus. tutor. Bellesta in inquisitionibus clericalibus par. 1. tit. de disciplina clericali. §. 32. Layman. in summa theologiæ moralis tract. 4. cap. 9. num. 4. Valasc. dec. 47. uum. 29. Lopez. in l. 14. Hispaniæ tit. 16. par. 6. Marta de jurisdic. part. 4. cas. 110. numer. 3. Gratian. forens. discept. tom. 1. cap. 57. numer. 32.* novif-

novissime Barbof. in tract. de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 36. §. 5. num. 73. ubi alios conglomerat, & recenter Squillan. tract. de privileg. clericorum c. 14. ubi quod unicam tantum tutelam legitimam, & non plures possent suscipere ex Montan. in tract. de tutel. d. cap. 35.

6 Cæterum favore miserabilium personarum supra dicta non procedunt, siquidem coguntur subire illarum tutelam, & curam ad text. in l. orphanatrosos C. de Episc. & Cler. c. decrevit. 88. distin. & ita probârunt Rebuff. in constit. Gallie in tit. de sentent. provisionalibus art. 3. glos. fin. numer. 24. Speculat. in tit. de tutorib. §. generaliter. num. 17. Foller. in addit. ad Marant. in pract. par. 4. distin. 11. num. 65. Grass. in dec. aureis par. 2. lib. 3. cap. 2. n. 12. Muscon. de majest. militantis Ecclesie lib. 1. par. 2. c. 2. vers. tutelam autem, Piaggia in trac. de tutore cit. q. 3. Card. Tusc. concl. 113. lit. C. fusè Virius dec. 151. Grass. qui alios ejusdem sententiae coadunat, & latè hanc materiam pertractans in suo tract. de effect. cleric. effect. 16. agnoscens hanc opinionem veram illamque locum habere non indistinctè, sed in subsidium quando melior & aptior tutor non possit reperire, ut possit bona istarum personarum, & de iisdem personis curam habere allegat Fabr. in Auth. presbyteros C. de Episc. & Cler. & in §. minores Instit. de excusat. tutor. Aret. in §. item major numer. 3. circa finem instit. eod. tit. Montan. in d. tract. de tutel. loco nuper adducto quibus jungo glos. in d. c. pervenit, & Squill. in cit. tract. de privilegiis Cler. nuper adducto cap. 14. num. 6.

8 Qua occasione observabis clericum pro tutela per eum gesta non posse conveniri coram Judice sæculari, nec si executor testamenti datus sit ut pleno calamo exaravit Mart. in tract. de jurisdict. cas. 148. par. 4. & modernè confirmat Reg. Rovit. dec. 20. ubi refert sic decisum in Sacri. Consil. cum interventu sex vororum duarum Aularum die 22. Novembris 1622. penes Figliolam Actuarium, tractans in dec. 56. si pupillo, seu adulto sit dandus tutor vel curator à Judice sæculari, vel potius ab Ecclesiastico, & affirmativam tutelam sententiam, quam ex decisionariis pariter, probârunt Guid. Pap. decis. 161. Anhill. de Grass. decis. 8. qui filii sint legit. & Gabedus decis. Lusitanæ 80. par. 1.

## PRIVILEGIUM LXXXIV.

## ARGUMENTUM.

Clerici existentes Tutores Miserabilium personarum possunt negotiari ad earum favorem nec de illicita negotiatione molestantur.

Ad ornatum cap. negotiatio 88. distin. & cap. secundum ne Clerici, vel Monach.

## SUMMARIUM.

1 Clerici non possunt negotiari, sed quid favore miserabilium personarum num. 2.

3 Declaratio Sacre Congregationis Eminentissimorum Cardinalium adducitur.

4 Clerici in quibus casibus absque metu illicitæ negotiationis negotiari valeant decis. per Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium reportat Authoꝝ a num. 5. usque ad num. 14.

**R**egula est negotiari, & mercaturam facere lucri causâ non licere clericis, ut probat Text. in cap. Negotiatio 88. distin. & cap. secundum Ne cleric. vel Monach. cum aliis juribus fusâ manu coadunatis per Grass. in tract. de effect. cleric. effect. 6. Scacc. de commerc. §. 1. qu. 7. par. 2. Morla in empor. Jur. par. 1. tit. 9. qu. 10. Farinac. in fragm. criminal. par. 1. in verbo clericus a num. 147. Illustriss. Episc. Ricc. in pract. fori Eccl. resol. 317. par. 1. apud quos habet exantlatam materiam, & noviter Dian. resol. moral. tract. de contract. resol. 72.

Tamen in casibus in quibus clerici possunt de jure esse Tutores bene poterint negotiare res pupillorum, & miserabilium personarum, ut modernè declaratum per Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium, Episcoporum, & Regularium fatetur Barbof. in tract. de jure Ecclesiastico universal. tit. de privileg. cleric. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer. 74. per hæc verba.

Presbyter Julius Cæsar per quendam ejus fratrem in suo ultimo testamento ejus filiorum, tutor institutus fuisset Sacra Congregatio Cardinalium negotii Episcoporum, & Regularium, Prapositorum in una Salernitate sub die 4. Junii 1619. mandavit ut abstineat, quia negotiis sæcularibus se immiscere non debet, sed ubi Clerici de jure possunt esse Tutores, bene poterint negotiare res pupilli non tamen causa turpis lucri. Sacra Congreg. Conc. sub die 13. Novembris 1619.

Et quia eadem Sacra Congregatio multas decisiones in hac materia negotiationis edidit ad instantiam Capituli, & Clerici Caputæque placuit illas inferere hac nactus occasione, ut infr.

Sacra Congregatio respondit licere Clericis Agros beneficiorum, & bonorum patrimonialium laicorum opera colere absque metu illicitæ negotiationis.

Item posse similiter Clericos pro cultura usu boves, & alia animalia emere illorumque fætus justo pretio, & honesta ratione vendere, nec ob id prohibita negotiationis pratextu vexari posse aut debere.

Insuper posse Clericos habentes in propriis bonis quercus, & castaneas sues emere, eoque alere pro sua, & familia sustentatione dummodo tamen in emendis, alendis, distribuendisque nihil sordidum, aut indecens ordini clericali exequantur.

Item licere Clericis folia arborum in propriis bonis existentium alicui laico concedere eo pacto adjecto, ut lucrum ex bombicibus inter utrumque dividatur, & pariter eisdem licere earumdem arborum foliis per ipsos absque officii eorum detrimento arti sericæ operam dare pro sua, & familia sustentatione, dummodo tamen in artificio hujusmodi personas non suspectas adhibeant, & quoad hoc Episcopi licentia, qua gratis sit concedenda, obtineatur.

Item, Clericos pauperes ad suam quaque familia



## De Privileg. Miserab. Personarum. 267

milia sustentationem posse terras Ecclesiæ conducere absque reatu illicitæ negotiationis, bona verò laicorum non posse, nisi ex mera præcisa necessitate.

9 Item posse retinere, & locare boves, & oves, & alia animalia, quæ habent ex successione, vel ex decimis, nec non fractus illorum vendere absque reatu illicitæ negotiationis.

10 Item eosdem posse vendere granum, hordeum & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel ecclesiasticis pro sua, & suorum sustentatione. R. Card. Ubald. Fran. Paulus Congr. Conc. Trident. secret.

11 Item, ubi Clericus à locis piis terrena in affectum acceperit non debet prætextu illicitæ negotiationis molestari, ut Illustrissimo Nuncio Neapolit. rescripsit eadem Sacra Congregatio Cardinalium Præpositorum sub die 19. Januar. 1593.

12 Præterea non molestari debent clerici quando bona patrimonialia, ac beneficiorum, quæ obtinent excoli faciunt, animaliaque ad hunc effectum necessaria emunt venduntque, ita sacra Congregatio Negotii Episcoporum, & Regularium præposita in Baren. 15. Novemb. 1616.

13 Adhuc ubi à locis piis terrena in affectum acceperint clerici non debent prætextu illicitæ negotiationis molestari, ut Nuncio Neap. rescripsit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium negotii Episcoporum, & Regularium præpositorum sub die 19. Januarii 1593.

14 Similiter, quando Clerici vinum suum etiam minutim vendiderint, cum advertentius sibi per Episcoporum præscriptis non possunt molestari, ut eadem Sacra Congregatio rescripsit Episcopo Aversano sub die 5. Martii 1593.

Quæ omnia refert recenter Barb. in suo tract. de jure ecclesiastico univers. tit. de vita honest. cleric. lib. 1. cap. 40. a num. 125. cum seq. ubi alia pariter habes coadunata, quæ apud ipsum, & penes Quarant. in summa Bullar. in verbo vestigal. videre poteris ne longior evadam.

templo jud. lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 36. Montan. de tutel. cap. 35. regul. 1. de excusat. tut. num. 194. Laymam. in summa Theologiæ moral. lib. 3. tr. 4. c. 9. Calganet. de tut. lib. 1. tit. 6. num. 36. Alzed. recenter in praxi episc. part. 1. cap. 12. num. 314

Cæterum antesignana adducta conclusio cessat, & claudicat in subsidium Miserabilium personarum, Molin. in tract. de justit. & jur. tr. 2. disput. 221. vers. episcopus, etiam tutor, ubi, quod si miserabiles essent personæ, quarum bona perirent, nisi essent ab Episcopo sublevatæ possent Episcopi, & alii in dignitate constituti esse tutores refert, & sequitur Squilant. in tract. de privileg. cleric. cap. 14. numer. 8.

Addo videndum Lopez in l. Hispan. 14. in verbo Non puede, dicentem episcopos nullam tutelam suscipere posse præterquam Miserabilium personarum, quando nullus alius esset aptus ad tale munus obeundum.

Et licet non desint, qui affirmarunt quod Episcopi volentes possint esse tutores ut per Menoch. conf. 218. n. 2. & seq. lib. 13. & Spin. in specul. testa. gloss. 29. num. 23.

Tamen contra eos est verior opinio ut fatentur Lopez ad l. 14. Hisp. gloss. 1. Gutier. de tutel. par. 1. cap. 1. num. 30. & Gratian. forens. discept. tom. 5. cap. 830. numer. 20. ubi etiam quod Menoch. videretur residere in hac sententia, tanquam in ultimo loco relata, & Spin. adducit Specul. in §. generaliter num. 11. infim. qui movet ex Gloss. in c. fin. 86. distim. quæ tamen est reprobata, ut per Molin. de just. & jur. cit. disp. 221. tract. 2.

Cæterum Gloss. in cap. pervenit 86. distim. docet licere Episcopo, si velit recipere legitimam tutelam, sed non dativam, vel testamentariam.

Et observa, quod tutelam honorariam suscipere poterit Episcopus, ut per Gutierrez d. cap. 1. num. 3. Barbos. noviter de jur. Eccles. lib. 1. tit. de privil. cleric. cap. 39. num. 75. dicens numer. 76. appellari tutorem honorarium, qui datur, ut pupillus sit magis honoratus ejus autoritate, & protectione, non autem ut sæcularibus negotiis se immiscere debeat, puta si quis plebejus Magnatem aliquem, vel Antistitem aut insignem Remp. tutorem, vel tutricem filio relinquit, quo filius magis ab omnibus coercetur juxta ea, quæ resolvunt Becc. de decima tutorum cap. 6. num. 20. Escobar. de ratiociniis cap. 28. num. 20.

### PRIVILEGIUM LXXXV.

#### ARGUMENTUM.

Episcopi possunt esse Tutores Miserabilium personarum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Episcopi nequeunt dari, nec cogi ad exercendam Tutelam, & curam.
- 2 Sed fallit circa Tutelam, & curam Miserabilium personarum.
- 3 Episcopi volentes, an possunt dari Tutores, & num. 4. & 5.
- 6 Episcopus potest suscipere Tutelam honorariam.
- 7 Tutor honorarius quis dicatur.

Regula est, ut Episcopi nequeant dari nec cogi ad suscipiendam Tutelam, ut probatur in Auth. de sanctissim. Episc. §. Deo autem collat. 9. & tradunt Bald. in l. generali num. 11. C. de Episcop. & Cleric. Lancell. in Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

### PRIVILEGIUM LXXXVI.

#### ARGUMENTUM.

Monachi, & Religiosi coguntur subire Tutelam, & curam miserabilium Personarum.

Ad ornatum Text. in cap. fin. 86. distim. & Auth. de sanctissimis Episc. §. Deo autem Amabiles collat. 9.

A4 SUM

## SUMMARIUM.

- 1 Tutela quotuplex sit.
- 2 Religiosi non possunt esse Tutores dativi, vel Testamentarii, & si eam tutelam suscipiant totum est irritum, num. 3.
- 4 Religiosi non possunt legitimam tutelam suscipere.
- 5 Religiosi possunt cogi ad suscipiendam miserabilem Personarum tutelam, sed vide num. 6.
- 7 Tutela munus est à statu Religioso valde alienum.

**P**ro coronide suprâ dictorum in Privil. 83. & infrâ dicendorum ad utilitatem Tyronum præmitti poterit triplicem esse Tutelam, quædam est testamentaria, id est data in testamento pro à patre suis filiis.

Alia legitima, id est quæ lege defertur suis consanguineis successuris ab intestato quando pater nullum in testamento designavit tutorem.

Alia tandem dativa, & est quando non adest tutor legitimus, aut testamentarius, aut si sunt, nolunt, aut nequeunt suscipere tutelam, designatur à Judice, ut docent omnes, & sunt termini noti.

Nec igitur supposito pro ornatu constituas regulam Monachos, & Religiosos non posse esse tutores testamentarios, aut dativos id enim interdicitur in cap. fin. distinct. 86. & auth. de sanctissimis Episcopis, §. Deo autem Amabiles collect. 9. neque id possunt, eâ licentiâ eorum superiorum juxta theoreticam Angel. Tabien. & Sylvestr. in summa in verbo Tutela.

Quod si illam suscipiant totum est irritum quod gerunt, ut docet Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 22. cap. 11. qu. 3. probatur quia in d. auth. de sanctissimis Episcop. §. Deo autem amabiles sic dicitur Monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscunque personæ fieri permittimus.

Quæ sanè verba denotant Monachos, Religiosasque personas nullatenus esse legitimas personas

Et in hanc partem videndi sunt pro colophone Layman. in summa Theolog. moral. lib. 2. tract. 4. cap. 9. & Gratian. forens. discept. tom. 5. c. 830.

Nec legitimam tutelam posse Monachos suscipere elicitur ex nuper adducto, §. Deo autem amabiles, neque apparet, ubi id corrigatur sic docent in cit. cap. fin. glos. in 1. solut. præpos. & Archid. ut eos recentendo sectatur, Lopez in l. Hisp. 14. in verbo Non puede, tradunt Rosell. in summa in verbo Tutela num. 2. Molin. de just. & jur. disp. 221. col. 3. vers. Religiosus Tutor to. Costa in tract. de reme. subsidiar. remed. 72. num. 7.

Cæterum à nuper recitatis excipiunt Doctores Tutelam, ac curam miserabilium personarum, quas dicit Monachos, ne dum posse, sed pariter obligari suscipere ex d. cap. fin. 86. distinct. & cap. 1. distinct. 88. ac cap. Episcopus gubernationem eadem 88. ut patet apud Glos. in sapius mentionatos cap. fin. in distinct. verbo tutelam, & ibi Turcremat. Rosell. in summa in cit. verb. tutela, n. 2. & ibi Angel. n. 1. & Sylvest. qu. est. 3. Armill. n. 2. & Tabien. q. 1. n. 2.

Sed (nisi oculi mei cæcutiant) præsuppono

in allegat. c. fin. 86. distinct. nullum adesse verbum imponens obligationem hanc.

Et quatenus spectat ad cit. 1. distinct. 88. satis patet illud loqui de clericis.

Et si oculos ad d. cap. Episcopus gubernationem convertamus, negare non possumus, illud de Episcopis loqui, nec obligat, ut de per se suscipiant eam tutelam, sed per alium.

Nec quidem video, qualiter, & quomodo possint Religiosi obligari cum nec bona possideant, quæ pro administratione tutelæ, illaque gerenda ulli obligationi subjiciant.

Inde nec harum personarum posse Religiosos esse Tutores, ne dum teneri aperte opinatur Lopez in memor. l. Hispan. 14. cit. verbo Non puede, & noviter probat Sanchez in summa Theolog. moral. lib. 6. cap. 14. numer. 26. ac recenter Barbof. in tractat. de jure Ecclesiastico universal. lib. 1. tit. de statu, & vita Regular. cap. 43. sub num. 57. ubi putarunt tutelæ munus, valde statu religioso esse alienum, sicque proponebatur in Collaterali Consilio in anno 1634. contra Fratrem Paulum Caracciolum, qui prætendebatur admitti ad Baliaum Heridum quondam Illustriss. Principis Forini.

## PRIVILEGIUM LXXXVII

## ARGUMENTUM.

Clerici possunt mederi gratis Miserabilibus Personis.

Adornatum text. in cap. fin. ubi DD. ne clerici vel Monachi.

## SUMMARIUM.

- 1 Ars medendi est interdicta clericis, & ideo illam ediscere absque metu excommunicationis non possunt.
- 2 Medicorum incuria sæpè inducit periculum mortis.
- 3 Clerici exercentes scientias, & artes prohibitas possunt excommunicari.
- 4 Clerici gratis possunt mederi miserabilibus Personis.

**R**egula est clara, ut Clericis sit interdictum addiscere artem medendi, & illam ediscendo, vel exercendo, sunt excommunicati cap. fin. ubi DD. ne cleric. vel monach. Majol. de irregular. lib. 2. cap. 12. num. 7. Moscon. de majest. milit. Eccl. lib. 1. par. 2. noviter Maria de jurisdic. par. 4. centur. 2. casu 168. numer. 2. Sanchez in summa Theolog. moral. lib. 6. cap. 14. tom. 2. ubi latè.

Medicorum enim imperitia, vel incuria, sæpè inducit periculum mortis, unde irregularitatem de facili incurrere possent, quæ impedit promovendum, & dejicit jam promotum, Navar. consil. 3. circa fin. ne cleric. vel monach. Borgas. de irregul. par. 6. in tit. de Phisicis & Chirurgicis numer. 1. ita quod Clerici audientes scientias, vel exercentes artes sibi prohibitas, prout sunt etiam Phisica, & ars medendi, possunt excommunicari, nec promoveri absque

## De Privileg. Miserab. Personarum. 269

absque litentia Papæ cap. super specula, ubi Abb. num. 2. ne cleric. vel monac. Grajet. in summa in verb. excommunicatio cap. 50. & jam Ego in facto dicebam, dum circa hæc discursum facerem in Civitate Litteren. vide Farinat. in fragm. crim. in verb. irregularitas num. 438.

4 Tamen clerici bene possunt ipsam medelam exercere, quoties mederentur gratis personis miserabilibus, ut noviter scribit Grass. in suo tract. de effect. clericat. effect. 9. num. 7. ubi ad hoc allegat S. Anton. in summa part. 3. tit. 7. cap. 2. §. 4. circa fin. Silvestr. in summa in verb. medicus num. 2. Borgos. de irregularit. part. 6. in tit. de Phisicis, num. 5. Aët. de infirm. part. 2. in verb. clericus, num. 11. Moscon. de majest. Eccl. milit. lib. 1. part. 2. cap. 2.

Quare in Curia Episcopali Theanen. excusavimus quendam clericum, qui medelas præbuerat cuidam morbo diuturno fatigato, & pauperi gratis & amore Dei.

### PRIVILEGIUM LXXXVIII.

#### ARGUMENTUM.

Monachi, & Religiosi munus Advocati, & Procuratoris subire coguntur in causis miserabilium personarum.

Ad limitationem Text. in cap. Monachi il secundo 16. quæst. 1.

#### SUMMARIUM.

- 1 Religiosi non possunt advocare & procuratoris officium gerere, nisi concurrant copulative licentia Superioris, & utilitas Monasterii, num. 2. & 3. ubi quod si ultima conditio deficiat, non liceat hæc exercere etiam in foro Ecclesiastico, & illis concurrentibus, licet etiam in foro seculari.
- 4 Licentia à Superiore per Religiosum volentem advocare debet esse obtenta, & non sufficit, quod petatur.
- 5 Licentia hæc sufficit præcedere susceptionem mandati procuratoris.
- 6 Substitutus non recipit officium absque actu substituents.
- 7 Religiosus habens licentiam, ut procuratoris officium gerere possit cum facultate substituendi, potest substituere absque alia Superioris licentia.
- 8 Utilitas Monasterii requisita debet esse directa, sed vide opinionem Authoris, numer. 9.
- 10 Religiosi possunt subire munus Advocati, & Procuratoris pro miserabilibus Personis, licet secus pro suis consanguineis non miserabilibus, num. 11.

Regulariter interdicitur Religiosis munus Advocati, vel Procuratoris obire nisi Superioris licentia, & utilitate Monasterii concurrentibus habetur in Conc. Tarraconens. cap. 11. & refertur cap. Monachi il secundo, 16. q. 1. ibi similiter, ut nullus Monachorum forensis negotii susceptor, vel exequutor existat, nisi quod Monasterii exposcit utilitas, Abbate sibi Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

nihilominus imperante, quod idem confirmatur, & approbatur cap. 2. de postulan. quæ verba explicat glos. eod. cap. Monach. in casu possessione Turrecr. num. 2. Innoc. eod. cap. 2. num. unic. Hostiens. n. 2. Joan. Andr. n. 2. in hunc modum susceptores, id est Advocati exequutores, id est Procuratores, vel ut explicant Hostiens. Joann. Andr. Butr. Abb. comprehenditur sub his vocibus, omne munus ad causarum forum spectans, & de Procuratoris officio habetur expressè in clem. Religiosus, ibi non potest sine sui Superioris licentia procuratoris officium suscipere, & quamvis text. eod. cap. Monach. loquatur de Monachis, idem tamen dicendum est de quibuscunque viris Religiosis, & constat ex eod. cap. 2. de postulan. ubi consult. Pontifex, an ea prohibitio Monachis facta comprehendit quoque Monachos regulares, qui laxiori regulæ inserviant, ut dicitur cap. quod Dei timorem de statu regular. respondet comprehendere, idem etiam constat ex d. clem. religiosus, usu est, & ratio est, quia ea prohibitio non respectum habuit ad ordinem Monachorum, sed ad Religionem, atque ita docent glos. & clem. verb. religiosus, & ibi Abb. 1. Imol. numer. 6. & 10. idem Abb. eod. cap. 2. n. 1. Silvest. verb. advocatus q. 6. Sayri Clavi Reg. lib. 2. cap. 22. n. 3.

Unde duplex conjunctum conditio requiritur, nec sufficit alterutram contingere nempe Superioris licentia, & utilitas Monasterii, quia Text. eod. cap. Monachi, & eo. c. 2. utrumque petunt, & ita docent glos. ead. c. 2. verb. imperante, & ibi Hostiens. 2. Butr. nu. 2. Imol. n. 1. & 2. glos. clement. religiosus, verb. licentia de procurator. Archid. eo. cap. Monach. n. 2. & ibi Bellamer. n. 12. idem Bellamer. c. cum 1. & a num. 13. de sentent. & re jud. ubi Imol. n. ult. Henric. n. 9. Rosel. verb. advocatus n. 22. ubi Angel. n. 8. Silvest. quæst. 6. Tabiena quæst. 2. n. 8. Rodoa. de spol. Ecclesiast. quæst. 2. n. 27. habetur tom. 14. tract. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 22. n. 5. Pacian. cons. 162. n. 192. & 193. quamvis Bonifacius ad clement. Religiosus n. 22. & 23. minua bene communi huic sententia contradicat, dicens ut esse Superioris licentiam, quia illa clementinâ nihil aliud petitur, sed tamen debere intelligi juxta alios textus concurrente Monasterii utilitate.

Et quidem, si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro seculari, nec Ecclesiastico, integrum est Religiosis ea munera Advocati, vel procuratoris obire, quia Text. id prohibentes generaliter, & distinctè loquuntur, imò expressè cap. Monachi il secundo, 16. qu. 1. & 2. cap. 2. de postulan. dicunt forensis, & Ecclesiastici negotii, & Hostiens. eod. cap. 2. initio explicat forensis, id est secularis, atque ita docent Speculat. tit. de advocat. §. objicitur cap. advocatum, num. 1. Abb. eod. cap. 2. num. 1. Archid. eod. cap. Monach. statim in princ. Silvest. verb. advocatus qu. 6. Sayr. allegatus ubi supra, illis autem conditionibus poterunt advocare, aut procurare, nedum in foro Ecclesiastico, sed etiam seculari, ut colligitur ex cap. 1. de postuland. ubi cum interdicitur Clericis in negotiis secularibus coram Judice seculari advocare excipitur nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosequuti, atque ita docent Butr. cap. 2. num. 1. de postulan. & ibi Abb. num. 2. Imol. num. 1. Bellamer. cap. cum 1. & a n. 13. de sentent. & re judic. Henric. ibi n. 14. Rosel. Angel. Silvest. Tabien. Armill. Gu-lielm.

*liem. Rodom. Sayr.* in præcedenti allegato, quod tamen intelligendum est coram Judice sæculari, modò causa sit civilis, nam in criminalibus nullatenus liceret, ut constat *argum. ex cap. 1. & cap. fin. de postulan.* & bene tradunt *Bellamer. Henric. Angel. Sylvestr. Tabien.* ibi, at coram Judice Ecclesiastico licitum est, quoque erit in criminalibus causis advocare, & procurare concurrentibus prædictis conditionibus, ut bene docent *Henric. & Bellamer.* ibi.

4 Circa priorem ergo conditionem posset quispiam existimare sat esse licentiam petitam, & non obtentam, ut Monachus posset esse procurator videtur sat petita, quia *cap. 2. de testam. in 6.* ubi exigitur licentia petita, & obtenta, ut Religiosus sit exequutor testamenti exprimitur, ut licentia petatur, & obtineatur, at *text. cap. 2. de postulan. & cap. Monachi 16. qu. 1. & Clem. religiosus de procurat.* non explicant licentiam eam obtinendam esse, & ita videntur posse intelligi de licentia petita, cæterùm dicendum opus quoque esse eam obtineri, tum quia id *cap. 2. de postulan. & id cap. Monachi petunt,* ut *Abb. id peteret* ibi Abbate nihilominus impetrante, at non dicitur imperare, ex eo solùm quòd ab eo licentia petatur, nisi illam concedat præterea quia *Clem. illa Religiosus* sic ait, non potest sine sui Superioris licentia, at particula sine, denotat eam obtinendam esse *capit. ne opas de temporibus ordin.* nec obstat ratio contraria, quia in eo textu majoris claritatis gratià utrumque expressum est, ita docent *Card. ead. Clem. religiosus, n. 3. opposit. 2. & ibi Imol. n. 10. & dicebam consultus* in anno 1634.

5 Sufficit, ut hæc licentia præcedat susceptionem mandati Procuratoris, quare ante licentiam potest institui Religiosus Procurator, at ipse acceptare non potest, donec licentiam obtineat, constat quia *d. Clem. religiosus* sic ait, non potest sine sui Superioris licentia Procuratoris officium suscipere, ergo sat est, ut ea licentia acceptionem officii præcedat, atque ita docet *Card. ibi n. 3.*

6 Nec tantùm non potest Religiosus esse Procurator, verùm etiam, nec potest ex quantovis alicujus mandato ad id dato Procuratorem constituere aut substituere quia id interdicitur *Clem. religiosus de procurat.* ratioque est, quia substitutus non recipit officium absque actu substituētis, atque adeò, & si potestas substituti deriveatur à primo constituyente, at sit mediante actu Religiosi, si autem adsit Superioris licentia potest Religiosus constituere, aut substituere Procuratorem, quia & si *text. Clem. religiosus* decidat non posse constituere, aut substituere, & non dicat absque licentia, cùm tamen id addiderit in priorii parte, ubi dixerat non posse constitui ipsum Religiosum Procuratorem censetur idem reperitum in posteriori quippe videtur *text. particula,* ita quæ ejus est naturæ, ut præcedentia repetat, atque ita docet *glos. ea Clem. religiosus verb. substituere,* & ibi *Card. num. 4. oppos. 7. 10. & 12. Imol. num. 15. Bonifac. num. 35. & 36.* sed credo non exigi ad hoc utilitatem Monasterii, quia is *text. eum* non petit, & alii *text. relati num. 3.* eam petentes loquuntur quando ipsemet Religiosus dicitur esse Procurator.

7 Quòd si Religiosus habeat licentiam, ut sit Procurator, & talis constituatur cum facultate constituendi non indiget novâ Superioris facultate, ut substituere valeat, quia eo ipso quod facultas acceptandi officium Procuratoris est si-

bi concessa, censetur quoque concedi facultas substituendi, ex eo substituētis mandato concessa, sic tradant *Card. ea Clem. religiosus num. 7. oppos. 11. & ibi Imol. numer. 10. Bonifac. num. 42.*

Circa posteriorem conditionem, nempe utilitatem Monasterii, non modica est difficultas, quod nomine utilitatis Monasterii intelligatur, quidnam intelligant eam utilitatem debere esse directam, ut pote si tractetur de rebus Monasterii conservandis, aut defendendis, quare dicunt non censi utilitatem Monasterii, ut pro ea integrum sit Religiosi patrocinari, aut procurare si velint, & circa alienas causas id minus in judicio obire, ut inde lucrum obveniat Monasterio, quantumvis pauperi, ac ære alieno gravato ducuntur, quod *text.* ea munera interdicens, petant utilitatem Monasterii, quod si nomine utilitatis intelligeretur quæcumque indirecta, id munus semper liceret Religiosis cum lucra ex eo parta in Monasterii utilitatem cederent, atque ita *Jo. Andr. latè disput. regul. in argum. 78 num. 13. & seqq. de reg. jur. in 6. & ibi Franch. in fine, idem Jo. Andr. addit. ad Specul. tit. de advocat. §. objicitur, cap. Advocato n. 2. verb. utilitas, & cap. 2. num. 3. de postulan. & ibi Anton. in fin. Card. in fin. Anchar. num. 2. notab. 3. Imol. num. 2. Bellamer. statim in princ. Silvest. verb. advocatus q. 7. Paz in l. styli 16. scholio unio num. 8.*

Sed quamvis hoc sit satis probabile, reputo probabilius sufficere utilitatem eam indirectam Monasterii indigentis ad magnam pauperiem sublevandam, & æs alienum solvendum, ut Religiosus id munus obtineat ducor, quod id non solùm utilitatis, sed maxime Monasterii utilitatis jure optimo nomen mereatur, secundo quia *Innoc. cap. num. 1. & à num. 2. de sentent. & re judicat. & ibi Hostiens. num. 2. Joan. Andr. num. 2. Anton. num. 7. Abb. num. 19. Anchar. num. 13. Felyn. num. 12. Imol. n. ult. Bellamer. num. 6. & 13. Henric. num. 4. Dec. de nova edis. num. 12. de judic. idem Imol. Clem. 2. num. 26. de rescript. & Clem. religiosus num. 8. de procurat. & ibi Card. num. 8. quest. 3. idem Abb. cap. 2. num. 2. ne Clerici, vel Monachi, Rom. antiq. edit. singul. 274. nova 278. ubi Pignolat. in addit. Everard. in suis repetis loco à servo Monacum num. 4. Jacobin. de S. Georg. l. militem in fin. C. de procur. Van. in de nulli. tit. qualiter sententia, & processus, qui dicuntur nulli defendi, seu reputari possint num. 84. habetur to. 4. tractatum Mandos. casib. annualib. 64. casu 194. Navar. Guliem. Rodovate. Salz. & Sayr. statim allegandi optimè tradunt integrum esse Religioso patrocinari, aut procurare pro intimo Monasterii amico eique valde utili, & probant ex c. per venerabilem, qui filii sint legitimi. ubi Archiepiscopus fuit Procurator laici, cùm tamen id munus magis interdicitum sit Episcopo, quàm Religiosis, cap. quia Episcopi 5. q. 3. & cap. cum simus 19. q. 3. fassicit ergo indirecta Monasterii utilitas, ad hoc neque obstant argumenta contraria, quia non id fatemur de quacunque indirecta utilitate, & de quocunque lucro, sed quando magna Monasterii indigentia ad id lucrum procurandum obligaret, vel quando magnum damnum sentiret ex omissione, non annuens votis amici utilissimi Monasterio, & ita hanc partem substinent *Abb. cap. 2. num. 3. de postulan. Navar.**

## De Privileg. Miserab. Personarum. 271

- Navar. commen. 2. de regular. num. 66. Rodoan. de spoliis Ecclesiast. quest. 2. num. 27. Salzedo in pract. Diaz. c. 63. paulò post principium Gonzalez. Reg. Cancell. 8. glos. 2. num. 2. Emanuel. S. a verb. advocatus num. 32. Sayr. Clavis Reg. lib. 12. cap. 22. num. 5. & apertè sunt hujus sententiæ Rosel. verb. advocatus num. 24. & ibi Angel. num. 9. Tabien. qu. 7. num. 8. Armill. num. 8. solum enim dicunt æquijussor, & honestus, ut Religiosi in his casibus, ab hoc munere se abstineant, & hæc quidem sententia vera est, etiam si coram Judice sæculari in causis tamen civilibus, eo munere fungantur, ut optimè docent Navar. Salzed. Sayr. Emanuel. ibidem.*
- 10 His sic præmissis limita conclusionem principalem non procedere in favorem miserabilium personarum, pro quibus Religiosi possunt esse Advocati, & Procuratores, est enim Ecclesiæ proprium eas personas præsidio destitutas tueri, atque ita docent *Speculat. tit. de avvocato, §. objicitur contra advocatum num. 3. gloss. cap. de presentium verb. defensor 16. qu. 5. Card. cap. 2. num. unic. q. 1. de postulan. & ibi Anchar. num. 2. notab. 3. Imol. num. 3. Bellamer. ad fin. idem Card. clem. religiosus num. 3. oppos. 5. de procurat. & ibi Anchar. num. 1. notab. 1. Navar. comm. 2. num. 67. de regul. Salzed. addit. ad pract. Bernard. Diaz. cap. 63. paulò post principium Sayr. Clavis Reg. lib. 12. cap. 22. num. 5. Pacian. d. cons. 162. num. 194. Leo decis. valent. 207. lib. 2.*
- 11 Non tamen possunt pro conjunctis personis hoc agere, si miserabiles non sint, quia in eis non vertitur utilitas Monasterii, nec Monachos decet carnalem cognationem adeò spectare, ut ratione ipsius negotiis sæcularibus se implicent, atque ita docent *Imol. in clem. religiosus num. 10. & ibi Anchar. n. 1. notab. 2. Card. nu. 3. oppos. 4. Jo. Andr. cap. 2. de postuland. n. 8. ubi Hostiens. nu. 2. & 3. Abb. num. 4. in fin. Anton. num. 7. Card. n. unic. oppos. 1. Anchar. num. 3. Henric. num. 1. Bellamer. num. 1. Imol. num. 2. novissimè videndum Barbof. in tract. de jure Ecclesiast. univers. lib. 1. tit. de transunt. ad relig. cap. 42. & 44.*
- 5 *Renunciatio debet in specie certificari ac jure quod renunciat, alias renunciatio dicitur facta absque causæ cognitione, ut num. 7.*
- 6 *Juri quod quis ignorat, non præsumitur renunciatum.*
- 8 *Certificatio nisi appareat in specie non præsumitur adesse voluntas renunciantis.*
- 9 *Miserabiles Personæ in dubio nunquam censentur renuntiasse earum prærogativis, & privilegiis.*
- 10 *Renunciatio nunquam fieri præsumitur.*
- 11 *Renunciatio semper præsumitur personalis, non autem realis.*
- 12 *Renunciatio semper interpretanda est, ut minus renuncianti noceat.*
- 13 *Renunciatio ad expressa tantum restringitur.*
- 14 *Renunciatio est stricti juris.*
- 14 *Renunciatio tollit jura de presenti, non autem debita in diem, vel sub conditione.*

**R**egula sit, quod Miserabiles Personæ possunt uti earum prærogativis, & privilegiis, & si illis renunciant, ratio est quia tales personæ nequeunt renunciare beneficiis ipsis concessis, & si renunciant, renunciatio est invalida, ex gloss. communiter recepta in l. unic. in verb. excedere, C. quando Imper. inter pupill. & vid. quam notat ibi Bald. & Salyc. Barbof. in l. alia, Jeleganter num. 50. ff. solut. matrim. Felyn. in cap. si diligenti de foro compet. Barbat. cons. 64. col. 5. volum. 4. Rebuff. in constit. Regni Francia in tit. de sentent. provis. art. 3. num. 38. Gaballin. in milleloq. 696. Natta cons. 190. num. 15. Caraviz. Rit. 131. num. 4. Covar. pract. quest. cap. 6. & 7. Masull. ad Cappyc. decis. 160. num. 7. Costa de scient. & ignorant. inspect. 48. num. 9. Capiblanc. de Baron. num. 156. tom. 1. Gratian. discept. forens. 182. num. 22. Franch. decis. 187. & decis. 192. numer. 7. Thesaur. decis. 177. Viv. decis. 521. Guurb. decis. 82. num. 5. cujus ratio ea assignatur, quia privilegium miserationis gratia concessum non potest renunciari, ut per eos habetur, quibus addo *Parpal.* dicentem sic in facti contingentia vidisse servari in l. penult. C. de pact. Scaglione. in Rit. 230. Bertacc. de Gabell. part. 2. qu. 27. Roman. cons. 269. Caroc. de except. except. 22. quest. 6. num. 8.

Declara tamen, procedere hanc conclusionem ubi generaliter miserabiles personæ renunciassent, nam tali casu sum voti, non posse illis amplius uti, cum valeat renunciatio taliter facta, ex dictis per *Nos in praxi elect. & variat. forens. quest. 46. sect. 2.* licet advertere debes, quod & si in specie sit illis renunciatum, tamen si ipsis non sit facta certificatio jurium, & privilegiorum renunciantorum per Notarium tempore renunciationis, tali casu possent, non obstante specifica renunciatione, enim est necessaria certificatio renunciantis, hoc est renunciatio debet specificè, & expressè scire id quod renunciat quæ renunciatio & si generalis, imò specifica trahi nequit ad incogitata, & quando renunciatio nescit sibi competere, & sic probat *text. in l. mater decedens, ubi Bart. ff. de inoffic. testam. & non dicitur posse aliquem renunciare juri sibi competenti, nisi certificatus sit, ad hoc ut sciat quid renunciat Bauer. in tract. de mor. col. 3. circ. med. Vital. de claus. num. 17. Caroc. in repet. cap. cum quod par. 4. numer. 10. de regul. jur. in 6. Capistran. de usur. 1. par. 2. in princ.*

### PRIVILEGIUM LXXXIX.

#### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ possunt uti earum prærogativis, & si renunciant ipsis, nisi renunciatio fuisset specialis, & ipsi essent certiorati de juribus, quibus renunciant.

*Ad ornatum gloss. communiter recepta, l. unic. C. quando Imper.*

#### SUMMARIUM.

- 1 *Miserabiles Personæ possunt uti earum prærogativis, & privilegiis, quod declara, ut num. 3.*
- 2 *Miserabiles Personæ non possunt renunciare earum privilegiis.*
- 4 *Renunciatio generalis non trahitur ad incognita.*
- Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

- 5 *princ. numer. 14.* qui etiam scribunt, ut certificatio debeat esse in specie, ut particulariter appareat de jure renunciatio quod particulariter procedit in minoribus, & mulieribus & hoc omnes tradunt, ita quod nec præsumi potest voluntas renunciandi juri, quod quis ignorat, tradiderunt *Palez. in tract. de majorat. part. 4. qu. 2. numer. 18.* probat etiam *Franc. Nicol. in repet. cap. quoniam contra part. 2. numer. 338. extra de probat.* qui sunt relati novissime per *Molfes. in consuet. Neapol. in tit. de renunc. quest. 6. numer. 37.*
- 7 Ità quod nisi appareat in specie dicatur renunciatio facta abique causæ cognitione, & sine voluntate renunciantis, potius præsumeretur appositæ de stilo, & ex stipulatione Notariorum, & ut talis nullo modo nocet renuncianti, ut habetur per *Surd. in conf. 431. numer. 71. vol. 3. post Capyc. Alber. Gail. Rip. & Barbat.* quos allegat *Dec. conf. 495.* probat etiam *Franch. dec. 181. numer. 10.*
- 8 unde si certificatio non appareat, non præsumitur adesse voluntas renunciantis, & capitur omnino conjectura, & præsumptio, ut appositæ sit ex stipulatione Notarii, & ut talis minimè obest, nec prædicat renuncianti, & ad materiam latè *Tremacing. var. resol. in tit. de rescript. & privil. resol. 8.*
- 9 Adverte autem, quod in dubio nunquam censetur per ipsas personas miserabiles renunciatum earum prærogativis, privilegiis, non solum, quia hoc concernit earum favorem, sed etiam quia vulgare est juris axioma, ut renunciatio nunquam fieri præsumatur, ita quòd si alia fieri potest conjectura illa semper venit excludenda, & potius verba sunt impropranda, quàm ex illis sit introducenda renunciatio, ut ex pluribus probavit *Butr. in cap. accedentibus vers. & per prædicta extra de privileg. Alex. Dec. & Imol. Cravett. Riminald. Decian. Menoc. & Becc.* quos probavit *Surd. in conf. 431. numer. 21.* ubi ex pluribus hanc sententiam firmat novissime refert, & sequitur *Molfes. ad consuet. Neap. de renunciat. quest. 3. numer. 6.* ubi per hoc dicit consequenter evenire, secundum mentem renunciantis, semper renunciationem personalem, non autem realem debere præsumi, quia renunciatio personalis minùs præjudicat quàm realis, ut tradit idem *dist. quest. 3. numer. 3.* & renunciatio interpretanda est, ut minùs renuncianti noceat, & potius ejus verba debent interpretari contra eum, qui ipsius renunciationis verbis se fundat, ut post *Dec. Gratiam. Bursat. Gabriel.* & alios quos allegat, scribit *Surd. conf. 446. numer. 23.* sic etiam dicitur, ut renunciatio ad expressa tantum restringatur, & ad alia trahi nequeat, ut probavit *Alex. conf. 115. vol. 5.* & per *Surd.* alios cumulantem habetur in *conf. 431. num. 15. vol. 3.* & etiam quia renunciatio est stricti juris, & in ea faciendâ est strictissima interpretatio, *Dec. conf. 352. num. 9. Surd.* alios allegans *conf. 133. num. 28. vol. 1.* quibus addo *Peregr. de fideicom. art. 52. numer. 25.* & *Menoch. conf. 282. numer. 8. vol. 3.*
- 15 Unde evenit, ut simplex renunciatio solum tollat jura de præsentî, non autem debita in diem, vel sub conditione, quoniam renunciatio est abdicativa juris, quod quis habet, dum renunciat, & ideo ad jus futu-

rum minimè extenditur, l. is potest ff. de hered. Paris. hoc probans ex multis de resignat. benefic. quest. 118. numer. 24. & vide hæc *Pr. regim. de fideicommiss. dist. articul. 52.*

## PRIVILEGIUM XC.

## ARGUMENTUM.

Ecclesia dicitur mater miserabilium personarum, & ipsas habet sub ejus protectione.

*Ad ornatum text. in cap. super prudentia 14. quest. 2.*

## SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia est mater miserabilium personarum,
- 2 Ecclesia habet miserabiles personas sub ejus protectione.
- 3 Ecclesia defendit miserabiles personas.
- 4 Bona Ecclesiarum sunt personarum miserabilium.
- 5 Ecclesia alienat bona pro redimendis carceratis.
- 6 Mater in subsidium cogitur alere filium, & filiam dotare numer. 7.
- 8 Ecclesia in subsidium tenetur alere miserabiles personas.

**R**egula sit, Ecclesiam esse, & dici matrem miserabilium personarum, *cap. super prudentia ante fin. 14. quest. 2. Lopez in rub. tit. 18. par. 1.* & ipsas habet sub ejus protectione, *Butr. in cap. excommunicationi de raptu.* ut etiam *Socci. num. 1. Franc. Marc. dec. 193. numer. 27. par. 1. Locat. in sua praxi jud. inquis. in verb. Miserabiles, Covar. pract. quest. lib. 1. c. 6. Annotat. ad Statut. Parma in tit. de ration. summar. reddend. miserabil. person. vers.* & tales sunt sub protectione Ecclesie, *Alex. in l. 1. numer. 15. ff. solut. mar. Ecclesie peculiare est defendere istas miserabiles personas c. ex tenore de for. compet. modernè Genuens. in practicab. Eccl. q. 144.* Unde dicunt habere dominium bonorum Ecclesiarum *cap. quod autem*, ibi non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus non proprietatem *23. quest. 7. super quo text. Navar. facit suum tractatum de redditibus Eccles. glos. in cap. expedit. 12. quest. 1. & in cap. fin. 16. quest. 1.* & bona Ecclesiarum, & Clericorum sunt bona miserabilium personarum pauperum *cap. aurum indigne 12. q. 2. Abb. in cap. super numer. 12. & 20. de caus. possess. & propriet.*

Et hinc Ecclesia alienat ejus bona pro redimendis carceratis etiam ex maleficio, *Bald. in l. illud notab. 1. C. de sacros. eccles. Feyn. in cap. significavit de Judais. Dec. in cap. in cap. significavit de Judais. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum de constitut. novissime Genuens. in suis practicabil. Ecclesiast. q. 199.* Quare venit dicendum, sicuti in *lib. 1. cap. 6. ubi Mater cogitur alere filium l. si quis de lib. beris §. utrum in vers. ergo. & Mater §. de*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 273

*liber. agnosc. l. pen. ff. eod. tit. Grammat. conf. civil. 141. n. 14. ubi dicit communiter esse receptum Boer. dec. 126. late Surd. de alim. tit. 1. quest. 14. num. 9. ubi etiam n. 10. quo mater in subsidium tenetur dotare filiam inopem, ex Benincas. de paupert. quest. 8. special. 3. Fas. in l. 1. num. 28. ff. solus. matrim. Coras. in l. qui liberos num. 112. & seq. ff. de rit. nup. Ascian. de patr. potest. effect. 11. num. 4. cum aliis quos ipse refert, ita similiter in subsidium Ecclesia debet alere, & dotare istas miserabiles personas.*

fului præteritis mensibus Reverendissimo Episcopo Litterens. qui ad me misit, ut vorum darem, per doctrinam Abbat. in cap. sicut te num. 3. ne cleric. vel monach. Anchar. in cap. de Sacerdotib. num. 4. eod. tit.

Ita, quod neque Advocati officium gere re possunt, quia eis etiam prohibetur, ut plures cumulando demonstrat Cened. in collect. juris canon. par. 1. commiss. 2. num. 16. late Mart. de jurisdic. cap. 115. part. 4. & fusius modernè Grass. de effectib. cleric. effect. 11.

Tamen non prohibetur in causis miserabilium personarum procuratoris officium exercere, ut est text. in cap. 1. in fin. & ibi gloss. fin. extra de postuland. ubi etiam DD. omnes & tradunt Rodom. de spol. quest. 2. numer. 20. Lopez. ad Diaz. in suo pract. cap. 57. lit. A. in 6. & 9. cas. Majol. de irregularit. lib. 2. cap. 5. num. 14. Rebuff. ad consti. Gallie art. 3. in ut. de sentem. provisional. qui allegat text. in auth. presbyteros, C. de Episc. & cleric. & ibi Faber. per cap. pervenit 86. dist. Capra reg. 95. num. 2. Capoll. consil. 21. Galet. in margarit. juris cap. 1. numer. 16. Moscon. de majest. militat. Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. Grass. de effect. cleric. d. effect. 11. num. 17. noviter Genuens. in suis practicabil. Ecclesiast. quest. 622. & novissimè Naldus in sua summ. resolut. practicabilium in verb. clericus num. 36. pag. mihi 161.

Ut similiter possunt pro istis miserabilibus personis patrocinari, & Advocatorum officio fungi, cap. omnibus 4. quest. 6. Boich. in cap. clericus num. 10. de postuland. Turrecrem. in cap. 1. numer. 3. 15. quest. 2. Marches. de commiss. lib. 1. commiss. 2. cap. 1. numer. 16. Alciat. consil. 30. numer. 8. tom. 1. Capoll. consil. 21. num. 2. lib. 1. inquires, quod isto casu personæ miserabiles sunt, qui causas proprias non possunt administrare quoad lumpytus, sequitur Grass. alios referens de effect. clericat. d. effect. 11. numer. 19. Farin. in fragm. crim. numer. 193. part. 1.

Qua de causa in facto de anno 1621. in Curia episcopali Strangulen. excusavi quendam Sacerdotem, qui negotia, & lites quorundam Pupillorum defendendo Advocati officium in foro laicali exercuerat.

Licet supra dicta non procedant in causis criminalibus ad offensam, quo casu Clerici nunquam admittuntur ad officium advocatienis, Turrecrem. in c. 1. numer. 295. qu. 2. in c. sententiam, ne cler. vel monac. Zanch. de privileg. Eccl. privileg. 53. numer. 20. Boich. in cap. clericus num. 2. de postul. ubi num. 6. hoc intelligit procedere quoties agitur de delicto, in quo veniret imponenda poena sanguinis, quo casu Clericus incurreret irregularitatem, cum Clericus regulariter immiscens se in judicio sanguinis efficiatur irregularis c. clericus extra ne cleric. vel monach. & juxta late tradita per Farinac. in suis fragm. crim. p. 1. numer. 369. cum seq. ubi plurima cumulat.

Nota autem, quod licet clericus non possit esse procurator, si tamen reperiat de facto esse procuratorem gesta per eum, uti talem essent valida, si hoc non opponantur, Abb. in c. Sacerdotibus numer. 5. ne cleric. vel monach. Dec. in c. ad hac num. 12. de postul. videnti Castil. de. Sicil. 113. Cavall. in specul. pract. qu. commun. contra commun. q. 494. qui allegat gloss. in l. filiusfamil. §. veteram, ff. de pro-

## PRIVILEGIUM XCI.

### ARGUMENTUM.

Clerici favore miserabilium personarum possunt in earum causis esse Procuratores, & Advocati.

Ad ornatum text. in cap. 1. & cap. fin. de postul.

### SUMMARIUM.

- 1 Clerici nequeunt esse procuratores, & quare numer. 3. fallu pro miserabilibus personis num. 6.
- 2 Clericatus suis constitutus de jure divino.
- 4 Pana Clerici recipientis procuraciones quam sit.
- 5 Clerici advocare prohibentur, licet bene possint pro miserabilibus personis num. 7. sed non in criminalibus num. 8.
- 9 Clericus immiscens se in judicio sanguinis efficitur irregularis.
- 10 Acta facta per Clericum procuratorem valent, si de invaliditate non opponantur.

**R**egula est ab omnibus recepta, ut Clerici nequeant esse Procuratores judiciales laicorum, cap. 1. & cap. fin. de postuland. cap. prolatum 88. dist. cap. demique 14. qu. 5. l. placet C. de episc. & cler. tradunt post alios Cavall. in pract. comm. contr. comm. qu. 404. Mosco. in tract. de majest. militat. Eccles. lib. 1. par. 2. cap. 2. Rodriq. in summ. cas. conscient. par. 1. cap. 1. Carp. super Stat. Mediol. par. 1. cap. 65. noviter Farinac. in suis fragment. criminal. numer. 186. par. 1. & affluenter novissimè plures suo more cumulans Grass. de effect. cleric. effect. 11. esset enim opprobrium, & dedecus clericalis dignitatis, quæ fuit constituta de jure divino, ut notat gloss. in cap. si Imperator 96. distinct. Germ. de sacror. imm. lib. 3. cap. 3. num. 35. Mart. de jurisdic. part. 1. cap. 6. numer. 1. cum seq. si Clerici se ingererent disceptationibus forensibus, juxta notata in l. repetita C. de Episc. & cler. ort. conf. 16. num. 35. Fusc. in singul. lit. C. num. 91. quos refert Grass. loc. mox cit. ubi, quod Clerici recipientes procuraciones generales ad judicia possunt excommunicari, & deponi, ex Anchar. & Abb. in cap. sed nec ne cleric. vel Monac. Zech. de privileg. Eccles. privileg. 132. numer. 10. licet non perdant privilegium fori Ecclesiastici nisi fuerint ter moniti, ut à talibus desistant, vel sernel in Synodo generali diocesano, ut in facto con-

procurat. & dicit talem glossam esse communiter approbatam *Jacob. in l. servus, num. 5. C. de judic. ubi dicit, quod Clerici malè faciunt acceptando similes procurationes:*

## PRIVILEGIUM XCII.

## ARGUMENTUM.

Episcopi possunt esse Procuratores, & Advocati pro Miserabilibus Personis.

*Ad ornatum c. te quidem II. quæst. 1. & cap. Prælatum 88. distinct.*

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopi prohibentur exercere officium Advocatorum, & Procuratorum.
- 2 Episcopi possunt advocacionem, & procuracionem exercere pro Miserabilibus Personis.
- 3 Episcopi sunt Protectores Miserabilium Personarum.

**R**egula est Episcopum non posse esse Advocatum neque Procuratorem, non solum coram Judice sæculari, sed nec pariter coram Ecclesiastico, *cap. te quidem II. quæst. 1. cap. Prælatum 88. distinct. cap. Episcopus 14. quæst. 3. cap. denique 21. quæst. 3. & per tot. quæ jura ad hoc adducit Rodoan. de spol. quæst. 2. num. 18. ubi bonam reddit rationem, refert & sequitur noviter Farinac. in suis fragm. crim. part. 1. num. 188.*

Tamen favore miserabilium personarum bene possunt Procuratores & Advocati officium Episcopi gerere ut ait *Soccin. Sen. in cap. veniens num. 110. de accusat. quem refert, & sequitur Annot. ad Stat. Civit. Par. in tit. de ration. summ. redd. miser. pers. fol. 62. Conducit ad comprobationem, nam Episcopi sunt protectores talium miserabilium personarum, & ipsas debent fovere, ut diximus supra in privil. 17. ubi poteris videre.*

## PRIVILEGIUM XCIII.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ denunciante, & accusante, recipiuntur sine obligatione ad poenam si non probaverint.

*Ad ornatum Text. in l. 1. de accusat. & inscript. & Rjt. Cur. Archiepisc. Neap. 7.*

## SUMMARIUM.

- 1 Accusans aliquem tenetur se subscribere ad poenam talionis si non probaverit id, de quo accusat, quod hodie non observatur, ut numer. 2.
- 3 Accusans aliquem de dubio, & deinde non probans, tenetur actione injuriarum.

4 Personæ miserabiles accusantes, vel denunciante, recipiuntur sine obligatione ad poenam si non probaverint.

**R**egulariter, accusans aliquem de jure communi, debebat se inscribere ad poenam talionis, si non probaverit id propter quod ipsum accusaverat *tot. tit. de accusat. & inscript. & de materia vide Clar. in sua pract. qu. 7. & Farinac. latè de accusat. qu. 19. & de jure Canon. latissimè de denunciati. scribit Fol. ler. in pract. crim. canonic. in verb. denunciati. facta, & in Cur. Archiepisc. Neapol. vigore ritus 7. ejusdem Curie denunciante, seu accusans ibidem solet se obligare ad certam poenam pecuniariam de probando, ubi videas *Illustr. Episcopam D. Ricc. in Annot.**

Licet de jure Regni poena talionis, de qua latissimè noviter loquitur *Borrell. de magistr. edict. cap. 8. lib. 2. recessit ab aula, & loco ipsius fuit subrogata poena unius uncie per Riturum M. C. V. quæ poena adhuc in defensionem abiit, ut per *Grammat. dec. 39. afferentem calumniosè, & falsò aliquem accusantem condemnari ad expensas, per text. in l. scienter, C. de excusat. tur. sequitur Carav. in rit. 297. num. 4. ubi supra num. 12. Cornazan. in dec. Lucens. 197. noviter D. Ricc. in collect. 1218. & 1219. novissimè Thbr. in suo compend. dec. Neap. in verb. denunciante, crimen, tom. 1. nec non vide in materia *Ussell. in conclus. legal. in verbo accusatio conclus. 26.***

Et si quis accusaverit aliquem de delicto, quod non probaverit, tenetur actione injuriarum, ut per *Nigr. in cap. Regni accusatorum temeritas numer. 16. sed hodie raro, aut nunquam accusatores condemnantur ad expensas, ne terreantur accusantes, & desistant ab accusando, ut in praxi videremus servari.*

Quidquid sit ad nostri insurati coronidem est observandum, quod si personæ miserabiles accusantes, vel denunciante sint, recipiuntur sine obligatione ad poenam, si non probaverint, ut in terminis nostris notat *Carav. in Rit. M. C. V. 200. sub numer. 5. vers. 3. nota.*

## PRIVILEGIUM XCIV.

## ARGUMENTUM.

Causæ Miserabilium Personarum possunt tractari in foro Ecclesiastico.

*Ad ornatum Text. in cap. ut decernimus extra de judic. & cap. ex parte de foro compet. Sed quando hoc procedat, Author declarat.*

## SUMMARIUM.

- 1 Judex Ecclesiasticus nequit cognoscere inter laicos, & e contra.
- 2 Jurisdictiones sunt distinctæ.
- 3 Ecclesiasticæ personæ non judicantur à Judicibus laicis.
- 4 Judex Ecclesiasticus potest cognoscere de causis Miserabilium Personarum, etiam si sint laici, sed declara, ut hic docet *Author, num. 5.*

6 Judex



## De Privileg. Miserab. Personarum. 275

6 *Judex non potest se intromittere in causa, quæ principaliter competit alteri, nisi data negligentia Judicis competentis.*

num. 2. ubi negligentia enim non datur unius Judicis, alter se intromittere non potest, sed competens, & naturalis debet adiri, ex traditis post alios noviter per *Calvol. in praxi judiciar. d. conclus. 3. num. 2.*

1 **R**egulariter, Judex Ecclesiasticus non potest cognoscere inter laicos, sicuti nec laicus inter Ecclesiasticos, ut *cap. decernimus extra de judic. Alber. in l. statuimus, num. 6.*  
 2 *C. de Episc. & cler. distinctæ namque sunt jurisdictiones, ut deducitur ex Covar. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. numer. 10. unde videmus, Ecclesiasticas personas non posse judicari à Judicibus laicis, cap. 1. & cap. 2. & cap. si diligenti, §. fin. & cap. significasti de foro compet. cap. 2. & cap. si clerici de judic. & ita dispositum fuit ex Sacro Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. latissime more suo noviter Grass. in tract. de effectib. clericat. effect. 1. ubi amphantiones, & limitationes plenè, & uberrimè adducit, materiam affluenter enucleando.*

4 **T**amen in causis miserabilium personarum Judex Ecclesiasticus potest cognoscere, etiam si litigantes sint omnes laici, *Abb. in cap. significantibus extra de offic. delegat. & in cap. licet ex suscepto extra de for. compet. Aretin. conf. 102. gloss. in cap. omnis ætas 12. q. 2. Carant. in Rit. M. C. V. 19. sub num. 19. Annot. ad Stat. Parm. intit. de ration. summar. reddend. miserab. person. noviter Calvol. in sua praxi judic. §. Judex conclus. 3. num. 12. Aufser. de potest. judic. secular. num. 13. vers. 36. Benincas. de pauper. q. 5. num. 27. & 30. Marcard. in tract. de Judicis par. 2. cap. 9. num. 8. in fin. Tutaturio ex text. in cap. ex parte de for. competent. ubi cum quis miserabilis simul, & oppressus scilicet per vim vel alio modo spoliatus re propria, ita ut interdictione recuperandæ possit agere, hanc actionem etiam contra laicum, poterit hanc agere actionem coram Judice Ecclesiastico, & de re temporali, etiam si ipse Actor sit laicus, etiam non data negligentia Judicis sæcularis, & hanc esse communem opinionem scribunt. Covar. in lib. pract. qu. cap. 6. num. 1. vers. inò, & in hoc tractatu, & Staphileus de liter. grat. & justit. fol. 159. col. 2. refert cæteros eandem probans sententiam fusè Alvarez recentissimè in tract. de privileg. pauper. quæst. 52. par. 1.*

5 **E**go autem cum *Marta de jurisd. par. 2. cap. 21.* teneo istam communem opinionem non posse juridicè procedere, nec subsistere, scilicet quod non aliter præfatæ miserabiles personæ Judicem Ecclesiasticum adire possint, nisi data negligentia Judicis laici, ex *Regul. cap. ex tenore de for. compet. ex ratione cap. novi de judic. probat Covar. ubi supra numer. 1. in fin.* ubi testatur quotidie in Hispania, & Gallia judicari contra illam communem, non enim Judex Ecclesiasticus contra laicum cognoscere potest de re temporali, quantumque laicus fuerit oppressus & spoliatus, nisi proprius Judex negligens esset in administrando justitiam, & hoc etiam probat *d. cap. ex parte*, ubi propter rei conventi potentiam, qui Actorem spoliaverat in Judice sæculari, maximæ negligentia suspicio aderat, ut ibi *Covar. advertit, & tenent Burr. in cap. licet de for. compet. & Roger. in tract. de dot. quæst. 17.*

### PRIVILEGIUM XCV.

#### ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ non possunt expelli à domibus ipsis locatis, & si Dominus superveniat nova necessitas.

*Ad ornatum text. in l. ead. C. locati, & cap. propter sterilitatem eod. titul.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Dominus domo potest expellere conductorem ob ei supervenientem necessitatem, etiam si indigeat domo locata pro usu filii, vel patris, aut matris num. 2. sed limitata si domus fuisset locata miserabilibus personis num. 3.
- 4 Scholares non possunt expelli à domo conductæ.
- 5 Scholares inter miserabiles personas reponuntur.
- 6 Refertur consultatio Authoris.
- 7 Judæa noviter baptizata inter miserabiles personas reponitur.

**R**egulariter, dominus pro usu proprio ob supervenientem necessitatem potest Inquilium expellere, ex *text. dispositione in l. ead. C. locat. & in cap. propter sterilitatem eod. titul. de quibus meminit Pascal. in tr. de patr. potest. par. 4. cap. 6.* ubi, quod etiam ista eadem facultas sibi conceditur, si indigeat domo locatâ pro usu filii uxorem ducentis vel quia ejus parentes ex aliqua nova, & honesta causa ejus domus habitatione indigeant, ex *Bald. in cit. l. ead. numer. 11. rel. lat. & sequit. per Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 3. sub num. 6. in fin.*

Bene verum, si domus fuisset locata alicui miserabili personæ aliter dicendum esset, nam dominus illam expellere nequiret ex speciali miserabilium personarum favore, quas opulari semper debemus, & de hoc mirandum quippe non est, nam videmus scholares non posse expelli à domo conductâ, etiam ob novam necessitatem locatori supervenientem, ut in specie docent *Ripà in l. 1. in fin. ff. solut. matr. & Rebuff. in tr. de privileg. scholar. privil. 8. relati per Duen. in reg. 123. ampliat. 1. Nepit. in consuetud. Catin. in tit. de locat. Apotec. numer. 6. Caroc. in suo tract. de locat. & conduct. part. 4. in tit. de recus. quæst. 2. numer. 36. & scholares revera appellantur miserabiles personæ*

- 3 sonæ à DD. ut retulimus suprâ in privil. 11. & noviter meminit Pascal. in tr. de allegat Div. in decis. 65. & 521. Pascal. patr. post. part. 2. cap. 2. num. 202. Decian. in cons. 14. n. 12. lib. 1. & Menoch. in addit. ad tract. de arbit. judic. casu 166. num. 32. addo Carleval. qui nos allegat in tract. de judic. disp. 2. quæst. 6. n. 57. sect. 7. ergo generaliter sic dicere debemus de omnibus aliis personis miserabilibus, ut de scholare præfati DD. fenserunt.
- 6 Quare meritò consulti de anno 1621. dedimus votum cuidam domino certæ domunculæ, quam locaverat uni Judææ noviter baptizatæ, non posse illam infra annum expellere à dicta domo ei locata, & si supervenisset nova necessitas, dicebam de jure non admitti, cum Judæa noviter baptizata inter miserabiles personas reponatur, Felyn. in cap. significacionibus num. 8. de offic. deleg. Innoc. in cap. Judei de Judæis, Rebuff. de sent. provis. gloss. fin. col. 4. vers. 14. Menoch. de arbit. judic. d. cas. 166. numer. 30. Trentacinq. var. res. sol. lib. 2. resolut. 2. num. 36. de citation. & probavimus in praxi elect. fori qu. 48. sect. 1. in moderna edit.

PRIVILEGIUM XCVI.  
ARGUMENTUM.

Causæ miserabilium personarum non sunt desertæ, si propter earum paupertatem non potuerunt appellationem introducere.

Ad ornatum auth. hodie C. de appellat. Constit. & Pragmat. Regni incip. appellationum tempora de appellat.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio debet interponi infra decem dies, & num. 2.
- 3 Facultas appellandi non vivit ultra decem dies.
- 4 Miserabiles personæ si non possunt appellare infra decem dies, non obstante lapsu dicti termini, possunt appellationem interponere, quod amplia num. 5.
- 6 Paupertas excusat à prosequenda appellatione.
- 7 Procurator qui propter paupertatem non appellat, non præjudicat Domino.
- 8 Pauper non excusatur à prosequenda appellatione in causa, in qua posset habere sumptus litis.

1 **R**egula est, appellationem interponendam esse infra decem dies, aut hodie C. de appell. c. anteriorum 2. q. 6. cap. cum dilectus in fin. de electionib. cap. quod consultationem de sentent. & re judic. capitulo concertationi de appellat. in 6. & tu Regnicula videas constit. & pragmat. Regni incip. appellationum tempora, ubi Nos latissimè diximus in coll. dec.

2 Et quod sit appellandum infra decem dies, scribunt Speculat. in tit. de appell. §. restat videre in pr. lib. 2. fol. 189. Azo, in summ. C. 1.

quor. appell. non recip. num. 1. Salyc. in d. auth. hodie in pr. Marant. in suo Specul. par. 6. aff. 2. in pr. verb. & quando appellatur q. 3. in princ. num. 213. & 214. fol. 488. Minsinger. obser. 11. cent. 3. & quod facultas ista appellandi non vivat ultra decem dies refert, & sequitur Lancellott. tr. de attentat. & innov. appell. pend. limit. 50. in princ. numer. 38. fol. 378. & par. 3. c. 26. de prob. attentat. num. 17. & 18. fol. 440. & hæc conclusio est nota omnibus in foro versantibus, & etiam non versantibus, & de materia ex Neotericis lato sermone Burrell. in summa dec. tit. de appell. tom. 1.

Tamen aliud est dicendum in causis miserabilium personarum, quæ si ob earum paupertatem non potuerunt appellare intra decem dies possent deinde non obstante lapsu dicti termini appellationem interponere, ut per Cassador. decis. 6. de appellat. ubi quod hæc est firma propositio sequuntur Guid. Pap. in tract. de appellat. quæst. 15. Vestrius in pract. lib. 7. cap. fin. sub numer. 20. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. de attentat. & invocat. appell. pend. ampliat. 1. num. 55. & 56. Scaccia de appell. q. 12. num. 163. Annot. ad Statut. Parm. in tit. de summ. ration. reddend. miserab. person. fol. 64. ubi alios allegat latè Gratium. decis. Marchiæ 34. qui ampliat procedere etiam in prosequione appellationis, quoniam 6 paupertas excusat à prosequenda appellatione Innoc. in cap. ex ratione sub num. 2. de appell. Card. conf. 87. numer. 5. per text. in §. 1. auth. in his qui ingrediuntur ad appellationem Bald. in tract. de tempor. util. cap. 4. num. 2. Theff. decis. 10. numer. 5. Cumia super ritib. Sicil. cap. 89. num. 57. Minsinger. obser. 98. centur. 5. latè Benincal. de pauperi. & ejus privileg. quæst. 9. Scaccia de appell. quæst. 15. artic. 3. sub num. 44. sicque pluries practicavit Regia Audientia Apuleæ me ibidem Regio Auditore assistente.

Idemque est in procuratore, qui propter paupertatem appellare non potuit, non enim præjudicat Domino, cum non sit in aliqua culpa, Bald. in cap. 2. col. 3. ut lit. pend. Mass. conf. 10. col. 9. in princ. num. 39. lib. 1. dicens hoc esse multum notabile, sequitur Gratium. loco proxime cit. n. 8. qui n. 10. bene dicit non esse excusandum pauperem à prosequendo appellationem in causa, in qua posset habere sumptus litis, ex Felyn. in cap. si qui test. col. 2. num. 9. de testib. videtur enim fuisse in culpa, hoc non ponendo, & ita ego requisitus de voto respondi.

PRIVILEGIUM XCVII.  
ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ possunt trahere alios in primis causis à proprio domicilio.

Ad ornatum pragmat. 2. incip. querula ubi de delict. quis conven. debeat.

# De Privileg. Miserab. Personarum. 277

## SUMMARIUM.

- 1 Regulariter nemo extrahitur à proprio domicilio pro primis causis, adducitur ratio numer. 2. licet miserabiles personæ possint alias trahere num. 6.
- 3 Sententia lata ab alio Judice, quam Judice domicili in prima instantia dicitur nulla.
- 4 Baroni remittitur vassallu in prima instantia condemnatus per Tribunal Superius.
- 5 Vassalli non possunt prorogare jurisdictionem Tribunalis Superioris invito Domino.
- 7 Miserabiles personæ habent electionem fori, etiam si captum sit judicium coram Judice ordinario.

1 Regulariter, pro primis causis nemo extrahi potest à proprio domicilio, ita inquam cavetur in *pragm. 2. incip. querula dispositione ubi de delict. quis conven. debeat*, & vide *text. de jure communi in l. nemo C. de jurisdic. omn. judic. & in §. 1. in novell. ut different Jud. cujus ratio est, ut evitentur mala*, & infortunia quæ incurrunt si qui litigant extra patriam propriam prout narratur miserabiliter in *§. hæc considerantes in auth. ut omnes obed. judicibus Provincia.*

3 Adeo, quod si fuerit lata sententia in prima instantia ab alio Judice, quam à Judice sui domicili dicitur nulla, & certum est, quod Baroni est remittendus suis vassallus, etiam post sententiam sui Tribunalis Superioris, per quod fuerit condemnatus, ut pluries fuisse decisum per Sacrum Consilium, & in specie in beneficium Nicolai Grimaldi in causa cujusdam de Pinto, qui fuerat condemnatus ad mortem per Mag. Cur. Vic. & sententia confirmata per Sacrum Consilium, sicque hodie servari, & servatum fuisse, in tantum quod vassalli non possint huic privilegio renunciare, prorogando jurisdictionem Tribunalis Superioris invito Domino, ex *Capyc. decis. 9. & Franch. dec. 529. quibus addo Capibanc. de Baronib. pragm. 3. numer. 134. & pragm. 8. num. 79. tom. 1. & novissime Thor. in suo compend. dec. Neap. verb. vassalli Baronum, tom. 1.*

6 Quicquid tamen sit ex suprädicis, miserabiles personæ possunt trahere alios in primis causis à proprio domicilio, ut notavimus in *collect. dec. ad d. pragm. Regni 2. ubi de delict. quis conven. debito*, habent enim istæ beneficium electionis, & variationis fori, ex *l. unic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & const. Regni statuimus de Magistro just. etiam si coeptum sit judicium coram Judice ordinario, Caroce singul. 98. noviter Borrell. in sum. dec. intitul. de jurament. perhorrest. num. 36. & fusius omnium Castill qui bene tractat articulum in lib. 3. quotid. controver. jur. cap. 25. à num. 34. cum plurib. seqq. & nos majori cum apparatu in particulari tractatu quem edidimus de elect. & variat. fori.*

## PRIVILEGIUM XCVIII.

### ARGUMENTUM.

Regula quod actor sequatur forum rei non procedit in causis Miserabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Actor debet sequi forum rei.
  - 2 Regula quod Actor sequatur forum rei non procedit in causis Miserabilium personarum.
- Et quæ sit ratio num. 3. remissive.

Regula est clara, & ab omnibus recepta Actorem debere sequi forum rei *l. Actor C. de probat. l. in criminali C. de jurisdic. omn. judic. l. fin. C. ubi in rem actio l. quia etiam C. de judic. mutand. caus. fact. latè Gri-vel. dec. senat. dol. an. 129. Amat. conf. 31. Viu. decis. 49. Card. Tusc. conclus. 122. lit. A. Calvol. in prax. judiciar. §. actor. conclus. 1. Illustr. Episc. Ricc. in collect. 366. & 930. novissime Ursellius de foro livio in examine conclus. legal. in verbo actor.*

Tamen claudicat illa in causis Miserabilium personarum, cum ab ea excipiantur *Amat. decis. Rot. Marchiæ 105. Cala in tract. de modo articulandi, & probandi in glos. 1. Præses de Franch. dec. 541. num. 4. Ursel. in concl. legal. in verbo actor conclus. 44. num. 75. Cochier. in tract. de jurisdic. in exemp. quest. 108. par. 4. tom. 1. Carleval. in tract. de Judic. & foro compet. disp. 2. quest. 6. numer. 576.*

Elicitur hujus declarationis ratio à Galgabetto in tract. de jur. public. lib. 2. tit. 6. num. 38. ab Illustr. Episc. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap. 270. in fin. par. 3.

## PRIVILEGIUM XCIX.

### ARGUMENTUM.

Legatum Miserabilibus Personis indebitè solutum non potest repeti.

Exornatur Text. in *l. cum is, §. si in ea opinione, ff. de condit. indeb.*

## SUMMARIUM.

- 1 Confraternitates dicuntur loca pia.
- 2 Confraternitates habent beneficium restitutionis in integrum.
- 3 Legata relicta Confraternitatibus dicuntur ad pias causas relicta.
- 4 Legata pia indebitè soluta repeti non possunt.
- 5 Solutum indebitè Ecclesie repeti non potest.
- 6 Relicta intuitu pietatis sunt irrevocabilia.
- 7 Legata miserabilibus personis indebitè soluta repeti nequeunt juxta mentem Authoris.

Post solutionem cujusdam legati uni Confraternitati, quæ habebat curam expendendi quotidie quandam pecuniæ quantitatem Misericordibus Personis opponebatur de indebita solutione, & consequenter agebant hæredes, ut restitueretur quantitas pecuniæ solutæ.

- 1 Ego autem tanquam Advocatus dictæ Confraternitatis replicabam esse injustam eorum petitionem, siquidem certum est, Confraternitates laicorum, in quibus exercentur opera pietatis, & charitatis (prout hic) loca pia censentur, ut plena manu comprobavimus in *praxi elect. fori quæst. 56. sect. 2. & in collect. decis. ad pragm. Regni 1. sub rubr. de legatis piis*, ubi merito firmavimus, ipsas Confraternitates habere beneficium restitutionis in integrum, ut latè etiam deducit *Mastrill. decis. Sicil. 110.* & recen-ter videndus *Barbos. in tr. de jur. Ecclesiast. univers. lib. 2. cap. 11. tit. de Hospit. & Confratern. ubi plura conglomerat*, quare legata relicta talibus Confraternitatibus dicuntur ad pias causas, *Petr. Perusin. in suo tr. de quarta Canonic. Panorm. conf. 31. col. 2. lib. 1. & conf. 32. lib. 2. Castr. conf. 5. lib. 2. & conf. 12. eod. lib. Jo. Andr. in c. Joannes de test. dum loquuntur generaliter de quibuscunque locis, in quibus exercentur opera charitatis, & expressivis Bart. in l. 1. §. sed religiosus, ff. de colleg. illicit. & Angel. in l. 1. C. de fide instr. & hast. fiscal. lib. 10. Dec. conf. 72. & novissimè Illustr. D. Ricc. in praxi resol. 213. p. 2. legata autem pia indebitè soluta non possunt repeti, text. est quem omnes dicunt singularem in l. cum is si in ea opinione, ff. de condit. indebit. Bart. in l. ea quæ ff. de condit. & demonstr. Alex. in l. cum is, §. simulè aliàs, ff. eod. titulo novissimè Nald. in summa in verbo legatum, num. 5.*

Conducit, nam solum indebitè Ecclesiæ repeti non potest, *Gomes. in §. ex maleficiis de act. Vasq. de success. progress. lib. 3. §. 21. numer. 6. per text. in §. fin. de obligat. quæ ex qua si contract. ubi legatum factum Ecclesiæ in testamento imperfecto non reperitur noviter, sequitur Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 482.* Intuitu enim pietatis quæ relinquunt, sunt irrevocabilia, ut dicit *Signorol. conf. 125. col. 11. vers. præterea, quod intuitu, per text. in l. ex duobus, & l. Nesennius, ff. de negot. gest. & l. alimenta, C. eod. tit. de quibus juribus meminit quoque Tiraq. in suo tract. de privileg. piæ causæ, Privileg. 119. ubi fatetur, quod falsa opinione solum pietatis causa tanquam indebitum reperi non potest, vigore text. in cit. l. cum is, §. si in ea, ff. de condit. indeb. quem etiam allegat, Genuens. loco proxime citato, ubi tamen in fine declarat suam opinionem non procedere, ubi solvens ex solutione reduceretur in paupertatem, quia tunc aliter esset dicendum ob Ecclesiæ pietatem,*

- 7 Ex quibus firmari tutò valet regulam, quòd legata misericordibus personis soluta indebitè repeti non possunt, prout in facti contingentia requisitus de voto aliàs respondit de anno 1621.

## PRIVILEGIUM C.

## ARGUMENTUM.

Mandatum morte mandantis non expirat, ubicumque tendit in favorem Misericordium Personarum.

*Ad ornatum Text. in l. mandatum, C. mandati, & §. item, institut. mandati.*

## SUMMARIUM.

- 1 Mandatum morte mandantis expirat.  
2 Pæna c. si quis suadente Diabolo non incurritur per mandantem, si mortuus sit, antequam mandatarius exequutus esset mandatum.  
3 Mandatum tendens in favorem Misericordium Personarum non expirat, sic etiam favore piæ causæ, num. 4. & favore dotis n. 5. & favore libertatis, num. 6.

Regulariter, mandatum morte mandantis expirat re integra l. mandatum, C. mandati, §. item institut. mandati, l. inter causas, §. 1. ff. mandat. cap. relatum. & cap. licet de offic. De leg. latè Gabr. in concl. 2. de procurator. Gui. Pap. decis. 118. & 491. Maggon. in decis. Florent. 106. Put. decis. 73. lib. 1. Vant. de nullit. ex defect. mandat. num. 170. latè Borell. noviter in summa decis. tom. 1. in tit. de procurat. à n. 260. cum plurib. sequenti- ubi hoc declarat ample.

Unde evenit, quod pæna cap. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4. infixa contra percutientes Clericos, & personas Ecclesiasticas non incurritur per mandantem si mortuus sit, antequam mandatarius exequutus fuisset mandatum, glos. fin. in cap. mulieres de sent. excommun. Socc. in cap. pervenit, n. 46. & 47. eod. tit. noviter Grass. qui latè tractat materiam de effectib. effect. 9. n. 40. & ego prædicavi consulendo in facti contingentiâ in decis. Amalphitana.

Tamen ubicumque mandatum tenderet in favorem Misericordium personarum utique esse re integrâ non expirat morte mandantis, ut in facto consului, cum esset factum mandatum à quodam bonæ conscientie viro suo ægenti, ut certam pecuniæ quantitatem, quæ penes ipsum reperiebatur expenderet in beneficium pauperum, in Redemptionem Captivorum, & in Alimoniam Peregrinorum, nam cum esset deinde mortuus, & præterderet hæres exigere illam pecuniam, quæ adhuc impensa non erat. Ego dixi non posse per ipsum exigi, & si mandans esset mortuus re integrâ, nam mandatum tendebat in favorem piæ causæ, quo casu mandatum morte mandantis non expirat etiam in integra, Bal. in auth. qua mulier de sacros. Eccl. Rom. in auth. similiter, 45. C. ad l. falcid. Felyn. in cap. relatum de offic. Deleg. Marsil. singul. 44. Alex. in l. fundi, col. fin. ff. de acquir. poss. Soccin. in reg. 254. Tiraquell. de privileg. piæ causæ, Privileg. 82.

Unde meritò videmus, quod favore dotis, quæ dicitur causa pia, ex iis, quæ sulo ser-

## De Privileg. Miserab. Personarum. 279

mone conglomeravimus, ff. de testib. 74. l. 1. mandatum etiam re integrâ morte mandantis non expirat, Bart. in l. 2. §. si pecunia in fin. ff. de donat. Cremenf. singul. 143. Salyc. in l. inter causas, ff. mandat. Bal. in cap. cum venissent de testib. latè Trentac. alios referens, & hoc declarans in lib. 2. var. resol. resol. 10. a numer. 12. de Procuratoribus.

6 Et hinc favore libertatis, quæ similiter in piam causam tendit mandatum, & si re integrâ morte mandantis non expirat, ut probatur in l. si pater in princ. & ibi glos. in verb. favore, ff. de manumif. vindict. & tradiderunt Alber. Jaf. & Dec. in l. ejus qui in Provincia, §. placebat, ff. si cert. pet. & Trigon. singul. 81. & dicebatur ad favorem cujusdam mancipii in anno 1633.

lunt, & una opinio est communis, & altera non favens tamen miserabilibus personis, Ego dico contra communem esse judicandum favore talium personarum, cum respiciat quantum pietatem, & communis DD. sententia non est attendenda, quoties altera contraria favet piæ causæ, Grammat. consil. 50. num. 46. Boer. consil. 40. num. 89. Mantua consil. 121. numer. 3. vol. 2. Zasius cons. 3. vol. 1. Duen. 1. regul. 7. num. 8. Barbat. cons. 6. num. 2. vol. 1. plene plures referens noviter Maria in tract. de jurisdict. cap. 164. par. 2.

Ut similiter alias in cujusdam facti discursu dicebam requisitus, glosæ opinionem esse attendendam, & debere omnes alias sententias antecellere, per ea quæ exactè tradit Cened in collect. 18. num. 6. & notat Cævall. in d. præfat. præf. quæst. ex numer. 61. Maria de Tribunalib. Urbis cap. 15. num. 18. & vide Mascard. in concl. 492. eò magis quando alii DD. non ex professo, sed per transennam aliquid tradunt, quo casu eis non tanta fides est adhibenda, ex Raudens. de Analogis lib. 1. cap. 18. numer. 25. Surd. cons. 311. num. 62. latè Coraf. lib. 1. comm. opin. titul. 6. inspect. 1. vol. 4. Non est enim multum consideranda DD. illorum opinio, qui sicco pede (ut his utar verbis) aliquid affirmant, nam ipsi non augment numerum ad communem opinionem constituentem, Abb. in cap. bonæ il secondo, num. 30. de postuland.

### PRIVILEGIUM CI.

#### ARGUMENTUM.

In conspectu DD. opinionum, tenenda est illa, quæ favet Miserabilibus personis.

#### SUMMARIUM.

- 1 Opinio communis debet attendi.
- 2 Author Modernos tacite mordet in casu vero.
- 3 Opinio favens Miserabilibus Personis est attendenda contra communem.
- 4 Opinio communis non est attendenda, ubi altera favet piæ causæ.
- 5 Opinio glosæ debet omnes alias antecellere.
- 6 DD. aliquid per transennam asserentibus non est adhibenda tanta fides.

### PRIVILEGIUM CII.

#### ARGUMENTUM.

Facultas eligendi refertur ad Bona meliora favore miserabilium Personarum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Facultas eligendi non refertur ad bona meliora, & deteriora, sed ad mediocria tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus, sed quid favore miserabilium Personarum, vide num. 5.
- 2 Creditor non potest eligere meliorem rem debitoris.
- 3 Filius pro sua legitima nequit accipere meliora bona, ita quoque mulier pro sua dote, num. 4.
- 6 Legatum Calicis factum Ecclesiæ intelligitur de meliori.
- 7 Legatum ampliatur, inspecta conditione personæ cui relinquitur.
- 8 Legatarius præsumitur magis dilectus, quam hæres in re legata.

1 Regula est, quòd, quoties in aliqua difficultate reperiuntur DD. contrarii, ve in lecturis, sive in tractatibus, aut consiliis, illa opinio præferri debet, quæ est communis, & plurium DD. autoritate corroboratur ut ex multis firmat Grat. in regul. 252. Dec. consil. 422. Cened alios cumulans in collect. jur. Canon. collect. 84. num. 4. optimè Alexan. in consil. 7. vol. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. Paz. in prohém. leg. Taur. à numer. 251. Mascard. de probat. concl. 1138. Cævall. in prohém. practicar. questionum commun. contra comm. à num. 30. cum aliis quos ipse consultò prætermitto: nam si vellemus inhærere singularibus opinionibus, & communes relinquere contra nos esset illa præsumptio, quòd per imperitiam judicarem, cum non sit affirmandum, neque cogitandum cumulum Doctorum voluisse ita se ipsos præcipitare, ita ut in errorem communiter devenerit, plus enim vident duo oculi, quam unus, nisi hodiernam consuetudinem, illorum Scribentium vestigia videre velimus, qui uti aves aliorum scripta transcribendo, nihil de eorum mente, & crasso judicio dicentes, unus alium sequitur (quod pace bonorum in medium proferre volo.)

3 Tamen quando DD. inter se discrepantes Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

Regulariter, facultas eligendi non refertur ad bona meliora, neque deteriora, sed ad mediocria, tanquam extrema sint vitiosa, ideo standum est in medio, quod est laudabilius, & utrique parti expediens, quod procedit, sive simus in ultimis voluntatibus, sive in contractibus, in quibus semper promissio de bono, & æquo, ita regulatur l. si quid venditor ad med. ubi gloss. in verb. de bono, ff.

de edilit. edict. l. legat. generaliter, ubi Angel. & Jaf. ff. de legat. 1. l. si hæres generaliter, ff. eod. tit. Bal. consil. 180. num. 2. & 4. lib. 2. ubi scribit idem esse, quando quantitas est in obligatione respectu speciei ad finem consequendi speciem, vigore text. in l. si quis argentum, §. si verò redditum, & §. si milique modo, ubi gloss in verb. mediocris, C. de donat. l. qui latam, ff. de aur. & argent. legat. l. fin. §. sed si quis emptionem, C. comm. de legat.

- 2 Quare merito descendit creditorem non posse rem meliorem, & plus valentem accipere, sed proportionabilem, & mediocrem, Salyc. in auth. hoc nisi, C. de solut. Rip. in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. Guttier. de jurament. confirm. cap. 29. sub num. 2. Bertazzol. de claus. gloss. 5. claus. 41. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 36. & larga manu probavimus in moderna editione tract. de Dat. insolutum
- 3 quæst. 8. sect. 2. ut etiam videmus in filio, qui pro sua legitima nequit rem meliorem eligere, sed aliam non deteriore arbitrio tamen boni viri, ut post alios affirmant Menoch. de arbit. judic. casu 163. numer. 21. lib. 2. & Gabriel. conclus. 4. de legitima, sicque cautum est in dote, nam mulier dotem repetens in bonis stabilibus hypothecatam eligere prohibetur meliorem, Bart. in l. si ex falsis, C. de transact. Pappal. in l. placet, col. 3. C. de sacros. Eccl. Innoc. in l. debitoribus, ff. de re jud. Molfes. in consu. Neapol. part. 4. de jure dot. quæst. 5. numer. 33.
- 5 Quidquid tamen sit ex suprâ dictis totum contrarium dixi esse verum favore miserabilium personarum de anno 1620. Habet assistentiam hujusmodi conclusio, quia in causa pia electio est facienda de meliori, ut probat mihi text. in l. Titia. §. Seja, ubi Bart. num. 2. de communi. ff. de aur. & arg. legat. Capra cons. 113. numer. 2. & est verior opinio, ut notant Gozad. cons. 60. numer. 15. Soccin. cons. 247. numer. 6. lib. 1. Roman. singul. 521. ubi addit. restatur hoc esse communiter receptum, plenè Cagnol. in l. semper in obscuris, num. 9. 10. ff. de regul. jur.
- 6 Unde legatum factum Ecclesiæ intelligi de meliori tenet novissimè Genuens. in practic. Eccles. quæst. 153.
- 7 Passim enim ampliatur legatum inspectâ conditione personæ, cui fuit relictum, ita ut præsumatur Testatorem legasse quod majus est, non quod minus, l. stichus, ff. de legat. 3. Dec. in d. l. semper in obscuris num. 3. ff. de regul. jur. Surd. de alim. tit. 8. privileg. 25. numer. 11. Mantio. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 10. vide Cævoll. in quæst. 126. in oper. commun. contra commun. cum etiam in re legata præsumatur legatarius magis dilectus, quam hæres l. si quis eum, & ibi Bal. ff. de condit. & demonstr. l. si quis Tuio, ff. de legat. 2. l. si fideicommissorum, ff. ut in possess. legat. Simon. de Prat. de interpret. ult. volunt. interpret. 1. dub. 2. numer. 7.

## PRIVILEGIUM CIVIL.

## ARGUMENTUM.

Privilegia, concessiones, & prerogative concessæ miserabilibus personis non revocantur, nisi de his expressa fiat mentio.

## SUMMARIUM.

- 1 Privilegia concessa miserabilibus Personis non revocantur per clausulam (non obstantibus) nisi de his fiat expressa mentio, amplia num. 2.
- 2 Privilegia concessa miserabilibus personis, sunt tanquam causæ speciales.
- 3 Lex generaliter loquens, non comprehendit casus speciales.
- 4 Dispositio generaliter loquens, non comprehendit causam dotis.
- 5 Legatum dotis, non venit in generali revocatione, nec etiam legitima, ibidem.
- 6 Clausula (non obstantibus) non tollit ea, de quibus quis specialiter est provisus.
- 7 Clausula (non obstantibus) non tollit jus questum laico ex fundatione, vel donatione, etiamsi esset addita clausula (motu proprio) nec derogat ordinationi fundatoris, numer. 9.
- 8 Dispositio Papalis debet esse specialis derogatoria dispositionis Sacr. Conc. Trid. nec sufficit generalis, numer. 11.
- 9 In reservatione generali beneficiorum facta à Papa non includuntur beneficia jurispatronatus, etiamsi clausula derogationis privilegii sit quantumcumque generalis, nu. 13.
- 10 Auctor consultus respondit, quod quando jurispatronatus competeat ipsis laicis ex privilegio, vel prescriptione, tunc comprehenditur in generali derogatione.

**R**egula sit, quod privilegia concessa miserabilibus Personis non revocantur, nisi de his expressa fiat mentio in nostris propriis terminis sequitur Rebuff. ad constit. Gallie in tit. sent. provis. artic. 3. qui ad hoc allegat Cyn. in l. unic. C. quand. Imperat. Roman. in l. si verò, §. de viro fallent. 23. ff. solut. marim. & Alex. in cons. 123. col. 4. numer. 15. vol. 4. quibus addo Menoch. alios allegantem de arbit. judic. casu 166. num. 39. & 40. lib. 2. Follet. in constit. Regni statuis, numer. 20. Mastrell. dec. 127. numer. 14. & 15. Nigr. de communi testans in cap. Regni quo ad decretum numer. 9. D. Ricc. in collect. decis. collect. 1. Thesaur. dec. 177. numer. 9. ubi additio in illo Senatu dicit decisum Castill. late decis. 39. ubi inquit esse necessarium, ut diceretur non obstante, quod essent ad instantiam miserabilium personarum in specie, nec sufficere alia verba Franc. decis. 192. ubi subdit procedere etiam, quod in privilegio inserta legeretur clausula derogatoria, & obstant per verba amplissima, addito etiam si de ejus opereretur fieri specialem mentionem, nam non sufficeret, quia requireretur individua derogatio

## De Privileg. Miserab. Personarum. 281

gatio novissimè *Borrell. in sua summa decis. in tit. de jurament. perhorrescent. num. 37. Alvarez de privileg. pauper. qu. 82. numer. 52. part. 1. Carleval. qui cuthulum DD. adducit. Et nos pariter refert de jud. & foro comper. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 7. numer. 578. & seq. diximus in collect. decis. ad pragmat. 2. sub rubr. ubi de delict. quis conven. deb. ampliat. 3. latissimè in praxi elect. & var. fori q. 1. sect. 3. & seq. ubi plurima fundamenta adduximus hunc concernentia.*

3 Ultra quæ nunc considero privilegia concessa istis miserabilibus personis esse tanquam causas speciales, & clarum est in jure, legem generaliter loquentem non comprehendere casus speciales, ex dictis per *Salyc. in l. fin. C. de jur. dot. Fas. in l. 1. col. 3. ff. solut. matrim. l. si constante col. 34. d. tit. solut. matrim. & in conf. 150. col. 3. vol. 2. & conf. 171. col. 7. vers. 4. Socc. conf. 46. col. 11. vol. 4. Cassan. conf. 32. col. 2. Calcan. conf. 13. col. 2. Ruin. conf. 136. col. 4. vol. 3. Portius in suis conclusionib. reg. 16. qui meritò reg. 17. firmat dispositionem generaliter loquentem non comprehendere causam dotis ex *Salycet. in d. l. fin. C. de jur. dot. Bal. conf. 359. vol. 3. Castr. conf. 78. in fin. vol. 6. 1. ubi tenet, quod legatum dotis non venit in generali renunciatione, Fas. in l. 1. col. 3. ff. solut. matrim. Crot. in auth. res quæ col. 7. vers. tertio facit, C. comm. deleg. Hyppol. singul. 442. Novell. intr. dot. in 7. & 8. special. Socc. conf. 46. col. 7. vol. 4. Gozad. conf. 43. col. 2. Loffred. conf. 31. col. pen. Ruin. conf. 41. vol. 3. requiritur enim vera, expressa, & specialis derogatio in talibus similibus casibus, ut etiam legitimæ, vel juri petendi supplementum non censetur per generalem hæreditatis renunciationem renuntiatum, nisi de ea fiat specialis mentio l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testam. latè *Tremacing. variar. resol. lib. 1. resol. 4. de legitima.***

7 Pro cujus confirmatione insurgit etiam, nam clausula generalis non tollit ea, de quibus quis specialiter est provisus, quod derogando obstantibus non censetur cogitasse de specialiter provisus. *Calder. conf. 1. numer. 2. de privil. Rom. conf. 393. numer. 13. & seq. quare quando dictum esset, non obstantibus privilegiis, intelligendum est de frivolis, & invalidis. Alex. conf. 3. numer. 4. & conf. 23. numer. 11. vol. 5. Decius conf. 33. col. fin. Fas. conf. 233. numer. 3. vol. 2. Selu. de benefic. par. 3. q. 13. unde non tollit jus quæsitum laico ex fundatione, vel dotatione, etiam si esset addita clausula ( motu proprio ) nisi specialis mentio de eo facta fuerit, *Anch. conf. 5. numer. 20. & seq. Franc. in c. ei cui numer. 5. de præbend. lib. 6. & ideo non derogat ordinationi fundatoris in suo testamento, quia sicut Summus Pontifex in præsentatione patronis præjudicium facere nolit, ita nec in tollendo ordinationem, vel ultimam eorum voluntatem. Staph. de vi, & effect. clausular. §. de clausulis non obstantiarum numer. 1. & seq. & hinc meritò videmus talem clausulam non sufficere ad tollendum privilegium in corpore juris clausum ut fuit decisum in causa Romana pensionis 29. Martii 1574. coram Oran.**

10 Et facit, quod dispensatio Papalis debet esse specialis derogatoria dispositionis Sacri Concilii Tridentini, nam licet Papa possit dispensare super Concilium, hoc procedit, si de eo facit expressè. *Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

pressam mentionem, & non sufficit clausula derogatoria generalis, *Cotta in memorabilib. in verb. 11. clausula non obstante, Gutierrez pract. q. lib. 3. quæst. 17. num. 231. Henriquez in summ. lib. 13. cap. 57. §. 1. Reginald. in praxi for. pœnit. lib. 5. numer. 2. Azor. inst. mor. par. 2. lib. 5. c. 14. Ricc. in collect. decis. collect. 1367. cum aliis novissimè relatis per *Barbos. ad Sacr. Concil. Trid. sess. 1.**

Et in reservatione generali facta à Summo Pontifice non includuntur beneficia jurispatronatus laicorum, *Lapus allegat. 96. Cassador. decis. 6. de jur. patr. Rot. in novis decis. 304. par. 2. pulchrè Felyn. in v. quand. lit. Apostol. n. 2. Domin. in cap. 2. de præbend. n. 11. qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet in reservatione in corpore juris clausa, & ibidem Franch. numer. 8. subdens quòd in reservatione generali illius capituli in alia quacumque reservatione non comprehenduntur beneficia jurispatronatus laicorum, Paris. de resignat. benefic. lib. 2. q. 4. numer. 35. Serva de benefic. par. 3. q. 11. n. 21. qui ita declaratum à Gregorio IX. testatur.*

Unde deducitur, quòd in reservatione quam facit Papa de beneficiis, nunquam intelligitur velle reservare beneficia jurispatronatus laicorum, etiam si clausula derogationis privilegii, circa provisionem aliàs pertinentem sit quantumcunque generalis, *Lar. alleg. 84. Spin. in Specul. test. gl. 4. in pr. n. 44. Gonzal. de altern. glos. 18.*

Quod in facti contingencia declaravi pro-cedere quoties tale juspatronatus ipsi laicis ex fundatione, constructione, vel dotatione competeret, secus autem si ex privilegio, vel præscriptione, ut in casu, de quo votum meum rogabatur, tunc enim beneficia hujusmodi jurispatronatus comprehenduntur, nec requiritur aliqua eorum specialis derogatio, juxta doctrinam *Gem. in c. 2. num. 12. de præben. in 6. quam sequuntur Gambar. de off. & potest. leg. lib. 3. num. 143. Cravett. conf. 63. num. 6. Coras. in paraphraf. Sacerd. part. 2. c. 3. num. 13. Roland. conf. 96. vol. 2. Rot. in novis dec. 304. num. 3. p. 2. Paris. ubi supra num. 51. & ita tutebar pro Reverendo Marco Antonio Sfron-dato.*

### PRIVILEGIUM CIV.

#### ARGUMENTUM.

Magistratus debent procurare utilitatem miserabilium personarum.

#### SUMMARIUM.

- 1 *Judex causas miserabilium personarum tueri debet.*
- 2 *Judex debet procurare utilitatem miserabilium personarum.*
- 3 *Magistratus sunt loco patrum.*
- 4 *Pater semper cogitat de commodo filii.*

**R**egulam firmo, quòd Judex causas miserabilium personarum tuendo, facit Deo rem gratissimam, ut scribit *Simanc. de republ. lib. 8. c. 29. juxta illud Eccles. cap. 35. de quo vide alios in præludio.*

<sup>2</sup> In tantum quod Judex debet procurare utilitatem miserabilium personarum, hoc enim leges injungunt Magistratibus, ut bonum utilitatemque minorum procurent, ac si esset filiorum priorum, *Bald. conf. 487. vol. 5.* asserens quod Judex debet id facere quod verissimiliter faceret pater si viveret, *l. quidem ff. de administrat. tutor. Surd. de alim. tit. 4. qu. 13. num. 36. & 37.* Magistratus enim sunt loco patrum, *l. tam dementis C. de Episc. audient.* imò facere debent de filiis aliorum, id, quod agerent in beneficio priorum liberorum, *l. 1. ff. de solut. capiend. melius consilium pro eis ad infar. patris, qui capit consilium pro ejus filiis, 4 & nihil cogitat, nisi de ipsorum commodo, & utilitate, l. nihil §. facilius ff. de bon. libert. l. nec in ea ff. de adulter. l. utilitatem ff. de confirmand. tut. Anna conf. 33. n. 9. ante eum Cravet. conf. 190. n. 2.*

Miserabiles itaque personas istas Magistratus tueri non se abstineant, juxta illud, Dominus deprecationem læsi exaudiet, & non despiciet preces pupilli, nec viduæ, & apud Ilii. legitur. Subvenite oppresso, judicate pupillo, & defendite viduam, *l. 3. ff. qui pet. tutor. vel curator.*

## PRIVILEGIUM CV.

## ARGUMENTUM.

Miserabiles personæ hospitari non tenentur.

*Exornatur text. in l. 2. C. de metal. & epidem. lib. 12.*

## SUMMARIUM.

- 1 Civitates omnes tenentur hospitari.
- 2 Miserabiles personæ hospitari non tenentur.
- 3 Syndicus, & Administratores Civitatis excusantur ab hospitio.
- 4 Beneficium datur propter officium, & cessante officio, cessat beneficium.
- 5 Beneficium non percipit negligens officium.
- 6 Doctores sunt excusati ab hospitando, & sic etiam Medici, Philosophi &c. n. 8. sed limita ut n. 7.
- 9 Familiares inquisitionis excusantur ab hospitio, sic etiam personæ ecclesiasticæ, milites levis armaturæ, & pedestres, & Bajuli Terra numer. 10. Forens. numer. 11. Conductores Fiscii numer. 12. & patres onusti filiorum.
- 15 Habens quinque filios à quibus oneribus sit immunis, & quid de habente duodecim num. 16. Sed qui veniant in tali numero, vide numero 17. Et à quibus muneribus non excusentur vide num. 18.
- 19 Civitates incamerata non obligantur hospitari sed bene dare transitum, viduæ divites tenentur contribuere in hospitio, sed non hospitari.

<sup>1</sup> Regula est, quod singulæ Civitates, Terræ, Castra, & Villæ tam Demaniales, quam Baroniales tenentur hospitari, *l. 2. C. de metal. & epidem. lib. 12. l. 2. C. de Episc. & cler.*

*Afflic. dec. 265. in fin. Cajal. de Imperat. qu. 110. casu 303. Alciat. conf. 174. post alios antiquiores, de Ponte depotest. Proreg. in tit. de provis. fieri solut. §. 6. numer. 6. eo magis si in tempore belli, Koppen. decis. German. 59. numer. 27.*

Tamen in favorem miserabilium personarum prodit privilegium, quo ipsi sunt exempti à tali onere, *arg. text. in §. item si propter paupertatem, ubi DD. infl. de excus. tut. & ita solum est rescribi, & mandari à Regia Camera. Sum. ut audivi à Practicis ipsius, & ita quoque multoties consultus respondi requisitus de voto, & præcipue dum reperiret in Civitate Lichten. de anno 1621. ubi etiam consultus dixi idem esse introductum in favorem Syndicorum, & Electorum Civitatum, & ad quos spectat regimen ipsarum, l. 3. C. de silentiar. lib. 12. traditque Luc. de penna in l. decem C. de metal. lib. 12. pro illo tamen anno, quo exercent officium secundum Cacher. in decis. Pedemont. 95. quem in facto sui sequutus in anno 1622. contra Administratores Insulæ Soriz, sed vide quæ conglomerat noviter Reg. Rovit. decis. 70. & quæ nos reputavimus in tr. de gravaminibus vassallorum, beneficia enim dantur propter officia, *Mont. de distribut. quotid. p. 2. q. 1. numer. 4. Garcia de benefic. par. 1. c. 2. numer. 60. & par. 7. c. 11. numer. 1.* unde cessante officio, debet cessare quoque beneficium, *arg. text. in c. cum cessante de appell. in 6. l. adigere §. quamvis ff. de Jur. patr. l. si pater ff. de hered. inflit. l. generaliter C. de Episc. & cleric. & juxta ea quæ latè cumulat Tusc. concl. 202. lit. C. quibus accedit illa regula juris, qua cautum est beneficium non debere percipere, qui negligit officium, cap. diversis fallaciis de cleric. conjug.**

Ut etiam Doctores esse excusatos à tali munere apparet, vigore, *text. in l. medicos C. de professor. & medic. tradunt glos. in l. 3. C. de numer. patrimon. in lib. 10. Menoch. de arbit. jul. casu 379. Azved. ad ll. Hisp. lib. 8. tit. 10. l. 1. numer. 111. Cancr. variar. resol. jur. lib. 3. cap. 5. numer. 73. Vivius decis. 162. Thesaur. in l. i. quest. forens. quest. 93. lib. 1. post alios Magistrat. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. numer. 190. lire actu legant, sive non, dummodo tamen causis incumbant, Niger in cap. Regni item statutus quod domus numer. 9. Puteus de syndic. in verb. Doctor. cap. 1. numer. 2. Grand. de bello exal. pag. 110. maxime ubi adest consuetudo non hospitandi, juxta sententiam Foller. in pragmat. 1. numer. 126. de appretio, cum consuetudinis vis maxima sit, juxta ea quæ plenè notavimus in nostris quæst. forens. quest. 95. cent. 1. & hæc immunitas extenditur etiam ad fratres Doctorum simul habitantes, *Sylvan. conf. 20. num. 12. Natt. conf. 1. & conf. 65. vol. 1.* nisi tamen esset necessitas hospitandi, quia in tali casu non excusentur, *Cancr. loco proximè cit. numer. 73. Gibban. de jure fisci cap. 4. numer. 35.* ubi dicit, quod prætextu necessitatis pauci Doctores sunt, qui à prædicto onere hospitandi liberantur, maxime in Villis, & parvis Castris, advertendo pariter, quod & si non teneantur hospitari, tamen sunt obligati ad contribuendum, si credimus *Capiblan. de auhorit. Baron. pragmat. 19. n. 86. & vide Caravit. in Rit. M.C.V. 166. n. 30.* nisi tamen in contrarium vigeret consuetudo, & ita fuit judicatum in Regia Camera Summaria, si que etiam*



## De Privileg. Miserab. Personarum. 283

etiam asseveramus de Philoſophis, Medicis, Grammaticis, & aliarum ſcientiarum Profeſſoribus ex d. l. *Melicos*.

9 Et ſecundum *Rois de haret. par. 2. n. 421*. Familiares ſanctiſſimæ adhuc Inquiſitionis excuſantur à tali munere, ut quo Clerici, Prælati, Religioſi, & aliæ perſonæ Eccleſiaſtica, vigore cap. *Regni item ſtatuiſmus*, ubi *Niger in comment. l. 1. ubi gloſſ. & DD. C. de Episc. & Cler. & juxta latiffimè tradita per Graſſ. in ſuo tract. de effect. cleric. effect. 4.* etiam eminente quacunq; neceſſitate, *Vulpel. de liber. Eccleſ. lib. 2. n. 47.* quem in facto fui ſequutus firmando pariter, talem immunitatem extendi quòque ad fratres clericorum ſecum habitantium in domo communi, *Arnon. ſing. 82. Bombin. dub. 8.* poſt ejus conſilia, *Marſil. ſing. 180. Aloyſ. de Leo in l. placet C. de ſacroſanct. Eccleſ. ubi allegat text. in cap. 1. de immunit. Eccleſ.*

10 Milites quoque levis, vel gravis armaturæ eſſe exemptos à tali onere apparet ex *text. in l. fin. §. pen. ff. de munerib. & bonor.* quod Ego extendo etiam ad milites pedeſtres novæ militiæ non tantum in actuali hoſpitiò, ſed etiam pro contributione, ut vidi praticari in Terra Piſitii pluries, ubi etiam ſcio fieri exemptos Juratos, & Bajulos Terræ, & quoque mercatores, qui ad tempus reſident ſunt immunes à tali onere, *Luc. de Pen. in rubr. C. de milit. neg. lib. 10. & poſt eum Capiblan. de author. Boron.*

11 *cit. prag. 19.* ubi etiam Neapolitanos eſſe exemptos dicit *l. 1. c. de corpor. Urb. Rom. lib. 10.* ut ſimiliter excuſari forenſes tam ab onere hoſpitandi, quàm à collectis, ad hunc effectum impoſitis tradit *Claper. in cent. cau. fiſc. de 37. & poſt ipſum Theſ. in q. forenſ. 93. lib. 1. & de exemptione Conductorum Fiſci loquuntur Guttier. de tutel. par. 1. cap. 20. Lopez in l. Hiſp. l. 14. tit. 16. par. 6. Laſard. de decim. c. 18. n. 11. & excuſari patres onuſtos filiorum videmus ex *text. in l. ſemper ff. de jur. immunit. videmus enim quod**

12 *ſive filios immunitis eſt à muneribus perſonalibus, l. nepotes cum gloſ. C. de his qui n. liber. ſe excuſ. lib. 10. l. de perſonalibus, & l. fin. eod. tit. plene Paerz. de excuſ. & public. muner. ob*

13 *herorum numerum n. 7. & numerus duodecim filiorum patri immunitatem acquirat ab omnibus muneribus, tam perſonalibus, quàm realibus, & à collectis, ac etiam ab iis, quæ perſonæ pro rebus imponuntur, gloſ. in l. ſi quis decurio C. de decur. lib. 10. Ale. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus ſub n. 6. ſolut. matrim. plenè Rolan. à Vall. conf. 52. vol. 2. Burlat. conf. 161. lib. 2. latè Cacher. conf. 6. pleniffime Theſaur. decif. 267. Franch. decif. 289.*

14 *copioſè Borrell. conf. 28. num. 10. centur. 1. in quo numero computantur tam maſculi, quàm foeminae etiam nuptæ & Religionem ingreſſæ, & emancipati, reſert Roland. à Valle conf. 52. numero 5. & ſeq. Theſaur. decif. 267. numer. 5. & quod in eo numero comprehendantur Moniales judicatum fuiſſe reſert Franch. decif. 33. & eadem ratione computatur Monachus, ut inquit Marant. conf. 81. numer. 21. & ad huc filii in bello amiſſi, qui per gloriam vivere cenſentur, & in hoc numero computantur. Paerz. de excuſat. parent. numer. 39. & ſeq. & computari quoque baſtardos dicit gloſ. in l. 3. C. de his qui numer. liber. ſe excuſ. Coſta in memorab. in verb. baſtardi, Polchrè Ruin. conf. 124. numer. 5. lib. 4. Ruland. à Vall. conf. 67. numer. 18. ut ſimiliter in hoc numero computati nepo-*

tis ex filio præmortuo pro unica tamen perſona, ait *Franch. decif. 259. numer. 14. & ſeq. de quo vide Theſaur. in decif. 267. num. 7. & ibi filium in addit. qui tamen aſſerunt mortuo patre, filios non gaudere tali privilegio, quod non recipitur à Menoch. in ſuo conf. 486. nec ab Anna in ſingul. 241. ubi contrarium reſert decifum in Regia Camera Summaria, ut etiam alias in eadem Regia Camera ſic quoque fuit decretum ſub die 4. Auguſti 1571. reſerente Præſidente David, & vide Surd. decif. 123. & plura apud Mole in decif. manuſcript.*

Bene verum ubi pater, & filii eſſent divites, & Universitas eſſe pauper, tunc ſecus eſt dicendum gloſ. in l. ſemper §. demonstratur ff. de jur. immunit. reſert *Theſaur. d. decif. 267. numer. 9.* qui adhuc dicit non procedere ſupradicta adverſus ſolutionem datiorum, & gabellarum ad Principem ſpectantium, licet contrarium ſcribat *Ruin. conf. 127. numer. 10. in ſin. lib. 4. Mandel. conf. 519. & ſic fuiſſe judicatum reſert Theſa. ibid. in addit. & in d. quaſt. forenſ. 93. lib. 1.*

Sunt exemptæ quoque à tali onere Civitates, & Terræ Camerales Baronum Regni, qui poſſunt reſervare ſibi unum ex eorum Terris in Camera, & ad talem effectum pecuniam accipere à vaſſallis. *Urſil. in addit. ad Afflic. decif. 101. Curt. 1. diverſ. feud. fol. 36. 46. & 47. de Pont. de poteſt. proreg. tit. 1. paragraph. 6. numero 22. qua electa pro Camera efficitur exempta ab onere hoſpitandi, Mur. Surgen. in addit. ad Fratrem de Neap. Illuſtr. cap. 21. privi. 49. noviffimè de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de proviſion. fieri ſolit. paragrapho 6. num. 19. cum ſeq. licet bene teneantur pro tranſitu, vel quando adeſſet mandatum Excellentiffimi Proregis in contrarium prout in anno 1619. & 20. fuit factum per Illuſtriſſimum Ducem Offunæ, an autem ſint exempti à contributione privilegii ab onere hoſpitandi, vide *Thor. in compend. in verb. immunitas hoſpitandi tom. 1.**

Unum tamen advertas, quòd licet viduæ dicantur miſerabiles perſonæ, ad plenè tradita per nos in *praxi electio. & variat. fori, & excipiuntur honeſtatis cauſa ab onere hoſpitandi, quotieſcumque tamen eſſent divites tenentur pro contributione, Capibl. in d. pragmat. 19. numer. 46. ex text. in l. 3. C. de muner. patrim. lib. 11. & ita ſæpius vidi praticari.*

### PRIVILEGIUM CIVI-

### ARGUMENTUM.

Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando ſunt ſubſtitutæ miſerabiles perſonæ.

### SUMMARIUM.

- 1 Prælegata in quo differant à legatis.
- 2 Prælegata regulariter non veniunt ſub fideicommiſſo, niſi appareat ex contraria mente teſtatoris, num. 3.
- 4 Author docet conjecturas, ex quibus apparere poſſit prælegata venire vel non venire in reſtitutione fideicommiſſi, & n. 5. 6. & 7.

## 284 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

- 8 Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi favore miserabilium personarum.
- 9 Dispositio facta in uno casu porrigitur ad alium favore piæ causæ.
- 10 Præsumptio propria causa excludit alias juris coniecturas, sive præsumptiones.
- 11 Præsumptio pro pia causa est capienda semper.
- 12 Prælegata facta miserabilibus personis vel Ecclesiæ, non veniunt in restitutione fideicommissi.
- 13 Legatum quod fit Ecclesiæ relinquitur pro solvendis debitis peccatorum.

**P**ro coronide infra dicendorum sciendum est breviter, quod prælegata differunt à legatis, nam legatum relinquunt illis, qui non fuerunt instituti hæredes in testamento, sed prælegatum non capitur nisi ab eo, qui hæres est institutus, vel in totum, vel in parte, & prælegatum non ideo vocatur, quod semper ante institutionem fiat, & à præcedentia institutionis (cum, & post institutionem, & substitutionem fiunt prælegata) sed quia ante partem, & quasi præter hæreditatem relictam capiatur, & hac de causa præceptionis etiam nomen obtinet in *l. Marcellus §. quidam liberis l. Lucius §. pluribus ff. ad Senat. Consult. Trebell. & in aliis iuribus.*

Qua declaratione ad utilitatem Tyrorum præmissa firmo regulam generalem in casu communi, quod quotiescumque hærede instituto relictum est prælegatum, eidemque deinde per illud verbum communi. *In omnibus aliis bonis substituto, &c.* injunctum est fideicommissum, numquam prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, juxta sententiam Soccin. in reg. 372. & conf. 170. numero 83. lib. 3. Coral. in *l. cum virum in princip. numero 6. C. de fideicommiss. Aret. conf. 153. optime Vigel. lib. 34. digestorum regul. 3. pag. mibi 1202. & post alios noviter Peregr. in suo amplo tract. de fideicommiss. art. 7. numer. 16. qui talem opinionem veram esse judicat, & sequitur, pro qua Nos quoque in facti contingentia sic respondimus de anno 1621. limitando tamen hoc non esse verum quoties aliquo contrarium appareret ex mente Testatoris vigore alicujus conjecturæ *l. cum virum C. fideicommiss. quia mens Testatoris in hac præcipue materia est plurimum attendenda, ex fusè traditis à Paris. in conf. 18. numer. 18. lib. 3. & in conf. 79. numer. 11. lib. 2. qui scribit, tales conjecturas etiam per testes probari posse videndus Franck. Steph. decis. Aquens. 46.**

Una autem ex conjecturis poterit esse, in habendo rationem personæ, cui prælegatum est relictum, & quis sit institutus hæres, videlicet si extraneus esset institutus hæres, & gravatus restituere filio Testatoris, nam in tali casu restituet quoque prælegatum cum reliqua hæreditate, attentâ doctrinâ Burt. in *l. liberto §. filium ff. de annuis legat. qui id tenet per illum text. quem ad hoc notabilem fatetur Jaf. conf. 175. lib. 4. & de communi dicit Rip. in *l. hæredes mei §. cum ita numer. 44. ff. ad trebell. plenè defendit Mant. de conjectur. ultim. volun. tit. 7. numero quarto & seq. ante eum Boer. decis. 280. numer. 4. & Grass. de success. in paragrapho fideicommissum quest. 47.**

in *fin.* sicque dicebatur in collegio habito ad favorem Angelæ de Lucia & litis consortium.

Item considerabitur persona, quando prælegatum est factum personæ, cui de jure aliquid est relinquendum, ut exempli gratiâ in ipso filio, vel in filia, cui dos vel erat jam tradita, sed in prælegato posita, aut nondum tradita, sed erat solvenda. Insuper in eo cui debetur aliquid ex quacunque causâ, ut à marito pro dote restituenda, aut ab alio pro ære alieno contracto, in talibus quidem casibus indistinctè nullâ habitâ ratione, si prælegatum sequatur, vel procedat, sive de portione, sive de hæreditate mentio facta fuerit prælegatum remanet præcipuum legatario, ut circa dotem uxori prælegatam, est *text. in l. Lucius §. Maritus ff. ad Trebell. & in l. cum pater §. si dei tuæ ff. de leg. 2. & in dote consuluit Aretin. conf. 153. & in relicto compensationis tradiderunt Castrenf. Soccin. Natf. & Menoch. quos recenset & sequitur Peregr. in d. artic. 16. n. 38. cum seq.*

Alia conjectura desumi potest ex verbis testamenti, ut puta institutione si Testator post factum prælegatum, & cæteris legatis utatur illâ communi formula communiter receptâ, *In omnibus aliis bonis instituo, &c. & substituo si hæres abique liberis deciderit M. & N.*

Quo in casu voluerunt nonnulli vigore dictionis (aliis) prælegata esse à fideicommissio separata attentâ conjunctione, & per quam substitutio intelligitur facta in illis tantum bonis, in quibus procedit institutio procedens, ut latè apud Dec. in *conf. 653. Oldrad. conf. 107. Jaf. conf. 175. lib. 4. plenè Rimin. Jun. conf. 147. numer. 50. lib. 2. Cuman. con. 37. Sylvan. conf. 49. numero 25. Paris. conf. 79. lib. 2. Fulgos. conf. 100. Corneus conf. 91. lib. 1. & reliqui apud Peregr. in cit. art. 16. numer. 44. in tali enim casu Testator censetur constituisse fideicommissum super residuo hæreditatis detractis legatis, & prælegatis antea relictis, & ideo recepta est opinio, quod prælegata non veniant in restitutione fideicommissi, juxta opinionem DD. de quibus apud eundem Peregr. ubi supra numer. 36.*

Item conjectura oritur ex verbis testamenti in formula ipsa prælegati, puta si Testator relinquat prælegatum ut illud hæres habeat pleno jure, & liberè, quia tunc non veniunt prælegata in restitutione fideicommissi, itâ *Curt. Jun. conf. 13. in fin. Soccin. Sen. conf. 43. numer. 11. lib. 4. Cuman. conf. 37. & post alios Peregr. in sepies citato artic. 7. n. 14. ubi concordantes allegat.*

Alia conjectura desumitur ab ordine scripturarum, ut exempli gratiâ, si prælegata sint facta post substitutionem, nam tunc, quia non præsumitur rogasse de eo, quod adhuc non dedit, non veniunt prælegata sub fideicommissio, ut post Antiquiores de communi autumant Soccin. *conf. 21. n. 8. lib. 4. Dec. Paris. & Rip. apud Mant. de conjectur. ultim. volun. d. tit. 7. numer. 21. Marzar. de fideicommiss. par. 2. qu. 2. magis communem dicit Rolan. conf. 34. numer. 7. lib. 1. Decian. conf. 92. n. 12. lib. 5. Gail. observ. 135. Raudens. dec. Pisan. 22. Cras. in d. §. fideicommissum q. 47. n. 14. in fin. Peregr. multos allegans cit. artic. 7. n. 63. & post reliquos Viv. dec. 408. numer. 18.*

## De Privileg. Miserab. Personarum. 285

7 Tandem aliam adduco conjecturam practi-  
cabilem omiſſis nonnullis de quibus apud re-  
laros DD. poſſunt videri, & eſt ut habeatur  
ratio circa qualitate in prælegati, videlicet ſi  
Teſtator in prælegato reliquerit majorem  
partem ſuarum facultatum, quod in illo ca-  
ſu plerumque fieri ſolet, quoties pater dividit  
majorem partem ſuorum bonorum inter fili-  
os; inde illos in aliis bonis inſtituendo eos  
invicem ſubſtituit, hoc enim in caſu venire  
in reſtitutione prælegata, dicebam ad favo-  
rem niſi de Abenantem contra hæredes Do-  
minici Mariani ex gloſ. in l. ſextiam ff. de  
leg. 3. Bart. in l. quid ergo ff. de leg. 1. Imol.  
& Angel. in l. filio pater eod. tit. Ruin. conf.  
152. numer. 6. lib. 3. Dec. conf. 254. Paris.  
conf. 18. numer. 16. lib. 3. Caphal. conf. 259.  
numer. 6. Gail. obſervat. 135. lib. 2. Raudenſ. d.  
dec. 22. numer. 8. & ut alios rejiciam Magon.  
decif. Florent. 15.

8 Et has conjecturas (poſt hæc ſcripta viſus)  
ſuſo calamo probat, & autumat Theſaur. fo-  
renſ. quaſt. 17. part. 1. qui omnino erit vi-  
dendus pro materiæ diſcudatione. Favore ta-  
men miſerabilium perſonarum, Ego dico,  
prælegata venire in reſtitutione fideicommiſſi,  
ſi eſſet ſubſtitutum Hoſpitale, in quo tales  
miſerabiles perſonæ educantur, & curantur  
ex text. in l. 2. ff. de manumif. teſt. per quem  
Roman. in auth. ſimiliter numer. 88. C. ad l. fal-  
cid. voluit, quod una diſpoſitio facta in certo  
caſu porrigatur ad alium caſum favore piæ  
cauſæ, Sccin. in reg. in verb. privilegia numer.  
382. Dec. conf. 182. numer. 2. ubi aſſerit quod  
diſpoſitio ad piæ cauſas locum habet, quam-  
vis non contingat caſus, juxta ordinationem  
Teſtatoris, Tiraquell. de privileg. piæ cauſæ pri-  
vileg. 62. Mant. de conjeſt. ultim. volunt. lib.  
6. tit. 3. num. 39.

9 Et pro hac opinione cauſæ, quod præſump-  
tio & conjectura piæ cauſæ quia præſump-  
tionem Teſtatoris, quæ cunctis rebus eſt antepo-  
nenda, ut aliàs in hoc eodem tractatu dixi-  
mus tollit alias præſumptiones juris, ac ſupe-  
rat, argum. text. in l. ſancimus C. de ſacroſ. Ec-  
cleſ. ut ſingulariter tradidit Jaſ. in l. ſi quis id  
quod ff. de juridi. omn. judic. num. 22. unde ſem-  
per pro piæ cauſa præſumptio capienda eſt,  
niſi expreſſe appareat de voluntate Teſtato-  
ris. Doctores autem in hoc articulo ſi præle-  
gata veniant in reſtitutione fideicommiſſi non  
ponunt regulam negativam, quod non ve-  
niant, quia apparet de voluntate Teſtatoris  
prælegantis, ſed dicunt recurrendum eſſe ad  
conjecturas ut habetur per Menoch. de præ-  
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 194. ubi totam hanc  
materiam eſſe conjecturalem faſetur.

10 Cæterum modiſca prælegata facta miſerabi-  
libus perſonis non venire in reſtitutione fi-  
deicommiſſi, ex adductis per Genuenſ. in prac-  
ticabil. Eccl. quaſt. 558. ex quibus ipſe firmat,  
prælegata facta Eccleſiæ, non venire in reſti-  
tutione fideicommiſſi, quia quod legatur  
Eccleſiæ, vel miſerabilibus perſonis relinquitur  
pro ſolvendis debitis peccatorum cap. Pon-  
tifices 12. quaſt. 3. & conſequenter non de-  
bet venire in reſtitutione fideicommiſſi, prout  
11 ita favore animæ poſſet concludi, & aſſeve-  
ramus eſſe obſervandum à bonis Chriſtianiſ.

### PRIVILEGIUM CIVIL.

### ARGUMENTUM.

Bona Oeconomi Orphanotrophii, in quo  
reſident miſerabiles Perſonæ, ſunt faci-  
tè hypothecata pro male adminiſtra-  
tis, & tacita hypotheca incipit à die  
adminiſtrationis.

Exornatur Text. in l. ſi pro officio, ubi  
gloſſ. C. de adminiſtr.

### SUMMARIUM.

- 1 Orphanotrophium Miſerabilium Perſonarum  
habet tacitam hypothecam in bonis ſui Oe-  
conomi, & incipit à die adminiſtrationis,  
num. 10.
- 2 Prælatus reputatur tanquam maritus ſua Ec-  
cleſiæ, ibid. & equiparatur tutori, n. 5.
- 3 Argumentum de matrimonio carnali ad ſpiri-  
tuale, eſt validum.
- 4 Uxor habet tacitam hypothecam in bonis viri.
- 5 Eccleſia equiparatur minori.
- 6 Bona tutoris ſunt obligata pupillo, ibi. Sic  
etiam bona conductorum rerum ſiſcalium  
Fiſco, num. 6.
- 7 Hypotheca minimè inducitur niſi in caſibus  
à jure expreſſis.
- 8 Ratio ubi eſt eadem, idem jus eſt ſtatuen-  
dum.
- 9 Declaratur Capitulum Regni incipiens Ladis-  
laus.
- 10 Hypotheca tacita in bonis tutoris incipit à  
die adminiſtrationis.
- 11 Favore anima, & Eccleſiæ, cui faciendæ  
eſt reſtitutio, bona debentis reſtituere ſunt  
tacitè hypothecata.

**R**egulam firmo. Orphanotrophium Mi-  
ſerabilium Perſonarum habere tacitam  
hypothecam in bonis ſui Oeconomi, ſeu  
Adminiſtratoris, nam Prælatus reputatur  
tanquam maritus Eccleſiæ, cap. ſicut vir non  
debet, & cap. ſicut alterius 7. quaſt. 1. &  
valet argumentum de matrimonio carnali ad  
ſpirituale, & e contra cap. inter corporalia de  
translat. Epifc. cap. cum inter Canonicos de  
elect. Gom. in l. Tauri 29. num. 14. Franch.  
dec. 146. num. 2. Vivius dec. 255. num. 39.  
Menbac. quaſt. illuſtr. c. 35. num. 20. Boer.  
dec. 1. num. 18. Tuſc. concluſ. 506. lit. A. num.  
2. Seſſ. dec. 171. num. 2.

Unde ſicut uxor habet tacitam hypothe-  
cam in bonis mariti pro dote reſtituenda, &  
ejus adminiſtratione, l. unic. §. & pluries, C.  
de rei uxora. l. à viduis, C. qui potior. in pignor.  
habeantur, ita pariter eandem tacitam habebit  
Eccleſia in bonis ſui Prælati, & alterius cu-  
juſque adminiſtrantis, ſive Oeconomi, &  
conſequenter, ſic etiam Orphanotrophium in  
quo reſident miſerabiles perſonæ.

Quæ opinio etiam miſerabilis quia Ec-  
cleſiæ equiparatur minori, c. 1. de reſtit. in  
integr. unde ſicut bona tutoris ſunt obli-  
gata pupillo, gloſ. in l. ſi ea, C. de legitim.  
tutor.

tutor. etiam si essent bona dotalia matris, vel aviarum quæ sunt legitimæ tutrices, *auth. matri, & avia, C. quando mulier. tutel. offic. fung. poss. ita tradunt Soccin. conf. 146. Dec. conf. 349. col. fin. Rolan. à Vall. conf. 17. nu. 6. lib. 4.* quos cum aliis novissimè recenseret Regens Valenzuel. *conf. 15. num. 2. vol. 1.* ita quoque bona Prælati erunt obligata Ecclesiæ, cum etiam Prælati in multis æquiparentur tutori, *Felyn. in cap. cum Deputati, ubi etiam Abb. de judic. & hanc rationem in proposito adducit Negusant. in suo tract. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 121. & ante eum Abb. in cap. ex literis, num. 11. d. tit. de pignoribus.* ubi similiter scribit idem procedere in Fisco, cui sunt tacite obligata bona conductorum vectigalium, *l. semper, S. divus. ff. de jur. immunis.* ergo etiam bona Prælati, & Oeconomi, qui quasi contrahit cum Ecclesia prælaturam acceptando *cap. nisi de renunciat.*

7 Nec refragatur, quod hypotheca minimè inducatur, nisi in casibus à jure expressis, *glos. in l. fundi, ff. de privileg. credit. Rip. in l. damus, n. 9. ff. cit. tit. Surd. dec. 27. n. 19.* Respondeo enim iustificare, quod adsit eadem ratio, & mittet argumentum à paritate rationis de matrimonio carnali ad spirituale, de minore ad tutorem ad Ecclesiam, & Prælaturam ad propositum, & effectum inducendi talem hypothecam, *Escobar. de ratiocin. cap. 39. numer. 13. Abb. in d. cap. ex literis num. 11. de pignorib. & in hoc casu non dicitur extensionem fieri, sed dari proprium intellectum, cum comprehendatur Bal. in l. per diversas col. 1. in fin. C. mand. Alex. in l. curatoris, C. de negot. gest. Anchar. conf. 112. Tiraquell. in l. libertis numer. 44. & 45. C. de revocand. donat. Cyn. in l. quod verò eod. tit. Castrens. consil. 411.*

8 plene *Salyc. loquens in materia statuti in l. 2. num. 21. C. de noxal. ubi numer. 22. firmat, quòd quando est eadem ratio, & omnimoda similitudo etiam in correctoriis facienda est extensio, nec tunc dicitur fieri extensio juris, sed terminorum, nam casus, quos necit paritas æquitatis, & identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem separandi glos. in l. 1. in fin. ff. solut. matrim. Aret. in S. fere igitur instit. de rerum divis. ubi propter hoc singulariter dicit, quòd, licet omnes text. loquentes licere venari in fundo alieno ante prohibitionem Domini, nihil dicant de piscatione in alieno; tamen, quia eadem est ratio, utrobique sentit idem juris esse per l. illud C. de sacros. Eccles. Ex quo merito dicebam in facti contingentia, Capitulum Regni incipiens Ladislaus, quo cavetur, in instrumenta confecta per Notarios vasallos pro Barone, aliquam fidem non faciant, ut tradunt quoque *Anna singul. 244. Franch. decis. 118. Maria decis. 186. & 188. ubi loquitur, & affirmat procedere etiam in instrumento dotis confecto in favorem Baronis habere quoque locum, & extendi in instrumento confecto in favorem Domini Affictatoris alicujus Terræ, seu Castri, ex Marta d. decis. 186. col. fin. Viscont. in addit. ad Franch. decis. 118. meminit Illustr. Episcopus D. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. 154. part. 2. militat enim eadem ratio, ergo sub eadem legis dispositione continetur. Fui tamen consultus (ut ad casum propositum deveniam) à quonam scilicet tempore bona Administratoris, sive Oeconomi Orphanotro-**

phii miserabilium personarum incipiant esse tacite obligata pro malè administratis ipsi Orphanotropho, & quidem respondendo transivi cum sententia, quod hæc tacita hypotheca inciperet à die administrationis incipitæ, & non à tempore damni dati, & illati, seu malæ gestionis, prout ita in specie de tacita hypotheca concludunt *Abb. in cap. Episcopus de præben. glos. in cap. similiter 16. quest. 1. & in cap. ex literis de pignor. Lup. de donat. inter vir. & uxor. S. 66. num. 21. Pequius in tract. de Eccles. repar. cap. 4. num. 3. ubi testatur de communi, & ita quoque asseverat Escobar. de ratiocin. cap. 39. num. 13. quos omnes aliàs fuimus sequuti de anno 1622, in quadam causa vertente in Curia Episcopali Civitatis Theani, pro qua decretum ut nostra erant vota obtinimus.*

Et juvat pro comprobatione, quia contrahitur hypotheca tacita de bonis tutoris, vel curatoris, aut eorum, qui pro talibus se gesserint à die qua incipiunt administratione uti, donec satisfaciant *l. pro officio, ubi glos. C. de administr. tutor. l. de creationib. C. de Episcop. audient. l. fin. S. inventario, C. de curat. furiosi, S. fin. autem, audent. de hered. ab intest. collat. 1. Fal. in S. item, Serviana instit. de act. Lopez. in l. H. sp. tit. 12. p. 5. Molin. de just. & jur. disp. 223. quos cum aliis novissimè comprobatur Reg. Valenzuela conf. 15. numer. 1. vol. 1. quo loci tractat articulum istum, à quo scilicet tempore Tutoris, & Administratoris bona incipiant obligari, & concludit juxta relatam sententiam, quam nos bis recepimus unà vice in causa vertente in Magna Curia Vicariæ hujus almæ Civitatis, cujus nos eramus patroni, & alteri in causa, quæ diceptabatur in foro laicali Civitatis Sarni de anno 1619. cujus decisio adhuc desideratur, ex quo partes non sequuti sunt litem, quas certe omittere debemus in his temporibus sic extremis.*

Sed an favore animæ, & Ecclesiæ, cui facienda est restitutio bona debentis restituere sint tacite hypothecata, affirmat *Genens. in suis practicabil. Eccles. quest. 175. tricen. 6.*

## PRIVILEGIUM CVIII.

### ARGUMENTUM.

Instrumento deperdito Testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti favore Miserabilium Personarum.

### SUMMARIUM.

- 1 Testes deponentes se vidisse instrumentum, ad hoc ut probat quæ requirantur.
- 2 Favore Miserabilium Personarum instrumento deperdito testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti.
- 3 Sic etiam est favore Fisci, & favore Ecclesiæ, num. 4.

**R**egulariter, testes deponentes se vidisse Instrumentum, ad hoc ut probent, duo neces-

## De Privileg. Miserab. Personarum. 287

necessariò requiruntur. Primò amissio originalis instrumenti, & secundò quod ipsi testes sint valde periti, *Mascard. de probat. concl. 32. num. 29.* ut Notarii, & Advocati, alias nisi forent testes ita periti eorum dicta, depositiones nullam facerent fidem, ita *Dec. conf. 52. n. 3.* & scribit *Abb. in conf. 98. vol. 2.* quod si testis asserat se literas nescire non posset perfectè scire de scripturis, & opinioni huic faciliè assentitur etiam *Bart. num. 6. Dec. num. 28. Curt. Jun. n. 24. Riminal. col. 3. & Cagnol. n. 46. in auth. si quis in aliquo, C. de edend. qui omnes ibi indicant istam fore communem sententiam, Afflict. decis. 274. & ibi Ursill. in addit. n. 1. Surd. conf. 109. num. 13.* ubi omnia ad præsentem rem sic egregiè absolvit, ut nemo meliùs singulari methodo expressit, atque exornavit artificio, imò *Bolognet. in d. auth. si quis in aliquo, n. 35.* curiosè quidem studuit probare sex requisita fore necessaria in præsentis quæstione, & tria *Ferret. conf. 371. numer. 1. & seq. vol. 2.* quæ re ipsa ad duo jam præmeritata requisita reducuntur, ut advertit idem *Surd. conf. 144. num. 1. & seq.* prout ita declaravit Sacra Audientia Barenfis in anno 1588, in causa Magnificæ Universitatis Vigiliarum, ut refert *Viu.* hæc Omnia dicens in *dec. 165.* Et mihi accidit in facto in causa Joannæ de Beatrice, cum Simeone de Andrea.

<sup>2</sup> Tamen favore miserabilium Personarum instrumento deperdito testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti, ut in facti contingentia requisitus de voto respondi pro Orphanotrophio cujusdam Civitatis de anno 1622, in quo reponuntur peregrini, & cæteræ miserabiles personæ.

<sup>3</sup> Movebar, quia favore Fisci instrumento deperdito testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti, l. 2. §. *divus*, & ibi *Bart. de jur. fisc. DD. in l. si de possessione, C. de probat. Abb. & alii in cap. cum olim de privileg. ergo sic etiam annuere debemus favore miserabilium personarum.*

<sup>4</sup> Et conducit favore Ecclesiæ instrumento deperdito testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti, ut probat *Genuens. in suis practic. Eccles. quæst. 182. tricen. 7. ex Præpos. in cap. quis nesciat, dist. 9. & Everar. in loco à Fisco ad Ecclesiam*, ubi dicit hoc esse menti tenendum; ergo sic favore Miserabilium personarum annuere debemus.

### PRIVILEGIUM CIX.

### ARGUMENTUM.

Jus sepulturæ competens alicui familiæ illa extincta ab Episcopo loci Ordinario aliis concedi potest, præcisè pro usu Pauperum exterorum, & miserabilium Personarum.

### SUMMARIUM.

<sup>1</sup> Extincta familia habente jus sepulturæ potest loci ordinarius talem sepulturam aliis concedere, & amplia eo magis favore miserabilium Personarum, num. 7.

<sup>2</sup> Sepultura usus liberè redit ad Ecclesiam ac-ficiente progenie illorum habentium tale jus.

<sup>3</sup> Ususfructus cessat morte usufructuarii.

<sup>4</sup> Jus sepulturæ amittitur destructa Ecclesiæ.

<sup>5</sup> Jura sepulchrorum habent similitudinem aliquando cum jure patronatus.

<sup>6</sup> Jus patronatus redit ad mensam, & efficitur liberum extincta familia, cui illud compete-bat.

<sup>8</sup> Ossa illorum qui habebant jus in sepultura, destructa familia, & jure sepeliendi aliis concessio, non possunt exhumari, & alibi poni.

**R**egula est quidem licere Episcopo loci Ordinario concedere aliis jus sepulturæ competens familiæ, dum jam progenies talis familiæ est extincta, ut in terminis *Rodriquez. in sum. tom. 4. addit. in verbo sepultura, conclus. 14. Portel. par. 2. respons. moral. cas. 20. numero 1.*

Siquidem sepulturæ jus liberè regreditur ad Ecclesiam, quando deficit progenies illorum quibus compete-bat, ut apud *Silvestr. in summa in verbo sepultura quæst. 3. Ubaldo de portion. canonic. cap. 10. numero 6.* Ualde ad propositum referendo sequitur *Lavor. var. lucubrat. jur. tit. 2. cap. 9. de prisco, & recenti funerandi more num. 25.*

Conducit simile de usufructuario, quo extincto usufructus cessat ad *text. in l. penult. C. de usufruct. & proinde usus mortuo usufructuario revertitur ad proprietarium.*

Et facit, nam destructâ Ecclesiâ amittitur jus sepulturæ, *Lambert. de jur. patronat. lib. 3. quæst. 7. art. 1.* igitur destructâ familiâ extinguitur jus sepeliendi in illa.

Nec non satis juvat hanc opinionem, nam videmus jura sepulchrorum habere similitudinem cum jure patronatus, cum multa quæ procedant in jure patronatus habeant locum pariter in jure sepulchrorum, *Rocch. de Curt. in tract. de jur. patr. in verbo Ecclesiam, numero 14. Lambert. in ejusdem nominis tr. lib. 1. par. 2. art. 3. q. 2. in pr.*

Et tamen indistinctè videmus, ut destructâ familiâ cui compete-bat jus patronatus, beneficium redire ad Mensam Episcopalem, & effici liberum, & ab eae provideri absque alterius presentatione *Abb. in cap. 1. num. 10. de elect. Vivian. de jur. patronat. par. 1. lib. 4. cap. 2. num. 79.* quia jus patronatus relictum familiæ illâ extinctâ extinguitur, *Seraphin. decis. 378. n. 5. Roca in lucana juris patronatus 21. Junii 1602. coram Eminentiß. Card. Mellino; Gabr. conf. 196. lib. 2.*

Quæ omnia si procedant pro corroboratione talis opinionis in abstracto; eo maxime in concreto dicebam habere locum, dum quidam illustrissimus Archiepiscopus Regni stante extinctione cujusdam familiæ habentis jus sepulturæ in Matrice Ecclesia cujusdam Terræ illam sepulturam concesserat pro usu pauperum, exterorum, & aliarum miserabilium personarum.

Cæterum observabis, quod ossa illorum de tali familia, quæ habebat jus sepeliendi, non debent exhumari, & alias transferri, quia per sepulturam acquisiverant jus, & injuria illis infereretur, & sequeretur scandalum viventium si absque eorum culpa ex-huma-

humarentur, & hanc sententiam probat *Portel. d. cas. 20 sub num. 1. pag. mihi 449.*

## PRIVILEGIUM CX.

## ARGUMENTUM.

Transactio, sive concordia, vulgò *Accordio*, facta à majori parte Universitatis, præjudicat Civibus successoribus, maximè favore Miserabilium Personarum.

*Exornatur Text. in loci corpus, §. si fundus, ff. si servit. vendic.*

## SUMMARIUM.

- 1 Conventio facta per majorem partem Universitatis est observanda maximè favore dirimendarum litium, quo casu major pars potest præjudicare minori, num. 2. & amplia ut num. 3. Et sic etiam dicas favore Ecclesiæ numer. 12.
- 2 Dictio (omnis) est intelligenda juxta subjectam materiam.
- 3 Conventio facta à majori parte Universitatis præjudicat Civibus successoribus.
- 4 Concordia regulariter successoribus non nocet, nisi tamen sit facta ab Universitate, ibid.
- 5 Universitas semper est eadem licet varietur ex mutatione personarum.
- 6 Sententia nocet omnibus de Universitate etiam successoribus.
- 7 Cives successores ligantur ex compromisso, & transactione facta per Universitatem.
- 8 Præsens, præteritum, nec futurum datur in Universitate.
- 9 Major pars Capituli cum Episcopo potest statuere, ut quilibet Canonicus contribuat ad sustentationem scholaris.
- 10 Episcopus potest statuere ut certa pars reddituum beneficiorum vacantium ad tempus deputetur pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis.

- 1 **R**egula est clara, quod conventio facta per majorem partem Universitatis est observanda, non obstante quod minor pars Civium contradicat, *cap. 1. & 2. de his que sunt à majori parte capituli cum concordantibus de quibus supra in privileg. 2. maximè favore dirimendarum litium, quo casu major pars potest præjudicare minori etiam in re communi pluribus, ut singulis, cap. prudentiam de offic. Deleg. cap. fin. de re judic. l. duo ex tribus, ff. eodem titulo, Franc. Marc. decis. 490. num. 17. tom. 1. post Felyn. in c. cum omnes numer. 15. de const. & Bart. in cit. l. quod major, ff. ad munic. & præcipuè ubi ageretur de libertate, & de eximenda*
- 2 Universitate ab alio onere, quo in casu etiam in actu communi, uti singulis major pars prævalet minori, & illi præjudicare potest *l. majori, & l. suum, §. fin. ff. de rescript. Ferrer. in cap. cum omnes numer. 42. ubi etiam Felyn. & Bobic. de constit. Franc. Marc. decis. 490. num. 15. & 16. tom. 1. referens pro-*

cedere etiam si concernat actum particularis, §. olim erat instit. de donat. l. 1. C. de comm. serv. manumif. in tantum quod si essemus in actibus voluntariis adhuc talem actum valere, & minori parti præjudicare, nisi per eam attendatur de irrationabilitate, docuit Felyn. in cit. cap. cum omnes col. 10. quo in loco si quoque tradit de actu utili, in quo non est dare ullam irrationabilitatem, quæ nullatenus, & nunquam potest considerari, quoties agitur de recessu à lite, & exemptione, ac reductione in libertatem, quibus de causis actus erit licitus, & poterit exerceri à majori parte, licet esset faciendus per omnes, cum ista dictio (omnium) intelligenda sit juxta subjectam materiam, scilicet majoris partis, ad hoc ut eripiatur occasio difficilior, & raro expediendi negotia, prout accideret, cum semper homines dissentiant, & tot sint sententiæ quot capita, & cervices, *l. quia poterat, ff. ad Trebell. Fulgos. Bald. & reliqui in l. rescriptum, ff. de pact. Alex. in addit. ad Bart. in l. quicumque in fin. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Cagnol. in l. aliud, paragraph. refertur, num. 2. ff. de regul. jur. Corset. singul. 384. & alii recentiores, & novissimi Scribentes, quos consultò omitimus.*

Dubitationis tamen articulus cadebat super eo, si scilicet transactio facta per eandem Universitatis majorem partem in anno 1600. in favorem Hospitalis in quo adfuit, & aluntur egeni, ægroti, & peregrini per Cives ejusdem potuissent infringi, discussione nobis transmissâ, ad hoc ut nostrum impartiremur votum transimus cum opinione negativa, siquidem, licet concordia regulariter successoribus nocere non possit, qui in ea non intervenerunt, nec sunt hæredes prædecessorum, nec successerunt in eorum bonis neque ab eis aliquam causam, si res inter alios acta, quæ aliis nocere minime debet *l. de unoquoq. ff. de re jud. l. sape constitutum est ff. eod. tit. l. nam, & postea in fin. ff. de jur. jur. l. Lucius ff. de his qui notantur in fam. l. modestius respondit ff. de except. Mascard. de probat. conclus. 1243. Cardoso. in praxi Jud. & Advoc. in verb. res a num. 25. cum seq. Tusc. conclus. 274. lit. R. tamen si per majorem partem Universitatis aliquid statuitur bene transit in privatos, posteros, & abfentes *l. supra §. Cassius ff. de aqua pluvi. arceud. l. loci corpus §. si fundus ff. si servit. vendic. quia in simili casu non habetur ratio, quod res sit inter alios acta, sed sufficit, quod conventio sit facta per majorem partem universitatis, quæ quidem repræsentatur per omnes successores, cum semper dicatur idem populus, licet varietur ex mutatione personarum, & quamvis excessissent trecenter mille anni, & nullus viveret ex eis, l. proponebatur ff. jud. Addit. ad Guid. Pap. in decis. 279. ubi refertur sic pluries judicatum, Papon. arrest. 1. in tit. de Univers.**

Pro cujus opinionis comprobatione facit illud, quod asseveratur de sententia, quæ quidem nocet omnibus de Universitate etiam successoribus, juxta opinionem *Guid. Pap. in decis. 279. & in cons. 271. num. 4. & Barbof. in l. cum proponebatur n. 28. & 29. ff. de judic. quo in loco scribit hoc esse verum, & si mutata sit gubernii forma, cum semper sit ipsamet Civitas, & Universitates idemque populus,*

## De Privileg. Miserab. Personarum. 289

gens eadem, licet nantur Cives, & habitantes Bald. in cap. publicato num. 10. de lect. Alvar. in cap. 1. §. numer. 1. de alien. iud. Mandos. conf. 91. numer. 5. & 8. um aliis receptoribus.

Quare merito Natta in suo conf. 589. à numer. 16. cum seq. post antiquiores, quos alleget, in illam descendit sententiam, quod in compromisso, & transactione facta per Universitatis majorem partem, singuli successores igitur, ut quoque in similibus contractibus esse verum docuit Bal. in conf. 159. lib. 5. & in l. sicut municipii §. decurionibus, ff. quod quisque Universit. nomin. ubi ait, quod semper tales contractus firmi permanent, cum sint gesti nomine Universitatis, quæ nunquam moritur, nec habet hæredem, sed in semetipsa continuè vivit, ad text. in l. 1. §. fin. ff. si quis jus doceat, non obtemper. & juxta plenè tradita per Maring. in dec. 55. à numer. 33. cum seq. ubi quod eadem Universitas quamvis corpora mutantur, l. si cum testamentum §. si petiero ff. de except. rei judic. l. 3. ff. de rei vindic. l. si grege ff. de legat. 1. ità quod in Universitate non dari præsens præteritum, nec futurum, ex supra dictis annuere debemus.

Hæc omnia cum generaliter sint vera, nullà habità ratione personarum, ergo quantum magis debent procedere in casu nostro, ubi agitur de favore Hospitalis, in quo tot miserabiles personæ aluntur, & curantur.

Sed an Ecclesiæ favore major pars Capituli Canoniorum attendatur in his, quæ respiciunt singulos, ut singulos licet minor pars contradicat, affirmat Genuens. in practic. Eccles. quæst. 209. cujus hæc sunt verba.

*Ecclesia Cathedralis indiget reparatione* Episcopus cum majori parte capituli statuit, ut quilibet canonicus teneatur aliquid conferre pro reparatione, an minor pars quæ contradicit ligetur statuto, & videtur negativè respondendum, quia major pars non potest præjudicare minori in his, quæ pertinent ad singulos, l. per fundum ff. de servit. rust. prædior. contrarium deducitur in cap. fin. de his quæ sunt à majori parte capituli, ut attendatur major pars, ubi agitur de reparatione Ecclesiæ, quæ continet tam pium opus, nec obstat, quod agatur de interesse singulorum, ut singulorum, nam respondet Innoc. id procedere quando redditus pertinent ad singulos jure proprio, sed in casu d. cap. fin. pertinent ad singulos jure Ecclesiæ, cum redditus canonicorum sint Ecclesiæ licet deputentur singulariter pro eorum sustentatione, quod dicit esse valde notabile Abb. ex quo etiam colligitur limitatio ad regulam communem videlicet quod factum à majori parte prævaleat, juxta cap. de his quæ sunt à Prælatiis, & l. quod major ff. ad municipal. etiam cum disponit de pertinentibus ad singulos jure tantum collegii intelligi tantum id procedere, quando agitur de opere pio, & necessario alias cessante utilitate, vel necessitate, seu pia, & necessaria causa non procedit.

Infert etiam, quod major pars etiam pro opere pio non posset obligare minorem partem ad contribuendum de proprio patrimonio. Ratio est, quia major pars non habet

jurisdictionem in minorem partem, & ideo non potest per statutum obligare personas, & eorum patrimonium, sed quando disponit de bonis collegii, tunc major pars censetur tota Universitas, & videtur disponere de rebus propriis, cum bona collegii censeantur propria ipsius corporis ficti, & non singulorum de collegio c. qui manumittitur 12. q. 2.

Elicis etiam singulariter ex d. text. in cap. fin. quo potest Episcopus, & major pars capituli statuere, ut quisque debet contribuere ad sustentationem scholaris docilis existentis in studio faciunt in argum. not. in cap. super specula de Magistris.

Potest etiam Episcopus, quando ipse & 13 capitulum ex suis redditibus non potest reparare Ecclesiam deputare partem reddituum beneficiorum vacantium pro reparatione Ecclesiæ ad tempus, ut probatur in cap. unico ut Ecclesiastic. beneficia in fin. gloss. Innoc. Abb. & Joan. Andr. in cap. si propter de rescript. in 6.

### PRIVILEGIUM CXI.

#### ARGUMENTUM.

Confessio absque causa parit effectum favore miserabilium personarum.

Ad limitationem text. in l. cum de in debito §. fin. ff. de probat.

#### SUMMARIUM.

- 1 Confessio proprii oris est major omnibus probationibus, & prævaleat dictis testium numer. 2.
- 2 Confessio proprii oris semper apponi potest.
- 3 Confessio oris proprii probat contra Fiscum.
- 4 Præsumptio juris, & de jure non admittit contrariam probationem, sed limitat ut ibidem.
- 5 Confessio absque causa, est nullius momenti.
- 6 Etiam si favorem dotis respiciat, & sive facta sit absente, sive præsentem, numer. 8.
- 7 Confessio absque causa, respiciens favorem miserabilium personarum tenet, sic etiam si respiceret favorem piæ causæ, ibid.
- 8 Sic pariter si facta sit in instrumento garantigiaro, vel in ultima voluntate n. 11. vel si esset geminata numer. 12. quod tamen declarata ut ibidem, vel si esset facta in judicium. 13.

**R**egula est trita, quod nulla major reperitur probatio, quam proprii oris confessio, l. cum te C. de transact. cum dicatur Regina probationum omnesque alias superet Roland. conf. 21. numer. 3. lib. 1. & inquit Rimin. Jun. conf. 502. numer. 3. lib. 1. est omnium probationum Illustrissima, exornatque idem conf. 242. numer. 64. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 1. numer. 37. Grav. conf. 75. numer. 1. vocaturque probatio superlativa Bero. conf. 16. numer. 2. lib. 2. in tantum quod partis confessio prævaleat dictis testium, etiam si mille essent, scribit Bursar. conf. 111. numer. 14. lib. 1.

im, erari ut dicta retium sint in vana dixit *Cravet. conf. 61. num. 3.* etiam si essent mille testes, *Cæsar. de Grass. dec. 75. num. 2. de testib. Gabriel. concl. 75. eod. tit. & esse majorem quocunque publico instrumento asserit Cravet. conf. 61. num. 3. & conf. 217. num. 10. sequitur Riminal. Jun. conf. 388. num. 73. lib. 4. & conf. 399. numer. 85. tantæque est*

3 efficacia, ut nunquam censeatur, sed semper & quandocumque opponi possit etiam contra præsumptionem juris, & de jure Ludov. *decif. Lucens. 5. n. 44.* & non tantum est efficax contra contententem, sed contra quemcunque illius successorem etiam singularem habentem causam ab ipso contentente, *Socc. conf. 82. num. 4. lib. 3. Ruin. conf. 120. num. 16. lib. 2. & conf. 76. num. 12. & 18. lib. 5. Soccin. Jun. conf. 180. nu. 35. lib. 1. Riminal. Jur. conf. 214. nu. 9. lib. 2. Tob. Non. conf. 66. nu. 7.*

4 & probare etiam contra Fiscum, si est successor, tradit *Puteus dec. 3. de confes. in manuscriptis*, ubi pulchrè id ampliatur procedere etiam si Fiscus successerit in pluribus, &

5 conveniens unum tantum habuisset, imò quamvis præsumptio juris & de jure non admittat contrariam probationem, tamen eliditur ex confessione par. is in contrarium, *Decian. conf. 40. num. 44. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 61. num. 4. 5. & 6.* ubi tamen declarat procedere si confessio fiat super his, quæ pendent à facultate contententis, & etiam si confessio facta sit in instrumento nullo, adhuc probare adnotavit *Jafon. in l. certi conditio §. si nummos num. 34. ff. si cert. pet. Ruin. conf. 53. num. 15. lib. 2. Imol. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus num. 11. ubi quoque Alexan. num. 11. & Cæstr. num. 4. ff. de verb. oblig. Mascard. de probat. concl. 358. Gabriel. conclus. 10. num. 8. de claus. Croi. conf. 212. numer. 9. & seq. lib. 2.*

6 Verum ubi confessio esset sine causa, tunc nullius esset momenti, *l. cum de indebito §. fin. ff. de prob. cap. si cautio de fide instrum. cum concordantibus de quibus apud Serap. de privileg. juram. privil. 94. numer. 1. cum seq. & per Marsil. in rubr. de prob. numer. 77. Mascard. de probat. concl. 345.* etiam si confessio facta sit favore dotis, juxta communem

7 DD. sententiam, de qua *Bursat. conf. 119. numer. 24. lib. 1.* qui tamen loquitur ut tertio non præjudicet, & esse verum si facta sit

8 confessio parte absente, sive præsentem, asserit *Mascard. de probat. concl. 345. num. 10.* ubi tamen plura opponit.

9 Quidquid tamen sit in supradictis, ubi confessio concernit favorem miserabilium personarum, & si sit facta absque causa tenet, & probat, cum talis confessio respiciens favorem piæ causæ probet *Felyn. in c. si cautio num. 6. de fide instrum. Mascard. de probat. conclus. cit. 345. n. 6. qui n. 56.* ibidem firmat idem

10 procedere in confessione facta in instrumento gaurentigato, *ex Jaf. in l. tale pactum num. 6. ff. de pact. & Felyn. loco superius cit. num. 15.* ut etiam ita procedere quoad confessionem liberatoriam docet *glos. in l. 1. super verb. apud Judices de inter. act. Capyc. dec. 133. numer. 5. Dec. conf. 62. num. 23. lib. 4. Marsil. in l. fin. num. 15. ff. de jurisd. omn. Jud. Marant. in sua praxi in 6. p. 5. act. Jud. num. 12.* & esse

11 se verum ubi talis confessio fiat in ultima voluntate diebus præteritis requisitus de voto

respondi, auerendo saltem valere in vim legati, *ex Abb. in d. c. si cautio num. 2. & ibi etiam Felyn. in rubr. de prob. n. 80. Menoc. conf. 25. num. 8. lib. 1. Mascard. de probat. cit. concl. 345. num. 30. & seq. ubi num. 52.* firmat idem esse quando confessio sine causa est geminata, *ex Jaf. in §. personarum inst. de act. Dec. conf. 163. n. 2. Paris. conf. 77. n. 37. lib. 3. Marant. in 6. par. 5. act. Jud. n. 15.* dummodo tamen geminatio sit facta ex intervallo, secus si simul *Dec. in l. 1. num. 7. C. de error. calcul. Ripa in rubr. de verb. oblig. nu. 34. Afflit. decis. 285. n. 11.* & vide *Verall. in dec. 199. par. 1.* sicque pariter esset, quando confessio fieret in judicio, *Alex. conf. 13. num. 4. lib. 1. Pa. j. de syndic. in verb. tortus cap. 7. n. 5. Cu. i. Jun. in l. eduta num. 139. C. de edend. & alii apud Mascard. in d. conclus. 345. num. 16.* quem in materia poteris videre.

## PRIVILEGIUM CXII.

## ARGUMENTUM.

Dos data miserabilibus personis ab eo, qui tenetur illas dotare in dubio earum favore, non censetur congrua.

## SUMMARIUM.

- 1 Dos à patre filia constituta præsumitur congrua.
- 2 Pater naturali instinctu desiderat suas filias opulentes nubere.
- 3 Dos data miserabilibus personis ab eo qui tenetur illas dotare in dubio earum favore non censetur congrua.
- 4 Dos congrua quæ dicatur, & numer. 5. 6. 7. & 8.
- 5 Dos incongrua quæ dicatur, & numer. 10. 11. 12. & 13.

Regulariter, dos à patre filia constituta præsumitur congrua, juxta doctrinam *Dec. in conf. 26. & 35. nu. 10. Alciat. de præf. reg. 1. præf. 2. num. 8. Fusc. sing. 89. lit. F. Eugen. conf. 34. n. 19. Barz. dec. 29. n. 24. Amat. dec. 28. n. 2. Gram. dec. 101. Reufner. dec. 3. n. 32. lib. 1. Grat. discept. for. 148. Marefcot. var. ref. lib. 2. ref. 9. n. 29. Lod. dec. Pernf. 21. nu. 51. Mascard. de probat. concl. 571. & noviter Illustr. D. Rice. in collect. dec. collect. 1433.* qui patrem fraudare velle filiam sua portione non præsumitur, sed illi potius favere, & bonum consilium pro ea capere, *l. nec in ea ff. de adult. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Becc. conf. 112. Decian. conf. 39. numer. 33. Tiraq. in præfat. l. si unquam nu. 2. C. de revoc. donat. Cæval. decis. 5. n. 69. & seq. par. 3.* cum naturæ instinctu desideret ipse filios filiasve nobili, & opulento copulari conjugio, *Decian. conf. 79. num. 8. vol. 5.*

Aliud tamen dicendum est favore miserabilium personarum, nam si eis fuerit legata dos, non taxata quantitate & fuerint ab herede deinde dotata, in dubio non præsumitur ipsis assignata congrua dos, in tantum quod ipsi dotanti incumbit onus probandi, ipsum dedisse miserabilibus personis dotem congruam, ut in facti contingentia vidi responsum per eruditos viros de



## De Privileg. Miserab. Personarum. 291

de anno 1622. aliàs esset condemnandus ad supplementum congruæ dotis, sicque vigore nostræ opinionis vidi prætensum in Magna Curia Vicariæ ad favorem Luciæ de Angela.

Sed quæ dos congrua, & incongrua dicatur sciendum est pro ornatu generaliter DD. in varias fuisse sententias, & ob id arbitrium viri plurimum valere, *l. cum post §. gener. ff. de jur. dot. l. 3. C. de dot. promiss. Schenard. conf. 2. n. 31. Alban. conf. 239. num. 5. Ludovic. decis. Perus. 21. num. 58. Bellon. conf. 83. num. 9. & quod boni viri arbitrium ex ratione, & æquitate accipitur l. quod si ephesi ff. de eo quod certo loco, Aretin. in l. continuus §. cum ita num. 6. ff. de verb. oblig. liberorum propterea numerus, filiarum dignitas, mariti qualitas, dotantis patris facultas, & patriæ consuetudo ab eo consideranda sunt, *l. quæro, & l. cum post ff. de jur. dot. Afflict. decis. 160. Franch. decis. 89. Magon. decis. Florent. 34. num. 3. Peregr. decis. 3. num. 8. Vivius decis. 260. Barz. decis. 127. num. 3. Thesaur. decis. 292. & ultra alios Tusc. concl. 733. 780. & 789. lit. D. quam in taxanda etiam dote de paragio asseverant Canner. de feud. cap. si aliquem §. sed quantum n. 7. & 8. Gregor. de parag. quæst. 27. & 28. Gratian. discept. foren. 231. num. 20. licet dos minor legitima esse non debeat, *auth. si qua mulier C. de sacros. Eccles. ubi Salyc. num. 1. Bald. conf. 67. num. 3. vol. 1. Alban. consil. 246. num. 1. Natta consil. 455. num. 5. Gabriel. conf. 15. num. 33. vol. 1. Marta decis. 59. num. 4. Ursill. ad Afflict. in decis. 169. num. 1. & 2. Surd. de alim. tit. 3. quæst. 1. num. 60. Gayll. observ. 147. numero 6. & 7. lib. 2. de Ponte conf. 65. num. 3. vol. 1. si Judex illam arbitretur, vel alii quibus commisit pater ipse vero dotem minorem legitimam constituere potest, Peregr. decis. 3. n. 9. Tusc. lit. D. conclus. 784. num. 20. vel si naturalis sit filio, cujus minor est dos, *Alba conf. 665. num. 4. Capiblanco. de Baron. pragmat. 1. num. 81. Ursill. decis. 265. num. 56. sicut arbitrari paragium, nec potest Judex minus legitimam, Gregor. de dot. & parag. quæst. 33. num. 2. Cumi. gloss. maritata num. 17. 115. 122. Gratian. discept. 231. num. 27. & 28. Canner. cap. si aliquem §. sed quantum Intrigliol. cent. 2. feud. art. 72. num. 5. Tiraq. de primogen. quæst. 4. Vir. lib. 3. opin. 315. Minard. in consil. in aliquibus not. 1. num. 21. Gram. decis. 57. Mart. dict. vot. 59. num. 8. & 9. ex Provinz. ad Bertacch. verb. filia, Gregor. d. quæst. 28. Mastrill. dec. 1. & dec. 48. numero 2. Intrigliol. d. art. 72. num. 22.****

Ex quibus hic inferitur conqueri non posse filiam, quod minorem sua sorore habuerit dotem, liberum namque patri est majorem uni filiarum, quam alteri dotem dare posse, *Cavagnol. ad Montisfer. decret. 72. §. 1. quæst. 2. n. 11. quas æqualiter patrem tractasse dicitur si concedentes merito collocet Gratian. discept. 231. num. 27. ad finem. Alba conf. 198. num. 30. Decian. conf. 39. num. 19. vol. 5. Bertaz. conf. civil. 70. num. 5. cum nec mulieris voluntate constituenda dos sit. Decian. conf. 11. num. 24. vol. 2. at si filia minus congruè se dotatam proponat, id probare debet, *Natta consil. 648. num. 6. Bertaz. decis. 127. num. 1. & 6. Cumi. gloss. maritata n. 169. Cavagnol. conf. 1. num. 26. vol. 2. fol. 49. Caphal. conf.**

671. congruitas ergo arguitur ex sequentibus.

Et primo dos scutorum mille congrua etiam 5 est Comiti, ut ex *Bald. & Fuigof. scribit. Dec. conf. 26. num. 3. Caphal. conf. 665. num. 25. Sylvan. conf. 2. num. 39. Surd. dec. 63. & de alim. tit. 9. quæst. 37. num. 26. Burs. conf. 223. num. 18. Decian. conf. 71. num. 86. vol. 4. Aldovin. conf. 104. num. 89. & 90. Reusner. dec. 5. num. 31. lib. 1. Amat. decis. 28. num. 3. Cavagnol. d. num. 26. & 27. licet hac in summa non æquaret legitimam Laderch. conf. 127. Aldovin. conf. 104. nu. 90. Amat. d. num. 30. ergo, & quæ excedit congruentior erit si legitimæ commensurata eo in loco frequentari soleat Bertaz. decis. 127. num. 6. Menoch. d. casu 149. num. 38. Gabr. conf. 142. num. 2. in 1. sed contrarium admisisse praxim, ait *Franch. decis. 217. Amend ad decis. ejusdem 44. n. 4. quoniam nec ætas aliam vitam, & alios mores postulat, ut ex Comico refert Tessur. decis. 192. n. 6. & pretia rerum ex qualitate temporum mutantur, & ex usu l. pretia rerum ff. ad l. falcid. nunc enim dos mille aureorum datur cuilibet etiam ignobili mulieri, & pauperi mulieri, *Rob. conf. 25. num. 19. in 4. ideo dignitas & qualitas temporis inspicienda est, ex l. si quis §. equum ff. de relig. & sumpt. funer. Sim. Prer. conf. 96. ad fin. Tessaur. d. num. 6. Menoch. d. conf. 149. n. 39. Amat. decis. 28. d. 16. & 20. Caphal. conf. 52. num. 11. & omnes.***

Secundo congruitas præsumitur ab effectu, 6 & sic exequuto matrimonio cum viro nobilissimo, & condigno, si, cum congrua dos non fuisset, utique maritus si condignus nec fuisset repertus, ut post *Doct. ad l. 1. ff. solut. matrim. notat. Decian. conf. 7. num. 76. vol. 1. Cavagnol. d. conf. 1. num. 21. fo. 50. inde est, ut si minori dote quam sit legitima mulier legitime nubi nobili, & diviti juxta sui qualitatem, ad legitimam est mensuranda, tunc non est dos satisfactam erit quod sit bene condementer nupta. Dec. conf. 26. num. 4. Cala de mod. articuland. & proband. §. 2. glof. 1. numero 823. sed hoc verum in materia statuti fœminæ in successione parentum excludentis propter masculos. 7*

Tertio ex dote unius sororis, alia censetur congrua. *Ruin. conf. 172. n. 33. Decian. conf. 32. n. 61. vol. 2. latè Cavalc. dec. 5. n. 99. lib. 3. Peregr. dec. 34. num. 7. inò ex modo quo dotata fuit prior, sic posteriore dotatam cenitit Alba conf. 456. num. 11. Bertazzol. conf. civil. 25. n. 74. at si aliter sororem dotarent fratres, quam pater vivens aliam dotavit, incongrua dos erit Dec. conf. 6. num. 181. Tusc. conclus. 784. num. 31. lit. D. consuetudo namque aliarum mulierum in ea familia nuptiarum congruam arguit dotem, *Reusner. decis. 5. num. 18. lib. 1. Tessaur. decis. 192. num. 1. Illustr. D. Ricc. collectan. decis. collect. 709. nisi temporis variatio augeter dotem, Cavalc. d. dec. loco proxime citato, cum non sint uniformes. Cann. in d. cap. si aliquem glos. maritata n. 362. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 77. num. 6.**

Quarto dos congrua intelligitur secundum 8 consuetudinem Regionis *Aldovin. conf. 103. num. 18. Franch. decis. 44. num. 2. Peregr. decis. 3. numero 8. Gram. decis. 101. Tusc. conclus. 784. num. 8. lit. D. maxime si de dote constituenda agatur ex bonis fideicommissio subjectis, Paris. conf. 16. n. 77. Corn. consil. 3. n. 3. vol. 3.*

## 292 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

9 Incongrua tamen dos dicitur, si dentur duo millia, & hæreditatis valor ad decem millia ascendat, *Turret. consil. 5. num. 58. vol. 1. Decian. consil. 17. n. 24. vol. 4. Marta decis. 59. num. 3.*

10 Ut etiam incongrua dos est, quæ minus legitima datur. *Crav. consil. 236. num. 3. Dec. conf. 181. Felic. allegat. 3. numer. 10. part. 3. Gratian. decis. 27. numer. 9. & alii recentiores, unde filia incongruè dotata à patre congruè dotis supplementum ad legitimam usque petere potest, Decian. consil. 78. numer. 20. & 22. volum. 5. Rot. divers. decis. 735. num. 2. Bertazz. consil. civil. 25. num. 119. Mantio. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 19. num. 2. & tit. 21. mortuo tamen patre, Seraph. decis. 815. & ubi non renunciasset, vel à statuto esset exclusa, Aldovin. consil. 107. num. 13. & 31. vel si læsio non esset enormissima, juxta consilium ejusdem 194. num. 86. & 87.*

11 Similiter dos æquans legitimam incongrua etiam appellatur, sed cum ea nequeat pari nubere, *auth. res quæ ubi Bald. & alii, C. commun. de leg. Alex. consil. 7. num. 5. vol. 5. Roger. consil. 5. num. 22. cum seq. Manent. de contract. livei part. 15. num. 28. Raudens. consil. 22. num. 43. vol. 2. Schenar. consil. 2. num. 29. vol. 1.*

12 Pariter quoque incongrua dos est, quæ dilationem habet ad solvendum l. 1. §. additionis, ff. de eden. *Soccin. consil. 15. nu. 56. vol. 1. Phanut. de dot. glos. restituenda n. 22. Men. consil. 768. num. 6. aut habet aliquod onus, vel conditionem, Dec. consil. 12. num. 5. vol. 4. nam magnæ doti ea apponi possunt pacta, & dilaciones, ut judicanda sit parva Curt. Sen. consil. 27. Bæz. de dot. cap. 28. n. 4. quia pars dotis sunt l. 4. ff. de pact. dotal. Menoch. d. consil. 768. num. 10.*

13 Et tandem (ut finem imponam) dos congrua non est, quæ ex fideicommissio in subsidium etiam competit, si congrua semel fuerit, taxationis tempore, fiet sed matrimonii contracti tempore incongrua temporum varietate. *Tusc. conclus. 733. num. 9. lit. D. quæ augeri tamen potest ex eidem fideicommissi bonis, ut sit congrua, latè Caroc. decis. 16. Amat. decis. 28. num. 13. & Peregr. de fideicommiss. art. 42. num. 49.*

### PRIVILEGIUM CXIII

### ARGUMENTUM.

Obligatio Mulierum tendens ad favorem Miserabilium Personarum est valida.

Exornatur Text. in l. 1. & tot. tit. ff. ad Senat. consult. Vellejan. Pragmat. Regni 1. sub eod. tit. & l. de die, ff. qui suisdare cogantur.

### SUMMARIUM.

- 1 Mulier non potest pro aliis obligari sive virgo sit, sive nupta, sive vidua, numero 2. Sed an mater pro filio possit se obligare, & uxor pro marito excarcerando, numero 3.
- 4 Mulier se obligans cum alio, vel pro alio præsumitur fidejussisse, & proinde locum facit Vellejano.
- 5 Color quæsitus semper præsumitur in prohibito contrahere, & quando dicatur color quæsitus respectu mulieris, numero 6.
- 7 Mulieris confessioni pecuniam esse versam in ejus utilitatem non statuitur, sed illud aliunde per creditorem est probandum, & quid si probetur pecuniam pro patre esse versam in utilitatem mulieris, an contractus sit validus, vel in totum nullus, numero 8.
- 9 Contractus non potest pro parte sustineri, pro parte annullari si additum sit juramentum.
- 10 Absolutio à juramento non est necessaria in Regno in contractibus mulierum se obligantium pro alio.
- 11 Renunciatio exceptioni Vellejani an valeat per mulieres in Regno facta.
- 12 Exceptio Vellejani in Regno impedit liquidationem instrumenti fallit si mulier sit obligata præcedente dispensatione Collateralis Consilii numero 13.
- 14 Mulieres pro alio fidejubere, & intercedere non possunt, & quare, numero 15.
- 16 Mulier non obligatur si fidejubeat etiam pro patre, filio, fratre, vel consanguineo, & juvatur Vellejano.
- 17 Maritus rectè se obligat pro uxore non è contra, sed quomodo succurratur uxori, numero 18.
- 19 Mulier fidejubens pro Miserabilibus Personis causa pia & causa studii obligatur, & non juvatur Vellejano, & numero 20. & 21.
- 22 Mulier favore dotis potest se obligare, & pro alio intercedere, nec juvatur Vellejano etiam si se obliget cum viro in dote communis filia, vel etiam extranea, numero 23. sed contrarium de extranea, vide numero 24.
- 25 Mulier rectè se obligat, & intercedit pro causa libertatis.

**R**egula est communi calculo apud omnes recepta tam de jure communi, quam de jure municipali nostro mulierem non posse pro aliis obligari, ut toto titulo, ff. & C. ad Senat. consultum Vellejanum, & in pragmat. 1. eod. dem titulo.

Quod sane axioma est verum respectu Virginum, nuptarum, ac viduarum, ut constat apud Præsidentem de Franchis decision. 613. numer. 8 & 9. Visconti in conclusionibus juris in verbo mulier, quæ alienum, & modernè, Thoro in voto decisivo 97. numero 52. & 108.

Ità ut matrem pro filio, & uxorem pro viro excarcerando non posse se obligare, fuisse decisum per Sac. Consilium testatur idem Præsidentem de Franch. decis. 239. & 578. licet contrarium reperitur fuisse determinatum per idem Sacrum Consilium in causa Francisci Marefchæ, & tutan-

## De Privileg. Miserab. Personarum. 293

tutantur *Reg. de Ponte in tract. de potest. Pro-*  
*regis in tit. de diversis provisionibus num. 25. &*  
*26. Surd. decis. 86. Muta decis. 84. n. 22. Giz-*  
*zarel. dec. 4. Rot. decis. 775. part. 2. tom. 2.*  
*in recent. effusè Gaius in tractatu de credito,*  
*cap. 4. quæst. 7. numer. 935. & seq. quorum*  
*opinionem agnosco veram accedente dispen-*  
*satione Collateralis Consilii, ut videtur an-*  
*nuere Reg. Tappia in tract. de Reg. Cancellaria*  
*potestate, numer. 52. dum testatur carcerationem*  
*esse justam causam, qua Collaterale possit dispensare,*  
*ut Mater pro filio, & uxor pro Marito possit obligari,*  
*& sic passim observari ibi fatetur.*

4 Et quamvis dum mulier obligatur pro  
alio, seu cum alio fateretur se principalem  
semper præsumitur pecuniam fuisse versam  
in alterius utilitatem, & sic fidejussisse, &  
proinde locus est Vellejano, quia præsumitur  
color quæsitus *Mauso. de caus. executiv. li-*  
*mit. 10. num. 1. Falong. racem. 160. & si am-*  
*ambo consteantur pecuniam recepisse divi-*  
*sam, Thesaur. decis. 222. num. 4. Amplians e-*  
*riam si in instrumento cum muliere nullus es-*  
*set obligatus si tamen obligatio illius alterius*  
*respiceret commodum; & Henrigius in tracta-*  
*tu de fidejussoribus, c. 7. ver. nemo. color*  
*enim quæsitus semper præsumitur in prohibi-*  
*to contrahere Alexander consil. 60. vol. 4.*  
*Præses de Franch. decis. 279. sub numer. 8. ita*  
*ut si uxor obligaretur, ut principalis adhuc*  
*præsumitur color quæsitus Gramm. consil. ci-*  
*vili. 88. Marefott. var. resolut. lib. 2. cap.*  
*5. numer. 12. & semper quod negotium spec-*  
*at ad alium obligati muneris dicitur color*  
*quæsitus Tasson. in commentario ad pragm. de*  
*antefato vers. 4. observatione 2. sub num. 246.*  
*dicens verum num. 248. etiam si mulier uti*  
*principalis, & alter prout fidejussor obligaretur,*  
*nisi tamen pecunia verteretur in mulieris*  
*utilitatem R. Tappia in compilatione juris*  
*Regni in prag. 1. ad Senatus consult. Velleja-*  
*num Gaius in tract. de credito c. 4. d. 9. 7.*  
*n. 978. & seq. quæ quidem versio in utilita-*  
*tem mulieris non præsumitur, etiam si in in-*  
*strumento id asseratur quoniam non statim*  
*confessione mulieris id asserentis, sed aliunde*  
*debet hoc manifestè constare, ut est tex. ex-*  
*pressus in auth. si qua mulier, c. ad Velleja-*  
*num, in finalibus verbis, ubi dicitur nisi ma-*  
*nifestè probetur, quod pecunia in propriam*  
*ipilius mulieris utilitatem expensæ sint, & ibi*  
*expressè Bart. & Salyc. & Bal. Barboj. plures*  
*secum vehens q. 5. n. 55. ff. solut. matrim.*  
*Afflic. dec. 209. nu. 4. fusè Hondedeus con-*  
*sil. 545. Cachera. dec. 240. Amat. dec. Rot.*  
*Marchiæ 27. n. 12. Thesaur. dec. 222. & 223. n.*  
*4. licè ut creditoris necesse sit probare pecuniam*  
*illam veram veram fuisse in utilitatem mulie-*  
*ris ex adductis per Menochium in tract. de*  
*præsumpt. lib. 6. præsumpt. 27. & ex Neo-*  
*thericis probant Tasson. in d. commentario ad*  
*pragm. de antefato d. observat. 2. a num. 171.*  
*& Merl. controuv. forens. c. 55. nu. 14. dicens*  
*nu. 6 cum seq. quod si probata pecunia*  
*probaretur versa in utilitatem mulieris cum*  
*alio obligatæ insolidum cum pro rata præsuma-*  
*tur intercessisse, adhuc erit locus Vellejano, &*  
*contractus est nullus l. vir uxori, §. mulier, ff.*  
*ad SC. Vellej. Præses de Franch. dec. 426. n. 12.*  
*Roder. de ann. redd. lib. 20. c. 5. numer. 23. &*  
*ratio est, quia cum unicus sit contractus, non*  
*potest ex una parte sustineri, & ex alia ir-*  
*Jo. Mar. Navarii Tract. de Priv. Tom. II.*

ritari, l. mulier la 3. §. fin. ff. ad Vellejanum.  
Nec in hoc aliquid operatur juramentum, ex  
adductis novissimè per Thor. vot. dec. 97. n.  
23. & 24. quia cum tendat contra legem nul-  
lam operatur, l. non dubium, C. de legatis, l.  
cum lex, & l. si quis pro eo, ff. de fidejussoribus  
c. non est obligatorium de regul. jur. in 6. gloss.  
in C. unic. §. & cum lex in verb. alienare, C.  
de re jussoria actione, Arnald. Ferr. ad cons.  
Burdeg. tit. de dote fol. 299. & ratio est, quia  
juramentum assumit naturam contractus super  
quo interponitur l. fin. C. de except. numerat.  
pecu. Machel. patroc. 6. n. 5. Ferdin. Bongior in  
consil. 31. num. 78. & seq. in recoll. a Luna tali  
modo, ut, licet absolutio juramenti de jure  
communi videatur necessaria, ut per Fabr.  
dec. 7. qu. 10. C. ad Senat. cons. Vellejanum,  
tamen de jure Regni per allegatam pragm. 1.  
eodem tit. non est necessaria, ut decisum refert  
Asia dec. 85. & post cæteros probat novissi-  
mè Amatus var. resol. lib. 2. resol. fin. num. 23.  
nam quando instrumentum est nullum non  
est necessaria absolutio Thomatus dec. Rot. Ma-  
cerat. 3. n. 13. & seq. & frustra petitur abso-  
lutio vinculi non abstringentis *Viu. in addit.*  
*ad dec. 120. n. 74.*

Et licet non desint affirmantes ad majorem  
cautelam absolutionem esse petendam, ut tes-  
tari videtur Thor. in d. vot. 97. n. 58. Tamèn  
de vigore non puto esse adeo necessariam, ut  
absque perjurii metu melior agere non pos-  
sit ex alleg. Reg. Pragmat. 1. de Sen. Cons.  
Vell. quæ mandat hujusmodi juramentum esse  
contra bonos mores naturales, & civiles,  
& comprehendi sub regula juris canonici ju-  
ramentum contra bonos mores non esse obli-  
gatorium, ut in d. Pragmat. videre est, & ibi  
*Troj. num. 7. & seqq. & Scagl. num. 3. &*  
*seqq. de qua non mirandum, potuit enim prin-*  
*ceps ex injustis causis publicam utilitatem*  
*concernentibus tollere vires juramenti. Marc.*  
*Anton. var. resol. lib. 2. resol. 24. in multis*  
*numeris. Afflic. in consil. Regn. dictæ me-*  
*morie numer. 35. & seqq. rubr. 5. lib. 3.*  
*Trentacing. variat. resol. lib. 1. tit. de jur.*  
*jurando resolutio 23. num. 39. & seqq. Me-*  
*rend. controversiarum jur. lib. 1. cap. 1. nu. 27.*  
*Amat. var. resolut. lib. 1. resolut. 23. num. 17.*  
*& seqq. Pic. de contract. glos. 27. numer. 1.*  
*& seqq. Facchin. controuv. jur. lib. 3. cap.*  
*13. Rot. Rom. in recent. p. 1. dec. 665. num.*  
*10. Troj. in propriis terminis in alleg. pragm.*  
*1. num. 10. & 11.*

Nec renunciatio facta aliquid opera-  
tur, cum renunciari non valeat à muliere  
juxta sanctionem nuper adductæ pragmaticæ  
1. de Senat. Consult. Maced. ubi omnes  
acceptant, & fatetur Fachin. controuv. jur.  
lib. 2. cap. 60. & 61. Maced. conjur. lib.  
2. cap. 36. Gall. 68. numero 8. & seqq.  
*Mauson. de caus. execut. limit. 10. numero*  
*12. & 13. ubi etiam quod hujusmodi ex-*  
*ceptio impedit liquidationem, quod an-*  
*tea probaverant Præses de Franch. decis.*  
*623. numero 2. & 21. Galter. de liquid. ins-*  
*trum. 2. par. 2. part. princ. numero 55. vers.*  
*6. principaliter, amplians etiam si mulier*  
*huic renunciasset beneficio Thor. d. vot. 97.*  
*num. 3. & 4. dicens sic judicatum per Sacr.*  
*Reg. Consilium.*

Et proinde inducit praxis, ut quando mu-  
lieres volunt se obligare, impetretur Regia dis-  
pensatio *Reg. Tappia in d. tract. de potestat.*  
*Regia*

## 294 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

*Regia Cancellaria numer. 52. ex cujus dispensationis defectu pluries ad ipsarum mulierum favorem nullos fuisse declaratos contractus per Sacrum Regium Consilium habemus apud Præs. de Franch. decis. 279. 578. & 623. & apud Gizzarel. indicat. dec. 4.*

14 Et ex his descendit mulieres fidejussoris munus, & pro aliis intercedere minimè posse, *l. de die, paragraph. 1. ff. qui satisd. cogant. l. 2. ff. de reg. jur. l. alienam, C. de procur. l. si paternam, C. ad Velleja. Carp. ad stat. Mediol. r. cap. 44. numer. 29.* & ideò Senatuf-consulto Vellejan. succurritur mulieribus, quæ pro aliis fidejudent, *tot. i. ff. & C. ad S. C. Velleja. & vigore pragmaticæ ad rubr. l. ta men, ff. ad Macedoniam.*

15 Et ratio est, quia sexus muliebri satis levis, & imbecillis est, mulieres quodam naturali vitio imprudentes, mendaces, fluxæ fidei sunt, & plurimum earum consilium contra propria com- moda laborant, *l. 2. §. verba, ff. ad Velleja. l. si pater, C. de spons. Barbat. consil. 54. versic. capio nunc col. 1. lib. 1.* & ideò propter pudorem fæminei sexus aliorum defensiones in se suscipere, & alia virilia officia gerere prohibentur, *l.*

16 *femina, ff. de reg. jur. cum aliis juribus præallegatis*, quo fit mulier fidejubendo non obligetur, sive intercedat pro patre, sive filio, sive pro fratre, sive pro alio consanguineo, ut etiam si pro extraneo, non in omnibus istis casibus etiam eidem datur simplissimi ordinis beneficium,

17 *l. 3. & l. si pater nam C. ad Vellejan. Thes. decis. 23. n. 5.* imò licet maritus se pro uxore sua rectè obliget, *l. 3. C. ne uxor pro marit. l. 2. §. Prætor ait, ff. qui satisd. cogant.* attamen è converso uxor pro marito, sive in criminalibus causis non obligatur, & intercedens pro eo, talis fidejussio non attenditur, *Auth. si qua mulier, ubi omnes notant, C. ad Velleja. l. 2. in princ. & in §. fin. C. ad Velleja. lib. 1. C. ne uxor pro marit. ubi Bal. & Jaf. in l. 1. & in §. ait prætor n. 3. & in l. de die, §. qui mulierem, n. 3. ff. qui satisd. cogant, & in l. si constante, ff. solus. matrim. advertunt D D. in l. 1. C. ne fid. fidentur, & in l. cum dotis, ff. de jur. dot. Bar. in l. qui accusare, n. 5. ff. eod. dum inquit,*

18 quod licet mulier non juvatur Vellejan. ipso jure tamen juvatur ope exceptionis *Thes. d. decis. 223. nu. 7. Amat. dec. 62.* etiamsi vellet facere per interpositam personam, *l. si uxor, C. ad Vellejan.*

19 Cæterum licet suprâ dicta sint vera tamen claudicant quando obligatio facta à muliere respiceret commodum miserabilium personarum, puta quia ex causâ pietatis aliquid à muliere ipsis esset promissum cum obligatione, quia non posset excipere de nullitate contractus ita *damnata memorie Author in commentar. ad consuetu. Parisiens. fol. 138. col. 2.* quem reperio adductum in quibusdam manuscriptis antiquis, ubi etiam enunciatur posse pro tali causâ mulierem fidejubere.

Baptizat hanc opinionem, nam talis obligatio videtur redundare in favorem piæ causæ, certique juris est propriâ causâ mulierem posse obligari, nec gaudere Vellejan. *l. penult. C. ad Velleja. addit ad Dec. ad l. 2. n. 13. ff. de reg. jur. Valent. in Franch. in tract. de fidejussor. cap. 5. n. 173. ubi n. 174.* ideò voluit mulierem intercedere posse pro causâ studiorum concludens ipsam causam studiorum esse causam piam.

Congruit pro corroboratione, nam in simili-22 videmus favore dotis inductum esse, ut mulier possit se obligare à text. in *l. si dotare, & l. fin. C. ad Velleja.* & probat post cæteros *Bal. consil. 106. vol. 5. Novell. in tr. de dotepar. 6. priv. 3. & priv. 12. Puteus dec. 106. lib. 3.* ubi testatur hanc opinionem esse receptam in *Rot. Mareſchor.* alias ejusdem Auditorii adducens decisiones *var. resolus. lib. 1. cap. 43. nu. 9 Verall. decis. 159. par. 3. Picus de contractibus glos. 7. nu. 242. lib. 1. Barboſ. in l. 1. par. 3. num. 53. ff. solus. matrim. fundans part. 4 nu. 101.* non tantum pro hac causa se posse obligare, sed pariter mariti obligationem in se suscipere pro communis filie dotatione non obstante *Auth. si qua mulier, C. ad Velleja.* quod etiam prosequuntur *Gomez. in l. 30. Tauri nu. 25. Baez. in tract. de non meliorand. dotibus num. 37. & seq. & voluit Rot. in una Anconitana Julii 1602. coram Eminentiss. Card. Mellino, Valasc. consil. 127. n. 3. ubi n. 4.* defendit nullum esse discrimen statuendum si mulier sola dotem constituat, an verò pro marito fidejubeat, pro communi filia, eò quod in hoc casu non potest dici à marito decepta, seu circumventa, eandemque opinionem tenuit *Franc. Marc. dec. 508. n. 18. par. 1. cum aliis relatis per Gratian. discept. forens. cap. 647. n. 17. 10. 4. dicens cap. 735. n. 12.* etiam pro dote extraneæ mulieris posse uxorem<sup>23</sup> cum marito se obligare, seu fidejubere, *Franch. decis. 182. nu. 12. Amat. decis. 43. n. 11. Suarez in thesaur. comm. opin. lit. D. num. 319. Gizzarell. d. dec. 4. n. 25. Mareſchor. var. resol. d. cap. 43. n. 32.* dicens sic judicatum in *Rot.* ut aliàs etiam patet apud *Pic. dec. 13. post suum tract. de contractibus.*

Quorum sanè sententia justificatur ex generalitate, *l. final. C. ad Vellejan.* ibi (generaliter sancimus) & rursus (pro qualibet muliere) hoc enim fert favor ipse matrimonii consideratus in eodem text. ibi *Neque enim ferendum est quasi casu fortuito interveniente mulierem fieri indotatam, & sic viro forsitan repelli, & distrahi matrimonium.*

Licet circa id non esse permissum mulieri<sup>24</sup> etiam in causam dotis pro marito fidejubere, veluti pro dote extraneæ mulieris tutentur inter cæteros ex Neothericis *Maur. Aret. in tract. de fidejussor. sect. 8. cap. 3. nu. 31. Faber. decis. 14. C. ad Vellejan. Annus Robert. lib. 3. rerum judic. cap. 11. Christophor. Mart. decis. senens. 48. & 49. & novissimè Merl. alios cumulans controvers. forens. cap. 56. num. 11. & 12.*

Adstipulatur pariter, nam favore libertatis<sup>25</sup> mulieris fidejussionem valere tanquam factam ratione piæ causæ patet apud *DD. in l. quamvis, ff. ad Velleja Aret. in §. item si in judicio num. 32. inst. de except. Henrig. in tract. de fidejuss. cap. 7. num. 337. cum seq.* firmans valere obligationem mulieris factam Domino pro pretio libertatis ejus servi valent. *Franc. in tract. simili de fidejussor. cap. 2. n. 172.*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 295

## PRIVILEGIUM CXIV.

### ARGUMENTUM.

Testamentum imperfectum ratione solemnitatis, sed non voluntatis valet, & sustinetur favore Miserabilium Personarum.

*Exornatur Text. in l. hac consultissima, §. imperfecto, ubi DD. C. de testam. & impugnatur doctrina Bart. apud Tiraquell. de pia caus. Privileg. 7.*

### SUMMARIUM.

- 1 Testamentum imperfectum quando valeat inter liberos, & quando substineatur favore piæ causæ, n. 7. & favore Miserabilium Personarum, n. 9.
- 2 Voluntas Testatoris non potest pro parte suspendi.
- 3 Voluntas Testatoris est potior filiorum successione, & vide n. 4.
- 5 Princeps non potest subvertere voluntatem Testatoris.
- 6 Clausula codicillaris voluntatis defectum non supplet.
- 8 Tiraquell. & Bart. reprobantur ab Authore.
- 10 Testamentum an voluntatis ratione imperfectum sit, si Notarius de illo se rogare non potuit, ut Testator fieri iusserat, & vide n. 11. & 12. ubi Author concordando opiniones diversas distinctione utitur.

**R**egulariter, testamentum inter liberos, utcumque imperfectum ratione solemnitatis, dummodo perfectum sit ratione voluntatis servandum adhuc est, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, & ibi DD. C. de testam. Clar. in §. testamentum, q. 9. in fin. Bologneti. conf. 12. num. 65. Laderch. conf. 22. n. 2. Mascari. de prob. concl. 1352. n. 62. Menoch. conf. 1189. num. 14. post antiquiores Marta decis. 8. n. 56. & 57. & decis. 60. n. 1. & seq. secus si voluntatis defectu illud imperfectum sit, *l. fideicommissa, ff. de leg. 3. l. si quis cum testamentum, ubi Aret. Bart. & Castrensi. ff. de test. Abb. conf. 105. vol. 2. Rui. conf. 7. num. 7. Gui. Pap. dec. 538. Gail. observat. 112. num. 10. lib. 1. Cavalc. decis. 20. nu. 19. par. 1. Valasc. decis. 74. in fin. Viu. decis. 13. n. 11. Tremacinq. conf. 42. num. 1. 2. & 8. vol. 2. Surd. conf. 380. num. 55. Caroc. decis. 85. num. 4. Palaez de major. par. 1. q. 48. numer. 54. Boer. decis. 240. num. 5. Illustriss. Episc. D. Ricc. in collect. decis. collect. 230. 330. & 781. Vasq. de success. creat. §. 21. numer. 62. amplians num. 67. procedere, sive inæqualiter filios instituit pater, aut unum præ cæteris meliorasset, ut etiam tradidere Tell. ad ll. Tauri 3. part. 1. numer. 21. & Spin. in specul. testam. glos. 18. num. 33. & seqq. cum juris sit testamenti substantiam in sola Testatoris voluntate consistere, *Old. conf. 64. numer. 33. quæ non potest pro parte suspendi, Popon. conf. 36. numer. 40. cum ultima voluntas Testatoris potior de jure naturali***

filiorum successione sit, *Bal. in d. lege n. 1. C. de legit. hered. Oldrad. conf. 107. n. 3. Magdalen. de n. testam. in test. requis. par. 3. c. 3. num. 17. quæ si perspicua sit non est exquirenda ratio cur ita fenserit, cur ita voluerit cum sit pro ratione voluntas, l. 1. C. de sacros. Eccles. §. disponat, auth. de nupt. l. in condit. ff. de condit. & demonstr. Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. à n. 1. ad num. 12. Præf. de interpr. ult. volunt. lib. 5. interpr. 1. dub. 1. à n. 1. usq; ad num. 30. Bim. conf. 266. num. 1. publicè enim expedit suprema hominum judicia exitum habere, *l. vel negare, ff. quemad. testam. aper. Bim. conf. 266. num. 2. Galvan. conf. 47. n. 7. Spin. de testam. gl. 28. num. 5. & 6. id namque solum habet solatii mors, ut mortui homines serventur elogia, solatium fati est voluntas ultra fatum sc. ibit ex Lipsio lib. 2. de Cruce Doct. Jo. Jac. Anichinus de prævent. instr. c. 2. q. 7. ideo servandam eam dicimus cap. tua nobis de test. l. nulli, C. de Episc. & cler. l. cum antiquitas, l. si testamentum, ubi Castrensi. C. de testam. §. si quis autem collat. 1. auth. de hæred. & falc. Bero. conf. 22. num. 44. vol. 2. Covar. 3. res. cap. 6. Raudens. de analog. cap. 30. n. 117. Spin. de testam. nu. 6. par. 1. n. 15. 17. & 18. & glos. 28. num. 5. Præf. de Franch. decis. 174. n. 3. piusque est non irritari *l. vel negare, ff. quemad. test. aper. l. contra voluntatem, C. de test. manumiss. Marefco. lib. 2. res. 96. Covar. c. cum esset, n. 12. de test. Valasc. dec. 183. n. 4. Tusc. lit. T. concl. 90. n. 12. Barsat. conf. 226. n. 22. Morot. conf. 97. n. 18. etiam in dubio Honde. conf. 77. n. 54. vol. 1. Eugen. conf. 21. n. 14. Rim. Jun. conf. 612. n. 13. Petr. de interpr. ult. vol. lib. 2. solut. 1. n. 1. Mant. de conject. ult. vol. lib. 1. t. 6. n. 4. lib. 2. & tit. 15. n. 6. Turret. conf. 73. n. 27. vol. 3. Tusc. d. concl. 90. Menoch. lib. 4. præsumpt. 141. n. 40. Cavalc. decis. 3. nu. 19. par. 3. Cavagnol. conf. 63. numer. 58. vol. 2. ea que favore testamenti fundenda semper est interpretatio, ut etiam contra filios substineatur, *Bal. l. si pars, C. de in inoffic. testam. Fulgos. conf. 90. Grat. conf. 30. n. 26. vol. 2. Eugen. conf. 87. num. 55. Menoch. conf. 275. nu. 11. Turret. conf. 100. n. 41. vol. 2. Bardel. conf. 44. nu. 4. legitima accepta Amat. dec. March. 71. n. 35. Pancirol. conf. 3. num. 5. & conf. 114. n. 14. & si evidens resultet utilitas contraveniendo Testatoris voluntati, Bero. conf. 124. num. 16. vol. 1. Raudens. de analog. loco cit. imò conjecurata Testatoris voluntas semper prædominabitur Cavalc. dec. 14. n. 8. & dec. 26. num. 21. par. 3. Raudens. lib. 1. variar. resol. resolut. 37. n. 89. Surd. dec. 210. n. 13. Bologneti. conf. 15. n. 5. Amat. dec. 2. Alvarad. de conject. ment. defunct. lib. 1. cap. 4. n. 28. Cavagnol. conf. 27. n. 57. in 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 28. Menoch. lib. 3. præsumpt. 185. num. 2. Spin. de testam. rubr. par. 2. n. 26. & 27. Pancirol. conf. 49. nu. 32. ut nec eam subvertere possit Princeps, Soggi. Jun. conf. 65. n. 11. vol. 2. Alba conf. 143. Mant. de conject. lib. 11. tit. 3. n. 9. Monald. conf. 31. n. 24. vol. 2. Molin. disp. 249. Marefco. lib. 2. res. 88. n. 5. Covar. 3. resol. c. 6. n. 4. & 7. Spin. d. rubr. par. 1. n. 20. aut alterare *l. si testamentum, C. de test. quod speciale est in Papa, elem. quia contingit de relig. domib.*****

In tantum quod hæc clausula codicilla-

ris voluntatis defectum supplet, *Dec. conf.* 291. *Turret. de codicil.* q. 119. *Faber. dec.* 27. *de test. Cacher. conf.* 74. n. 41. *Bardelle conf.* 21. n. 68. *D. meus Ric. in collect.* 230. *Alba conf.* 463. n. 17. *Reg. de Ponte conf.* 41. n. 11. *vol.* 1. imò nedum filiorum favore, sed quoad omnes alias qualitates *Lopez. l.* 7. *à los hijos tit.* 1. *par.* 6. licet aliter senserit *Tiraq. de primog.* q. 4. n. 4. *Soc. Jun. conf.* 27. nu. 19. & *conf.* 189. nu. 68. *vol.* 2. & quoad legata *Borrell. conf.* 44. n. 28.

7 Idem si ad pias causas testatur pater, *Jaf. conf.* 155. *vol.* 4. *Valasc. alleg. dec.* 74. *dict.* n. ult. *Mifinger. centur.* 3. *observat.* 28. *Menoch. conf.* 1189. n. 5. 15. & 16. *Magdal. dict.* nu. 260. & *par.* 2. c. 5. n. 1. & 2. *P. Molin. disp.* 234. *eruditiss. D. meus Ricc. in collect.* 330. *Mascard. d. concl.* 1352. n. 79. *Raudens. variar. resol.* 51. *Soc. Jun. conf.* 71. n. 24. *vol.* 4. *Tiraquell. de pia caus. privil.* 7. *Decian. conf.* 86. n. 15. *vol.* 2. *Covar. in c. relatum. n.* 9. *de test. Natta d.* §. *ex imperfecto n.* 129. *Cæph. conf.* 294. n. 3. & 9. *Gabr. d. concl.* 9. n. 2. à quibus & si disenserit *Bar. in l. si test. ff. de fideic. libert. Succ. in fallent. reg.* 300. *Abb. c.* 1. *de succes. ab intest.* alios citat *Tiraq. d. privil.* 7. attamen magis commun. *contra Bar. & alios profitentur Magdalen. d. c.* 1. nu. 3. eamque uri falsam communiter reprobari inquit *Benedict. loc. cit.*

Hinc non videtur recipiendus *Tiraq. d. privil.* 7. qui communioem enunciavit *Bar. opinionem*, quam ipse sequitur per *text. d. l. test.* qui solum probat ex testamento imperfecto deberi libertatem, & sic legata pia non tamen loquitur, si voluntatis defectu est imperfectum, ideo intelligendus potius est *tex. ille* de imperfectione solemnitatis, cum voluntatis defectus à jure naturæ procedat, nec hoc dispentant leges, *Magdalen. d. p.* 2. c. 4. n. 65. & 66 licet sustineri possit quoad relicta pro voto, & conscientia exoneratione, non enim credendum est voluisse ab ea voluntate recedere, à qua sine animæ periculo non potuisset *Faber. d. dec.* 27. *ad fi. Illustriss. Episc. Vicequen. D. Ricc. d. collect.* 230.

9 Ex his igitur ego firmo conclusionem, testamentum in favorem miserabilium personarum conditum imperfectum ratione solemnitatis, non autem voluntatis bene posse sustineri, prout plerum; consultus cum hac sententia transibam, & in specie dum casus accidisset novissime de anno 1623. in Civitate Puteolorum requisitus de voto, prout supra respondi, & aliàs accidit trutinandus casus ad favorem Venerabilis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Gratiarum hujus Civitatis Neapolis.

Sed pulchrum est scire, quando testamentum dicatur imperfectum ratione voluntatis, & quando solemnitatis, & ideo quære; Testator Notarium vocari jussit, ut suæ voluntatis quam coram testibus explicuit in testamentum ad publicam scripturam redigeret, sed morte præventus cum nec potuerit Notarius de testamento se rogare, ut Testator fieri jusserat, an imperfectum ratione voluntatis sit testamentum etiam ad pias causas, vel solemnitatis tantum ratione, qua in re imperfectum voluntatis ratione illud esse respondit *Oldra. conf.* 119. quia licet Testator erit, testibus omnem suam expressam voluntatem, ex eo tamen quod publicam in scripturam illam à Notario redigi voluerit, talis voluntas suspensa videretur, donec Notarius de illa publice se rogaverit, quo nondum peracto tes-

tamentum id dici non potest, sed quædam potius præparatio ad testandum. *Abb. conf.* 98. *ad fin. vol.* 2. *Castr. conf.* 75. *par.* 1. & *conf.* 491. *par.* 2. *Gui. Pap. conf.* 53. nu. 3. & *dec.* 538. *ad fin. Tusc. lit. T. conclus.* 112. n. 4. *Covar. c. relatum* 1. n. 9. *de test. Zunt. in conf. pro uxore.* n. 192. *Crescent. dec.* 3. *tit. de test. Manic. de conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 6. n. 6. *Gabr. concl.* 9. n. 3. 4. & 5. *de test.* & si in causam piam ille testetur, ut decisum refert *Magdal. de nu. test. in testam. requis. p.* 2. c. 5. num. 8: 9. 10. & 11.

Contrarium autem judicârunt *Alex. & Nac. 11 ta in hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, nu. 146. & 147. *C. de test. Fachin. lib.* 4. *contr.* 4. *Men. conf.* 1189. n. 11. & 12. *Laderch. conf.* 157. n. 1. *Cæphal. conf.* 99. nu. 6. & 18.

Quid dicendum in hac contrarietate illorum clarissimorum virorum.

Certe si meam qualem auscultare velis sententiam putarem esse distinguendum, prout distinguit *Zunt. d. respons. pro uxore. num.* 290. 291. & 292. aut ex verbis Testatoris cessat dispositionem suam in adventum, & rogatum Novarii differre voluisse, tunc licet coram testibus illam explicasse videretur. est tamen potius testamenti præparatio, quam testamentum, & vera est *Oldrad.* & aliorum sententia, aut inspectis negotii circumstantiis, ex verbis cessat testari defectum voluisse omnemque sui voluntatem coram testibus expressisse quam pro perfecta, absoluta habuit, tunc, & si ad Notarium missum fuerit, argui tamen ex hoc non potest suspensionem sui voluntatem fuisse in ejus adventum, sed ut sua voluntas sit apertior, si de eo publicum conficiatur instrumentum, quod licet factum non fuerit, quia Testator morte forsitan, aut pro heredi præventus sit, nihil impedit, quò minus ejus voluntas ad pias causas & inter liberos fortiarur defectum, postquam testibus legitime probari potest, hoc in casu verior est altera contra *Old.* opinio distinctionem reperit ibi *Zunt. n.* 337. *Natta d.* §. *ex imperfecto num.* 141. *Moros. conf.* 6. n. 4. *Sfort. conf.* 64. & 69. *Pappon. conf.* 36. *Cavale. dec.* 27. nu. 40. *par.* 2. *Seraphim. dec.* 581. a n. 3. & *dec.* 623. a nu. 5. *Honded. conf.* 77. n. 10. & 12. *vol.* 1. *Alba conf.* 414. *Magdalen. dict. cap.* 5. nu. 15. perfectum namque dicitur testamentum, quia nil aliud erat dicturus Testator de præsentibus, *Menoch. conf.* 45. nu. 28. *ad fin. Bertazzol. conf. civil.* 86. n. 6. *Trentacinq. conf.* 42. n. 2. & 8. *vol.* 2. *Seraphim. dec.* 623. nu. 4. & 8. noviter *Gratian. discept. forens.* c. 220. num. 28. & alii recentiores.

## PRIVILEGIUM CXV.

## ARGUMENTUM

Monachi, seu Religiosi claustrales possunt esse exequutores testamenti conditi in favorem miserabilium personarum.

*Ad ornatum text. in cap. 2. de testament.*

# De Privileg. Miserab. Personarum. 297

## SUMMARIUM.

- 1 Exequutorum quatuorplex sit species.
- 2 Monachus claustralis nequit esse exequutor testamenti, & num. 3.
- Fallit tamen in favorem miserabilium personarum, ut num. 4.

1 **A**ntequam ad articulum privilegii deveniamus pro utilitate Tironum præmittimus, Exequutorum duplex esse genus, quorum alii sunt universales, quando scilicet instituti sunt pauperes Christi, vel quando nullus datus est hæres in testamento, tunc ipsi vicem hæredum sustinent, alii sunt particulares, quando scilicet alius est datus hæres in testamento, quo casu exequutores hæredum vices non sustinent. *Bart. l. alio n. 5. ff. de alim. & cibar. leg. in l. hereditas ad statum ff. de hæred. instit. & in l. centurio num. 21. ff. de vulg. Bald. l. precibus n. 45. C. de impub. Calder. conf. 19. de testam. Socin. Sen. conf. 49. num. 3. vol. 4. Alex. conf. 4. n. 16. conf. 98. n. 10. vol. 2. & conf. 12. n. 12. vol. 3. Casanat. conf. 29. n. 3. Marchab. conf. 2. n. 36. Sim. de Præt. lib. 5. interpret. 1. dub. 2. n. 103. Tremacing. de substitut. par. 4. c. 10. n. 7. Abb. & Covar. in c. Joannes n. 6. de test. Jacob. à Canib. de exequut. par. 2. §. consultis n. 19. Paris. conf. 74. n. 41. vol. 3. Mathiens. in l. 14. glos. 1. n. 7. tit. 4. lib. 5. recap. eorum alii mixti sunt Exequutores, alii meri declarant *Bart. & DD. in alio ff. de alim. & cibar. leg. Capra de exequut. ultim. volunt. membr. 4. n. 5. Cavalc. dec. 40. n. 1. par. 5. ex his melioris conditionis sunt testamentarii, licet sicut codicillis dati, Put. conf. 121. num. 39. vol. 1. Roland. conf. 66. num. 26. vol. 4. qui datus præferuntur *Castrer. conf. 183. vol. 1. Tusc. conclus. 537. lit. E. num. 4. & legitimis tunc à lege datis.***

2 His sic breviter præmissis firmo regulam, porro exequutores constitui posse omnes exceptis Religiosis, qui claustrales sint. *Guglielm. ad Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero, Roland. conf. 24. n. 82. vol. 1. Sim. de præf. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubio 2. numero 25.*

3 Stat enim acceptatum axioma Regularibus esse interdictum exequutorum munus subire, nisi cum licentia superioris *cap. 2. & fin. de testam. in 6. clem. unic. eod. tit. quæ debet esse expressa, & præcedere. Sanchez in summa Theol. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 22. numero 10. & seq.*

Ita ut executio testamenti à similibus gesta non præcedente superioris licentiâ invalida sit, licet non oppositum fuerit, & velimus inhærerere opinioni *Rim. Jun. conf. 403. nu. 17. vol. 4. Rodric. q. Reg. tom. 1. q. 65. art. 3. Menchac. de success. creat. lib. 2. §. 11. n. 178. Perez. in l. 4. dub. 8. tit. 2. lib. 5. ordin. Molin. de just. & jur. tr. 2. disp. 257. & si contrarium tulerentur *Pacian. conf. 162. lib. 1. Pereira de resolut. emphiteut. cap. 17. num. 10. Azor instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæst. 1. Caval. commun. contra commu. quæst. 88. & 404. Mathiens. in l. 14. glos. 1. numer. 14. tit. 4. lib. 5. novæ recopil. Sanchez. post cæteros in summa theolog. mor. lib. 6. d. cap. 11. numer. 44. ubi latè loquitur in materia multa adducens præcticalibus, ut recenter etiam conglomerat *Barbof. in***

*tract. de jure Ecclesiastico universal. lib. 3. tit. de stat. & vita regular. cap. 43. à numer. 65. cum seq.*

Tamen favore miserabilium personarum bene possunt exequutores esse cum licentia Superioris *cap. 2. de testam. in 6. & ita vidi praticari in facti contingentia in Civitate Puteolum de anno 1622. confert *Marta decis. 111. ubi quod Monachus potest fieri exequutor legati ad pias causas.**

## PRIVILEGIUM CXVI.

### ARGUMENTUM.

Exequutor datus in testamento, in quo sunt institutæ miserabiles personæ, peccat mortaliter, si tale exequutoris munus accipere recuset.

*Exornatur text. in cap. Joannes, & ubi Covar. de testam.*

## SUMMARIUM.

- 1 Exequutor testamentarius nequit cogi ad suscipiendum onus exequutoris, sed declaratur ut num. 3.
- 2 Voluntarium à principio est exequutoris officium.
- 4 Exequutor datus in testamento ad pias causas recusans tale munus, peccat mortaliter, & sic etiam favore miserabilium personarum Author docet.

**R**egula est, quod Testamentarius exequutor ad pium etiam exequendi munus suscipiendum invitatus compelli nequit, *cap. Joannes, & ubi Covar. num. 3. de testam. Bart. in l. at si quis §. potest tamen ff. de relig. & sump. funer. Guvier. de tutel. par. 3. cap. 45. n. 12. Menoch. conf. 58. nu. 18. Tell. ad l. Tauri 31. nu. 9. ubi similiter *Cisuen. n. 4. & Lopez. n. 4. Perez. in l. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. fol. mihi 142. Mathiens. in l. 7. glos. 6. n. 1. l. 14. glos. 1. n. 30. tit. 4. lib. 5. recopil. Tusc. concl. 533. num. 5. lit. E. & noviter *Gratian. discept. forens. c. 329. n. 21. quia voluntarium à sui initio est exequutoris officium *l. Imperator in princ. ff. de leg. 2. Bal. in l. nulli col. 2. C. de Episc. & Cler. Marcabrun. tons. 21. n. 25. nisi tamen aliquid in testamento exequutori legatum sit, nam tunc causative saltem (ut ajunt) pium munus hoc suscipere cogitur, alias legatum amittet, si semel monitus non exequatur *l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sump. funer. l. Nefennius ff. de excus. tutor. auth. hoc amplius C. de fideicommiss. Bursat. conf. 226. numer. 137. Masub. ad Capyc. decis. 205. n. 3. Caroc. decis. 17. n. 1. Costa de remed. subsid. remed. 72. n. 14. Spin. de testam. gloss. 28. n. 47. usque ad n. 77. ubi dicit, Judicis tamen interveniente declaratoria, & non ipso jure privari in tali casu legato, latè *Tiraq. in l. si unquam gl. revertatur C. de revoc. don. Lop. in l. fin. t. 10. par. 6.******

His autem veris existentibus quotiescumque exequutor datus in testamento, in quo sunt institutæ miserabiles personæ, recusat tale munus suscipere, peccat mortaliter, nisi adsit causa ex gloss. in cap. sicut

## 298 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

11. q. 1. mol. in cap. pastoratus in princ. de offic. deleg. & ibi Felyn. n. 6. Spin. loco superius cit. n. 118. quorum omnium vox est peccare mortaliter exequutores datum in causa pia nolentem munus exequutoris suscipere.

Igitur ita in casu nostro favore miserabilium personarum annuere debemus, ex regula similia, & parium.

### PRIVILEGIUM CXVII.

#### ARGUMENTUM.

Exequutor testamenti potest heredem cogere ad adeundam, vel repudiandam hereditatem, ad hoc ut legata saltem facta miserabilibus personis ipse solvat.

#### SUMMARIUM.

- 1 Exequutor testamenti heredem potest cogere ad adeundam, vel repudiandam hereditatem vel legata facta miserabilibus personis ut solvat.
- 2 Ita etiam favore pie causæ.
- 3 Hereditatis aditio quando non sit necessaria, ad effectum solvendi legata pia.

**R**egulam firmo, quod exequutor testamenti heredem potest cogere ad adeundam vel repudiandam hereditatem, ut legata saltem facta miserabilibus personis ipse solvat, siquidem sic favore pie causæ concessum reperio, ex l. quia poterat, & l. cogi §. generaliter & l. nam quod §. non omnis ff. ad Trebell. Alex. conf. 170. num. 2. vol. 2. Seraphin. decis. 1048. Covar. in cap. 3. num. 5. de testam. Coraub. in l. si quis a liberis §. utrum num. 36. ff. de liber. agnosc. Tusc. concl. 429. litt. E. noviter Gratian. discept. forens. 329. num. 30. & hoc verius licet dissentiat. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 12. num. 2. & dixerunt Menoch. conf. 479. num. 4. & Aldovin. conf. 42. num. 30. cogi solum posse ut legatis piis satisfaciatur & defuncti voluntatem impleat.

3 Sed est observatio dignum, quod si res dilationem non patitur (ut in relictis prosepultura, vel alimentis, aut reliquis non dissimilibus legatis piis) hereditatis aditio tunc non requiritur, Suarez in l. post. rem judicatam ampliat. 6. in fin. ff. de re judic. quia de favore Animæ agitur, cujus speciale est privilegium hereditate non adita deberi legata ad pias causas utroque jure inspecto fundat Tiraq. de privil. pie causæ privil. 33. Carocc. singul. 245. nisi diviti præstanda sint alimenta, aut si egeno de præteritis agatur Surd. in suo tract. de alim. privileg. 11. num. 14. Unde merito in similibus casibus sic praticari videmus.

### PRIVILEGIUM CXVIII.

#### ARGUMENTUM.

Nudus minister actiones contra heredem, vel defuncti debitorem exercere potest, ut legatum solvat miserabilibus personis, ad instar in Testamento injunxit.

#### SUMMARIUM.

- 1 Nudus minister actiones contra heredem, vel defuncti debitorem exercere prohibetur.
- 2 Fallit tamen favore miserabilium personarum.

**R**egulariter nudus minister actiones contra heredem, vel defuncti debitorem exercere prohibetur, l. Lucius §. menia ff. ad Trebell. l. si quis Titio ff. de leg. 2. nec etiam exequutor d. l. Luvius §. 1. & l. filio §. marri ff. de alim. leg. Alex. conf. 170. vol. 2. Grass. de success. §. fin. q. 9. n. 4. Tusc. concl. 537. nu. 6. lit. E. Gratian. post alios discept. forens. cap. 329. num. 4.

Favore tamen miserabilium personarum exequutor, & si nudus minister sit heredem cogere potest, ut legatum solvat miserabilibus personis, quod defunctus injunxit, siquidem in cautum esse favore pie causæ apparet, ex text. in d. l. nulli, & notant Bald. in l. id quod pauperibus n. 18. C. de episc. & cler. Dec. conf. 91. n. 2. Specul. de instr. edit. §. nunc vero nu. 17. Menoch. conf. 479. n. 4. Aldovin. conf. 42. n. 20. Aloys. de Leo in auth. hoc amplius n. 10. C. de fideicommiss. Capra de execut. ult. volum. cap. 6. nu. 57. Surd. de alim. tit. 8. privil. 32. n. 1. Seraphin. decis. 842. n. 2. & dec. 1084. n. 2. Card. Tusc. concl. 537. nu. 27. & Gratian. discept. forens. cit. cap. 379. n. 25.

Sicuti quemlibet de populo cogere eum posse, dixit Sim. de Peir. de interpret. ult. vol. interpret. 1. dub. 2. n. 71. qui n. 50. asserit idem esse si exequutori commodum aliquod remaneat ex legato, nam tunc non solum in piis causis sed in quibusvis aliis sibi darur actio, ut etiam asserunt Casant. conf. 29. n. 24. Grass. in d. §. fin. q. 9. n. 4. Surd. de priv. 32. n. 10. cum legatarius sit Mantic. de conject. ult. volum. lib. 1. tit. 4. n. 13. & proinde si in bonis distribuendis sint, debitorem nomina cogi ab exequutore posse heredem ad cedendum ut exigit caveatur in §. cum autem instit. de legat. Capra loco proxime cit. nu. 60. 83. & 89. quibus addo Burfat. in conf. 299. num. 2.

Prout, & sic in facti contingentia fuit praticatum contra Hieronymum del Fedele in Anno 1633.



# De Privileg. Miserab. Personarum. 299

## PRIVILEGIUM CXIX.

### ARGUMENTUM.

Exequutor testamenti potest vendere bona hæreditaria irrequisito hærede pro solvendis legatis factis miserabilibus personis.

### SUMMARIUM.

- 1 Exequutor irrequisito hærede potest bona vendere pro solvendis legatis factis miserabilibus personis.
- 2 Ità etiam favore piæ causæ.

**R**egulam firmo, quod exequutor irrequisito hærede potest bona vendere pro solvendis legatis factis miserabilibus personis, sicuti illa potest similiter alienare pro solutione legatorum piorum, ut defuncti voluntatem adimpleat. *Bald. in l. nulli C. de episc. & cler. Spin. in specul. test. glos. 28. n. 31. Tusc. concl. 528. n. 9. & concl. 541. lit. E.*

Et licet contrarium defendant *Cyn. in l. ab exequutione ff. quor. appel. non recip. Gabr. tit. de cit. concl. 1. n. 191. Casanat. conf. 29. Lancelot. Gall. conf. 120. n. 7. Gratian. discept. 329. n. 27. & 28. Manic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1. numer. 21. Aldobrand. conf. 69. numer. 22. & 23. præsertim si rei pretium pro solvendis legatis hæres offerat, vel se soluturum caveat infra certum terminum, & venditionem impedit *l. 3. C. de jur. dom. imp. Burs. conf. 28. numer. 14. Crass. de success. §. fin. quæst. 11. num. 3. & ubi minor est hæres tutor citari debet, Alex. conf. 27. vol. 3. Tusc. concl. 45. num. 10. lit. E.**

Ego tamen primam insequor sententiam, sed ad interesse illi de suo teneretur exequutor, si minoris venderet. *Alex. conf. 215. n. 10. vol. 1. Tusc. lit. E. concl. 537. numer. 11. concl. 539. n. 3. & concl. 640. num. 3. ubi magis communem dicit n. 13. Bald. conf. 380. vol. 4. Castr. l. fin. ff. de solut. Socci. conf. 112. alias 171. vol. 1.*

Idem etiam servandum erit, si rem meliorem is venderet cum mediocren alienare potuerit, quo in casu teneretur hæredi ad damna, & interesse, *Bal. conf. 380. vol. 4. Tusc. concl. 539. num. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 40. n. 26. præsertim si emptor & exequutor in vendendo participes sint fraudis, quia nulla est alienatio, Apost. ad Alex. conf. 215. num. 9. vol. 6. Tusc. concl. 540. n. 13. lit. 3. aut si per dolum irrequisito hærede vendita res fuerit, *Bald. conf. 380. Tusc. concl. 539. n. 5. & d. concl. 540. num. 7.**

## PRIVILEGIUM CXX.

### ARGUMENTUM.

Exequutor testamenti, in quo sunt institutæ miserabiles personæ tenetur facere inventarium favore ipsarum.

### SUMMARIUM.

- 1 Exequutor testamenti an teneatur facere inventarium, & num. 4. & vide num. 6.
- 2 Exequutor est nudus minister.
- 3 Qui sentit commodum, debet sentire incommodum.
- 5 Exequutor testamenti, in quo sunt institutæ miserabiles personæ, tenetur facere inventarium, & ita consuluit Author.
- 7 Exequutor testamenti satisfacere non cogitur, nisi mutaverit statum.

**R**egulariter, inventarium conficere non tenetur exequutor, ità resolvunt *Phanot. de invent. part. 2. num. 15. Roland. de invent. part. 2. quæst. 21. Bött. consil. 46. num. 12. & alii ab Aldovin. relati consil. 42. num. 29. quia nudus minister est, nec quicquam lucri ex officio suo consequitur, ergo nec damnum, Decian. conf. 79. num. 45. vol. 3. nam periculum, & incommodum ejus esse debet, cujus est commodum, *l. fin. §. sed cum, C. de furt. l. secundum naturam, ff. de reg. jur. Thomaf. reg. 105. Tusc. concl. 374. lit. V.**

Contrarium imò eum teneri si universalis sit exequutor patet, ex *glos. l. nulli verb. debetis, C. de Episcop. & cler. Masull. ad Capyc. decis. 205. n. 6. Marilian. dec. 13. n. 3. Craver. conf. 446. num. 9. Marcabr. consil. 21. num. 25. Amanel. de clar. aq. singul. 6. Tepar. tit. de exequut. col. 1. Joan. à Canib. de exequut. ult. volunt. part. 2. vers. deinde, Alba consil. 401. Capra de exequut. ult. volunt. 5. membr. num. 13. Papon. lib. 20. tit. 9. arrest. 1. Porcell. de invent. tit. de invent. hered. num. 27. Aldovin. d. conf. 42. num. 45. non ut hæredem, qui ultra vires hæreditarias alias teneretur vulg. jur. sed reddendæ rationis causâ, ad quam nedum pro administratis cogitur, sed pro neglectis etiam, & omissis *Bart. conf. 137. nu. 3. lib. 1. Guttier. de tutel. p. 3. n. 15. cap. 15. Bæz. de decim. tutor. cap. 2. n. 156. & cap. 20. num. 23. Mathiens. l. 14. glos. 1. n. 67. tit. 4. lib. 5. recop. Bim. conf. 190. n. 1. & consil. 13. n. 32. Simon. de Perr. Boer. & alii à Crass. relati in tract. de success. §. fin. quæst. 7. n. 12. Aldovin. conf. 42. n. 22. Pir. ad consuet. Alvar. cap. 17. Pecch. de testam. conjug. lib. 1. c. 11. in fin. Oldendor. de exequut. ultim. volunt. tit. 8. Craver. consil. 446. numer. 9. Tusc. lit. E. concl. 542. Montan. de tutel. cap. 38. num. 83. quod verum inquit *Bal. in d. leg. nulli n. 10. & 11. & si commissæ exequutio sit exequutoris conscientiæ, Cavalc. decis. 40. à quo dissentit Azeved. l. 6. nu. 22. & 23. tit. 4. lib. 5. Recopil.***

Favore tamen miserabilium personarum Ego dico, exequutorem testamenti, in quo sunt institutæ miserabiles personæ teneri conficere inventarium, sive universalis, sive particularis sit exequutor, & ità ad favorem quorundam pupillorum, & pauperum requisitus de voto respondi de anno 1620. cum quo transiverunt alii Collegæ mei non contemnendæ virtutis.

Declaro autem ad inventarium conficiendum non teneri exequutorem si Testator remiserit, *Bött. consil. 46. nu. 13. 15. & 16. ubi dicit communem, nisi extet suspicio, quod exequutor supprimat, aut dilapidet bona hæreditaria, quia tunc poterit Judex*

ex officio illum ad conficiendum inventarium compellere, remissione prædictâ non obstante, *Cravert. consil. 190. num. 9. Covar. variar. resol. c. 34. n. 4. Clar. in §. testamentum qu. 66. Decian. consil. 94. in fin. vol. 2. Cavalc. de tutor. n. 210. Bursat. consil. 130. nu. 18. Gutierrez de tutel. p. 3. c. 15. num. 15.*

7 At non reticeam advertere, quod in casibus, in quibus exequutor tenetur inventarium conficere non tenetur satisfacere, *l. di-vus, ff. si cui plusquam per l. falcid. Raven. singul. 10. Bart. singul. 88. Masull. ad Capyc. dec. 205. num. 7. nisi post testamentum exequutor cœperit esse non solvendo, & statum mutaverit, l. liberto, §. largius ff. de annuis leg. l. si cum Cornelius. ff. de sol. Bursat. consil. 226. latè Sim. de Petr. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dub. 2. n. 49. quod accidit dubitari in causa Marcelli Somaſchi, cum hæredibus Philippæ dello Gaudio.*

## PRIVILEGIUM CXXI.

## ARGUMENTUM.

Exequutor Testamenti, in quo sunt Miserales Personæ institutæ legataria bona hæreditaria alienare, & dispensare potest hæreditate non adita.

## SUMMARIUM.

1 Exequutor testamenti potest favore Miserialium Personarum alienare bona hæreditaria pro solutione legatorum ipsis Miserialibus Personis factorum.

1 **R**egulam firmo, quòd testamenti exequutor potest favore Miserialium Personarum alienare bona hæreditaria pro solvendis legatis ipsis factis etiam hæreditate non adita.

Datur hujus conclusionis ratio, nam ita à simili videmus cautum esse favore piæ causæ, ut apparet ex text. in c. cum tibi de test. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. l. alio, & ibi Bart. ff. de alim. & cibar. legat. idem Bart. consil. 25. Crass. de success. §. final. q. 11. num. 3. Carp. ad Stat. Mediol. statut. 57. num. 13. An-neus Robert. lib. 1. rerum judicatarum, cap. 3. in fin.

Ut etiam idem est si de eligendis pauperibus agatur, ex mente *Tusc. in concl. 540. num. 11. lit. E. quem in facto sequebar de anno 1621. dum casus accidisset in Civitate Puteolorum.*

Et iterum vidi praticari in facti contingentia in Civitate Luceriæ de Apulea.

## PRIVILEGIUM CXXII.

## ARGUMENTUM.

Testamentum, in quo sunt institutæ Miserales Personæ solis conjecturis, & præsumptionibus, firmum manet, imò solum Testatoris nutu sufficit.

## SUMMARIUM.

- 1 Institutio hæredis conjecturis induci non potest, sed limita ut num. 3. & 5.
- 2 Substitutio directa non inducitur conjecturis.
- 4 Testamentum ad favorem piæ causæ manet factum inter liberos, n. 6.

**R**egulariter institutio hæredis induci non potest solis conjecturis, & præsumptionibus, *Castr. conf. 263. lib. 2. Corn. in l. cæ-tatoris, num. 20. C. de test. Ruin. conf. 90. n. 1. lib. 2. Soccin. Jun. conf. 174. n. 9. lib. 2. Alpi. in l. Gallus, §. & quid si tantum p. 1. num. 20. ff. de liber. & posthum. Vasquez de jur. creat. §. 10.*

Ut similiter substitutio directa, nec inducitur conjecturis, & præsumptionibus, *justa glos. in l. cum proponeretur, ff. de leg. 2. quæ communiter à plurimis recipitur.*

Tamen favore miserialium personarum, solæ conjecturæ sufficiunt ad inducendam hæredis institutionem, in tantum quod testamentum, in quo ipsæ sunt institutæ hæres solis præsumptionibus firmum manet, siquidem testamentum in tali casu videtur factum ad piæ causæ, cujus favore solus testatoris nutus sufficit, ut fatetur communis DD. *schola apud Tiraq. in l. si unquam in verb. devotioe, nu. 266. C. de revoc. donat. & in tr. de privil. piæ causæ priv. 8. Covar. in c. cum ubi num. 6. de testam.*

Pro qua opinione autumat, ac juvat, nam in testamento conditio à patre inter liberos suffieunt conjecturæ ad inducendam hæredis institutionem, probat text. in l. fin. C. famul. hercisund. & tradunt *Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum in 1. p. n. 43. ff. de liber. & posthum. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita p. 3. num. 77. ff. ad Trebell.*

Fulcitur etiam ex opinione illorum, qui asseverarunt patrem posse solo nutu testari inter liberos, ut scribunt *Crot. in l. 1. §. si quis ita, n. 14. ff. de verb. oblig. Corn. in l. jubentur, n. 6. de test. ubi alios concordantes habes cum mulatos, & dicebatur in discursu habito in causa Marianæ resol.*

## PRIVILEGIUM CXXIII.

## ARGUMENTUM.

Tutor, qui aliquid recepit à sponso, vel ejus patre, ut pupillam nupti traderet, si illud restituat Miserialibus Personis, liberatur, & amplius non potest molestari.

## SUMMARIUM.

- 1 Promissa facta Tutori à sponso causa meritandi pupillam quando debeatur, & num. 6.
- 2 Turpis causa obligationem non inducit.
- 3 Allegare turpitudinem suam, quando liceat.
- 4 Possidentis conditio est melior.

## De Privileg. Miserab. Personarum. 301

5 Juramentum contra legem non obstat.

7 Restitutio cui est facienda.

8 Tutor id, quod recepit pro maritanda pupilla, potest solvere pauperibus, sed vide n. 9.

1 **R**egulariter, quod est promissum à sponso, vel ejus patre Tutori, ut pupillam nuberet, si non potest peti, ut in terminis consuluit *Anchar. consil. 174.* & melius *Natta consil. 76. & 77.* ubi latissime tractat materiam & concludit, Tutorem debere repelli à petitione cujusdam summæ pecuniarum promissæ ex causa matrimonii pupillæ, & promissores esse tutos, & ita tradit *Mastrill. in dec. 63.*

2 turpis enim causa obligationem non inducit, l. 3. §. fin. ff. de condit. ob turp. caus. *Bald. consil. 202. & 203. Laderch. consil. 101. numer. 5. Card. Tusc. conclus. 405. num. 2. lit. T. & conclus. 39. lit. O.* turpitudinis namque exceptione tutus est debitor contra exequentem creditorem, quam & si à suo factò procedentem allegare regulariter nemo possit, nec si ejus sit cui successit, l. cum profitearis, C. de revoc. donat. *Mastard. de prob. concl. 439. n. 31. Carvac. dec. 23. n. 54. par. 2. Cabal. consil. 4. n. 7. vol. 2. Scradier. de feud. par. 10. sect. 20. n. 191. cum seq. Viu. dec. 67. num. 6. cum seq. excipiendo tamen, vel replicando contra ipsius turpitudinis participem de lucro certantem allegare eum posse, probatur in l. de tutela, C. de in integr. restit. & tradunt *Alex. consil. 59. in fin. vol. 1. Felyn. in c. labor. num. 1. de re judic. Surd. consil. 469. n. 29. Menoch. consil. 12. 8. Tusc. concl. 404. n. 52. cum seq. lit. T.* optimè *Scradier. de feud. de sect. 20. à num. 196. Bertazzol. consil. crim. 533. n. 5. & copiosè Seraph. de privileg. juram. privil. 59. & ubi actus contra legem fuit gestus suam, vel Authoris licèt turpitudinem allegare glos. in l. à divo Pio, ff. de ritu nupt. *Bald. l. creditoribus, C. de ser. pign. dat. manumiss. l. cum dubium, col. 9. C. de legib. & in l. 1. C. plus valer. quod agit, Jaf. d. §. procurator, n. 30. Men. d. consil. 1239. n. 10. & consil. 1101. n. 50. Ruin. consil. 125. n. 5. vol. 1. conf. 72. n. 1. vol. 5. & consil. 78. n. 7. vol. 4.* & in pari turpitudine melior est conditio possidentis l. 2. C. de condit. ob turp. caus. latè *Alex. Castr. & alii in l. 1. §. 1. ff. eodem, & Cagnol. l. in pari, ff. de reg. jur. Bald. consil. 105. vol. 1. & consil. 379. vol. 5. Laderch. consil. 101. n. 7. Tusc. concl. 404. num. 51.* quia obligatio nec inducitur ubi turpitudine ex juramento descendit in actum perpetuam habente prohibitionem, *Tusc. lit. l. concl. 511. n. 14.* cui enim damus actionem ad repetendum multò magis exceptionem concedimus, & cum nullius momenti sint turpes stipulationes, l. generaliter, ff. de verb. oblig. l. non impossibile, ff. de pact. *Hering. de fidejuss. c. 10. n. 157. dolo petis, quod restitutus es l. in condemnatione, §. dolo, ff. de reg. jur. c. dolo facit eod. t. in 6. Caball. consil. 85. num. 38. vol. 2.* cum sit juris exceptio quam contra instrumenti exequationem opponi posse *Alex. prob. ad Bart. l. 1. §. & parvi, ff. quod vi, aut clam. Suar. l. post rem judicatam p. 2. n. 45. ff. de re jud. jurato pacto de non opponendo, non obstante quia ex eodem fonte oritur, & actioni inest, Fely. c. ex parte n. 26. de offic. Deleg. Bart. d. §. & parvi, Turret. consil. 91. num. 19. & 20. vol. 1. Milan. decis. 9. n. 1. lib. 2. Peregr. decis. 1. 3. num. 9.***

Nec relevat juramentum cum sit contra legem 5 in odium creditoris c. fi. diligenti de foro compet. *Abb. cap. super eo n. 4. de usur. Fachin. lib. 2. controvers. jur. 101. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 206. Tusc. lit. l. concl. 511. n. 4. & 21. Aldovin. consil. 77. n. 11. Menoch. consil. 1211. n. 7. Turret. consil. 19. n. 20. vol. 1. Parin. de gabell. p. 1. num. 136. & cum sit contra bonos mores nec obligat, c. non est obligatorum de reg. jur. in 6. *Bald. rubr. C. de usur. Corn. consil. 159. vol. 3. Sanchez de matr. lib. 1. disp. 31. n. 1. Seraph. priv. jur. 61. n. 12. Hering. d. c. 6. n. 204. Covar. de pact. p. 3. in pr. n. 1. Vasquez de success. creat. §. 28. n. 9. Guttier. de jur. p. 1. cap. 40. copiosè Molin. disput. 151. Milan. d. decis. 9. obtentà præsertim absolutione apyc. decis. 175. & Bongior. in fragm. rit. 6. declarat Sanchez d. disput. 32. numero 12.**

Bene verum, si aliquid solum fuerit à sponso ipsi Tutori, tunc Tutor tenetur restituere illud, & hæc restitutio faciendæ est pupillæ offensæ, *Natta consil. 76. num. 4. & consil. 77. Bald. in l. qui sine numer. 4. & 5. ff. de negot. gest. siquidem restitutio illis faciendæ est, à quibus ablata res sunt c. reintegranda 3. q. 1. c. cum tu de usur. c. gravis de restit. spoliar. & cap. sicut, §. eos de homicid. Tusc. concl. 357. lit. V. Caroc. dec. 7. num. 11. & 15. Ugolin. de usur. c. 18. n. 1. Spin. in specul. test. gloss. 13. n. 24. si ve eorum Dominus sit laicus, si ve ecclesiasticus, modò sit dispensator, & non dissipator, si ve etiam Dominus non sit, sed sua interfit honesta ex causa rem non esse sublatam, quia nempe in ea jus pignoris habebat, vel usa, ut aliquid hujusmodi l. is cujus, ff. de sur. Silvest. verb. restitutio 4. §. 1. *Graff. dec. 128. n. 1. lib. 2. p. 1.* ratio est, quod cum restitutio sit actus commutativæ justitiæ, per quam æqualitas constituitur inter personas, quæ habent inæqualia, *Graff. ibid. n. 2. Peregr. de duell. q. 39. n. 9. & 10.* adæquatio ergo legitime constitui non potest, nisi eidem id reddatur, quod fuerat ei ablatum.*

Sed si id quod Tutor recepit pro tali effectu dispensasset miserabilibus personis, tunc mihi suaderem esse liberatum ipsam tutorem, motus auctoritate, *Anchar. in consil. 175.* ubi transivit cum sententia, quod Tutor qui aliquid à sponso, vel sponsi patre recepit, & cum eo puellam matrimonium collocavit, pauperibus id posset solvere.

Quod tamen verum fateor, quoties non adesset pupilla, quæ passa est damnum, aliàs secus, siquidem pauperibus restituenda non est res, cujus certus est Dominus, *Bart. in l. 1. C. de sacros. Eccl. Angel. de test. gloss. 7. num. 5. Bursat. consil. 226. n. 105. Gemin. consil. 20. Lap. alleg. 75. n. 5. Abb. consil. 80. vol. 1. Tusc. d. concl. 352. n. 1. & 2.* proinde notat *Abb. consil. 34. vol. 1.* quod si certi sunt quibus restitui usuræ debent nec Papa, aut Episcopus dispensat, quin restituat, *Tusc. lit. V. concl. 349. num. 19.* ideo adhibenda est diligentia, ut sciant Dominos, ut nec de rebus furto subtractis cleemosinam a sciente fieri permittatur. *Rebell. de usur. q. 30. concl. 4. & 5.* convenit cuique de suo eleemosinam facere non de alieno, *Marta dec. si ve vot. 205. num. 8.*

Inde habeant oculos in hujusmodi materia patres Confessarii, & prudentiam adhibeant quod restitutio fiat dominis, quando illi sunt certi.

## PRIVILEGIUM CXXIV.

## ARGUMENTUM.

Testium reprobatio in causis Miserabilium Personarum locum non habet.

## SUMMARIUM.

- 1 Causæ Miserabilium Personarum sunt summaria.
- 2 Testium reprobatio non habet locum in causis summaris, sed secus est in Regno ut docet Author, n. 3.

**R**egulam firmo, quod cum causæ miserabilium personarum sint summaria, ut docuimus supra in *privil.* 11. ideo in eis locum non habet testium reprobatio, recipit incrementum, & adjuvamen hujusmodi conclusio, nam in causis, & judiciis summaris non procedit testium reprobatio, ita post antiquiores *Rom. singul.* 383. *Aret. cons.* 61. in *fin. Dec. in l. fin. C. de edict. div. Adr. tollen. Cognol. in l. in part. sub n. 7. ff. de reg. jur. Afflict. dec.* 351. *sub n. 2. Capyc. dec.* 55. *n. 5. Benintend. decis.* 79. *n. 8. Cacher. dec.* 1. *n. 11. Personal. de adipisc. poss. num.* 30. *Marant. in sua pract. par. 6. actu 13. in fin. Boer. consil.* 40. *n. 133. Marsil. in l. de unoquoque num.* 135. *ff. de re judic.*

Licet contrarium asseverent *Bart. in extravag. ad reprimendum in verb. sine figura 3. col. Puteus de syndi. quem refert, & sequitur Pand. in pragmat. Regni dispendia litium numero 152.*

**E**go autem has opinionum contrarietates sic concilio, sed ante monitos volo nonnullos locorum plurimum, in quibus civiles causæ sunt summaria, ut sunt declaratae in hoc Regno Neapolitano per cap. detestantes, quod fuit factum per Carolum Primogenitum Regis Roberti Ducem Calabriae in anno 1320. & per *pragmat. dispendia litium sub tit. de ordine judiciorum*, factam per Regem Catholicum Ferdinandum Primum anno 1483. quibus ordinatum fuit, quod causæ civiles omnis solemnitaribus judiciariis, dummodo de substantia veritatis liqueat sine figura iudicii veritate facti inspecta agitentur, quia non intelligenda sunt ea jura, ut cum sint summaria idcirco in illis reprobatio testium, & illorum repulsio non sit necessaria cum unico argumento in hoc Regno veritas appareat, quod in causis praefatis civilibus repulsio fieri possit, quia idem Rex Ferdinandus Primus quo tempore fecit eam pragmaticam incip. dispendia, quam supra commemoravimus fecit, & *pragmat. incip. cursu dilationum, & aliam quæ incip. contingit.* saepe in quibus cum statuerit, ut in causis civilibus interveniat testium repulsio jam firma remanet conclusio in hoc Regno non obstante causarum summaritate repulsam locum habere.

## PRIVILEGIUM CXXV.

## ARGUMENTUM.

Judex potest non solum ad ejus informationem sed ad partis instantiam interrogare, & partem, & testes repetere post conclusionem in causa, & in quacunque iudicii parte favore Miserabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Judex in causis summaris potest ad instantiam partis repetere testes post conclusionem, sic etiam favore Miserabilium Personarum, *ibid. num.* 2.

**R**egula est, quod in causis summaris, & in quibus proceditur de plano, & sine strepitu, & figura iudicii (ut sunt civiles causæ in hoc Regno) potest Judex non solum ad ejus informationem, sed etiam ad partis instantiam interrogare partem, & testes, & repetere post conclusionem in causa, & in quacunque iudicii parte. *Alex. consil.* 89. *vol. 4. Neviz. consil.* 5. *n. 10. Cacher. decis.* 1. *numer. 10. Barbat. consil.* 30. *col. 3. vol. 1. Gui. Pap. decis.* 72. *Coler. in decis.* 119. *num. 1. & probat Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. casu 51. numer. 40.* Et quamvis contrarium dicat *Ursill. in decis.* 85. *in fin. & involute loquatur Marant. in sua pract. part. 6. distinct. 9.* Tamen adducta opinio est magis communi calculo recepta.

Ergo, cum in causis istarum miserabilium cesset iudicii strepitus, & in eis procedatur summarie, ut alias diximus, ita quoque debemus eorum favore fateri firmando, quod Judex in eorum causis possit in quacunque iudicii parte, etiam post conclusum in causa testes interrogare, & repetere.

## PRIVILEGIUM CXXVI.

## ARGUMENTUM.

Exequutor Testamenti potest alteri munus suum committere favore Miserabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Exequutor testamenti suum munus alteri de mandare prohibetur, & amplia, ut *num.*
2. Sed limita favore Miserabilium Personarum, *num.* 3.
- 4 Favor pia causæ rescindit juris subtilitates.

**R**egulariter, exequutor testamenti munus suum alteri committere prohibetur, quia ejus electa fuit industria, *cap. fin. de offic. De leg. l. inter artifices, ff. de solut. text. & ibi Bal. in l. nulli n. 4. C. de Episc. & Cler. Alex. l. 1. n. 6. ff. de leg. 2. D. meus Ricc. in collect. dec. 767. in fin. Surd. cons. 433. n. 16. & 17. Far. cons. 43. n. 23. Azev. l. 6. n. 11. tit. 4. lib. 5. Rec. Tiraq. de privil. pia causæ privil. 31. Avend. cap. 4. prator. n. 43. lib.*

## SUMMARIUM.

lib. 1. Joau. à Camb. de exequut. ultim. volunt. part. ultim. numer. 4. Gomez. ad ll. Taur 31. numer. 6. Tell. numer. 3. Cifuen. numer. 5. Vro. decis. 305. numer. 1. & 2. Spin. de testam. glos. 28. numer. 21. Masull. decis. 205. numer. 3. Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 49. numer. 3. Tusc. lit. E. concl. 521. numer. 5. conclus. 532. numer. 4. & lit. I. conclus. 106. numer. 11. Oldrad. consil. 316. numer. 2. Barz. decis. 118. numer. 34. & ubi expresso suo nomine datus fuit exequutor, nec admittitur substitutus, Vro. decis. 305. numer. 3. maximè in arduis, & non de legalibus, Bal. cons. 123. vol. 5. Tusc. lit. E. conclus. 541. numer. 11. & personale est exequutoris munus, ut nec eo mortuo ad hæredes transeat, Bal. consil. 39. vol. 5. Oldrad. d. numer. 2. Card. Tusc. d. concl. 541. numer. 3. lit. I. & concl. 105. numer. 4. 8. & 22. Vro. dec. 305. numer. 4. Imol. cons. 136. numer. 2. & 3. præsertim si ad suam vitam tantum exequutorem constituerit Testator, Dec. cons. 504. numer. 8. Decian. cons. 29. numer. 5. vol. 4.

Quæ omnia adeo sunt vera, ut nec Procuratorem possit constituere ad exequendum, ubi ejus electa fuit industria Bald. d. l. nulli, & consil. 123. vol. 5. Fely. c. fin. §. is autem de offic. deleg. ejus namque fides à Testatore electa dicitur, Aret. de test. col. 5. vers. advertas, Tusc. d. concl. 521. numer. 10. aliàs Procuratorem constituere is possit, Casfr. cons. 13. numer. 4. vol. 1. Masull. ad Capyc. decis. 205. numer. 3. nisi substituendi potestatem concesserit Testator, quia Testatoris nunc, & non ipsius substituendis Procurator est, gloss. cap. 1. & 2. de procurat. in 6. l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque univers. nom. l. 1. §. à præfectis ff. de legat. 3. Frec. de subseud. lib. 1. tit. de orig. Baron. numer. 48. Socci. l. item acquirimus numer. 10. ff. de acquir. poss. ff. Decian. cons. 91. numer. 4. vol. 5. seipsum namque Spoliavit Bart. l. quod si forte §. quid ergo ff. de solut. vant. de defect. mand. numer. 105. Laurent. decis. Rot. Aven. decis. 69. numer. 2. nec substituendis morte expirat potestas substituti, Illustriss. præsul. Ric. Collect. 351.

Favore tamen Miserabilium Personarum sive sit data potestas substituendi sive non, Exequutor datus potest bene causas vices alteri committere prout loquendo favore piæ causæ permittit Tiraquell. in suo tract. dictæ materiæ privil. 27. & post eum asseverat Sbroz. de offic. Vic. d. quæst. 89. num. 4.

Cujus sanè conclusionis procolophone impartitur palpabilis ratio, quia piarum causarum favor rescindit juris subtilitates, ex not. in cap. cum tibi de test. cum aliis concordantibus.

## PRIVILEGIUM CXXVII.

## ARGUMENTUM.

Rogitus testium non requiritur, ubi Testator disponit in favorem Miserabilium Personarum.

Ad limitationem text. in l. hæredes palam §. in testamentis ff. de testa.

Je. Mer. Novarij Traç. de Priv. Tom. II.

- 1 Testes in testamento debent esse rogati sed limitata ut num. 2. 3. & 4.
- 5 Rogitus testium non præsumitur.
- 6 Rogitus debet fieri à Testatore sed contrarium num. 7.
- 7 Rogitus omissus, an possit testibus probari.

**R**egulariter, rogati debent esse septem testes in testamento, l. hæredes palam §. in testamentis ff. de test. l. hac consultissima in princ. C. eod. tit. sive testamentum fiat in scriptis, ut in d. l. hac consultissima, sive sit nuncupativum notat Gloss. in fin. in verb. adhibitis instit. de testam. Alex. cons. 33. col. 1. vol. 3. Clar. in §. testamentum quæst. 6. vers. secundo inferitur, Boer. decis. 34. Suarez in Thesaur. recept. sent. in verb. testamentum numer. 30 Ludovic. decis. Lucens. 53. numer. 37. Franc. Marc. decis. 840 numer. 6. vol. 3. Gama decis. Lusit. 45. Surd. cons. 158. numer. 21. lib. 2. Mantio. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 11. Farinac. fusè in tract. de testibus tit. de oppos. contra Personas testium q. 62. num. 134.

Tamen secus est, ubi testamentum conderetur in favorem Miserabilium Personarum, quia in tali casu non esset necessarium testes esse rogatos, siquidem sic loquendo in pia causa, post alios concludunt Achilo. de Grass. dec. 1. de test. Gama dec. Lusit. 81. numer. 3. Giz. zarell. dec. 451. D. Ricc. collect. 229 Thor. in summ. pia caus. privil. 259. Gratian. forens. discept. c. 93. num. 8.

Ut etiam in testamento facto per partem inter liberos non requiri, quod Notarius, vel testes sint rogati, docet Gloss. in l. fin. in verbo excepto C. de codicil. arg. l. fin. C. famul. hercise. & hanc opinionem esse communiter approbatam scribit Decian. cons. 610. numer. 2. & tradunt Loffrod. cons. 8. numer. 16. Vro. in Sylva commun. opin. concl. 343. Vajq. de success. creat. §. 21. à numer. 58. cum seq. Guid. Pap. decis. 54. sub numer. 10. Rip. de actis in articulo mortis c. 62. numer. 9. Covar. in c. relatum num. 4. & 5. de testam.

Et similiter in codicillaribus testibus talem rogatum esse superfluum, probat mihi text. in l. final. §. fin. C. de codicil. & post antiquiores tenent Menoch. cons. 15. vol. 1. Magon. dec. Lucens. 32. numer. 37. Paris. cons. 51. numer. 10. volum. 3. Surd. cons. 158. num. 10. & si aliter dicant Gloss. in c. teste 3. quæst. 9. Rqr. dec. 34. sub num. 9.

Sed nota in materia, quod talis rogatus testium non præsumitur, cum sit res consistens in facto, nisi appareat ex testamento tam in scripto, quam nuncupativo, etiam si Notarius asserat testes fuisse præsentibus, quia non ideo dicerentur esse rogati, Bald. cons. 198. vol. 4. Alex. cons. 70. Barb. cons. 32. vol. 1. Gram. dec. 62. num. 1. & 2. Mantio. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 10. & 11. Socci. Jun. cons. 179. numer. 73. cum seq. dicens convocacionem, testium esse necessariam, ut possit sciri deliberata mens, & dispositio Testatoris ex Ruin. & Hercul. in l. servi Electione ff. de legat. 1.

Nec à mente tua cadat istum rogatum debere fieri à Testatore, non autem à consanguineis, Ruin. cons. 9. numer. 9. vol. 3. licet quod sufficiat testem à quocunque rogari, nec esse necessa-

necessarium rogationem illorum fieri à Testatore, voluerunt *Castrens. & Dyn. in d. l. hæredes palam. §. in testam. Faber in §. fin. instit. de testam. Alex. conf. 37. Durant. de arte testand. tit. 8. cautel. 8. Crass. in §. testamentum quæst. 58. numer. 5. Surd. conf. 414. numer. 25. vol. 3. Franc. Marc. dec. 193. sub numer. 7. vol. 2.*

Et tandem observa, quòd rogatus omisus in casu ubi est necessarius, & de illo in scriptura non fiat mentio potest testibus probari, si eorum sensum cadat, *Alciar. conf. 11. numer. 9. Mantio. de conject. ultim. volunt. tit. 11. lib. 2. Rot. divers. decis. 253. par. 1. vol. 1. & duo tamen sufficiunt Bald. in l. 2. sub numer. 1. & 3. C. de honor. possess. secund. tab. ubi Castrens. numer. 5. Alex. numer. 6. & Jas. numer. 13. Croc. de testib. sub numer. 226. Dec. conf. 11. numer. 6. post alios latè Surd. conf. 414. numer. 24. vol. 3. Sim. de Præf. de interpret. ult. vol. lib. 2. interpret. 1. dub. 2. fol. 3. numer. 43. ubi plus dicit rogatum ipsum probati per eosdem testes testamentarios, ut in facto nos consulti quoque respondimus de anno 1621. & fuit practicatum in anno 1633. ad favorem hæredum quond. Marci Aurelii de Sancto Soffio.*

### PRIVILEGIUM. CXXVIII.

#### ARGUMENTUM.

Conclusio in causis favore Miserabilium Personarum, non est necessaria.

#### SUMMARIUM.

- 1 Conclusio est necessaria in causis ordinariis.
- 2 Conclusio est iudicii pars.
- 3 Conclusio in causis Miserabilium Personarum non requiritur.
- Conclusio in causis summaris non est necessaria, ibid.
- 4 Conclusio in criminalibus non requiritur.

**R**egula est, quod in causis ordinariis conclusio est necessaria, & de iudicii substantia *Cappc. decis. 1. num. 33. Gregor. in sintagm. iur. numer. 48. cap. 17. sub numer. 2. Franc. Marc. decis. 796. numer. 6. volum. 2. Misinger. observat. 17. cent. 3. Damhouder. in praxi rerum civilium cap. 191. numer. 8. Guid. Pap. decis. 587. ubi asserit conclusionem esse iudicii partem, siquidem inventa est illa, ad hoc ut præcludatur via aliis probationibus & renunciatum censetur, cap. cum dilectus in verb. conclusus de fide instrum. ubi plenè *Felyn. Nat. conf. 251. vol. 1. Caravis. rit. 75. numer. 3. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 35. Misinger. observat. 56. centur. 6. & post alios Giurba decis. 26. numer. 11.**

Tamen in causis Miserabilium Personarum earum favore aliud est dicendum, siquidem illæ sunt summarie ex traditis supra in privileg. 11. & certum est, quod in causis summaris conclusionem exigitur, *clen. sapè in verb. conclusioe de verb. sig. Alex. conf. 84. vol. 1. Affli. dec. 272. sub n. 4. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. proces. n. 45. Bellon. conf. 62. numer. 11. Misinger. observ. 17. cent. 5.*

noviter *Gratian. decis. 198. sub num. 15. Franc. Marc. decis. 796. numer. 6. vol. 2.* qui ita pariter procedere asserit in causis criminalibus, l. 1. calumniatorib. ff. ad Senat. Consult. Turpil. Marsil. in præf. crimin. §. sequens numer. 1. Clar. in præf. crimin. quæst. 61. numer. 5. dicens quia in criminalibus causis, ubi agitur de morte & vita, non debent angustiari *Magon. decis. Lucens. 42. numer. 32.* ubi etiam *Addit. Guid. Pap. singul. 489.* & alii recentiores quos ex proposito omittimus.

### PRIVILEGIUM CXXIX.

#### ARGUMENTUM.

Testamentum coram Parocho, & duobus testibus est validum favore Miserabilium Personarum.

*Exornatur text. in cap. cum esset, & cap. relatum de testam.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Testes in testamento quot sint necessarii.
- 2 Testamentum ad pias causas coram Parocho, & duobus testibus factum valet. Sic etiam favore Miserabilium Personarum num. 3.
- 4 Parochus debet esse, vel alteri Presbytero possit hoc demandari.

**R**egulariter, in omnibus Testamentis faciendis, septem testes requiruntur, l. hac consuetissima, & ibi *DD. C. de testam. Schen. de test. numer. 57. Clar. in §. testamentum quæst. 55. Treutler. disput. select. par. 2. disp. 10. thesi 5.*

Tamen Testamentum ad pias causas coram Parocho, & duobus testibus idoneis validum est, *cap. cum esset & cap. relatum de testam. & habere locum in omnibus relictis ad pias causas, voluit Bart. in l. 1. numer. 75. C. de sacros. Eccles. tradunt Alex. in l. si certis annis sub numer. 5. C. de pact. Clarus in §. testamentum quæst. 9. vers. hinc inferitur. Guid. Pap. decis. 543. sub numer. 10. Boer. dec. 93. Sotus de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 5. col. 3. Spin. in specul. testam. glos. 31. numer. 31. Magon. dec. Florent. 58. numer. 18. cum seq. Coler. dec. 35. n. 3. Reusner. dec. 8. num. 3. lib. 1. Gazzarell. decis. 45. & 46.*

Unde sic etiam procedere favore Miserabilium Personarum omnino fatendum est, cum argumentum de uno ad aliud valeat, *Cened. collect. 159. numer. 2.* & sit probabile, ut alias diximus in hoc eodem tractatu.

Benè verum advertas hoc esse verum, dummodo sit proprius Parochus non autem alius Presbyter, cum ista autoritas alteri demandari nequeat *Magdalen. de numer. testium in test. par. 2. c. 8. numer. 5. Coppin. de sacra forens. polit. lib. 3. tit. 1. numer. 13. Durant. de arte testand. tit. 2. cautel. 2. sub numer. 3.* secus tamen, si esset Sacerdos, cui loco Parochi omnis cura, & Sacramentorum administratio commissa foret, quia tunc coram Parocho factum diceretur, *Corn. conf. 18. vol. 2. Guid. Pap. dec. 543. numer. 11.* dicens fieri debere coram proprio Curato.

Quare merito in facti contingentia vertente

de anno 1620. dicebam consultus simile testamentum coram proprio Confessario, sed non Parocho Testatoris non posse subsistere siquidem de tali casu nullum verbum dictum est à Summo Pontifice in *d. capite cum esses*, & ideo contrariorum dicentium rationes coloratas esse asseverabam *Valasc. decis. 74. num. 9. Borrell. in sum. decis. tit. de testam. num. 209. p. 3.*

*resol. 37. & alios quos secum vehit Barb. in tr. de potest. Episcop. allegat. 75. à numero 32. part. 3.*

Accedat insuper, nam licet aliqui tenuerint, bona Confraternitatis posse alienari absque solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesie, fuit tamen hæc conclusio limitata quando bona laicalium Confraternitatum eo animo sunt contestata quod tendant ad pauperes sublevandos, puellasque miserabiles nubendas, quia tunc talis locus erit judicandus pius, & religiosus, nec utique bona poterunt alienari absque solemnitatibus requisitis de alienandis bonis Ecclesie, *Menoch. de recuper. poss. reuend. 15. numer. 36. Zabarell. consil. 21. § 13. Ludov. decis. Perus. 93. numer. 5. & alii quos sequitur D. Ricc. in resol. 45. p. 1. num. 7. ubi in fine meminit de Seraph. in dec. 724. numer. 2. qui voluit quoad prohibitionem alienationis nullam esse differentiam inter bona Ecclesie, & laicalium Confraternitatum, hoc ita pariter erit asserendum in casu nostro, quod ullo modo bona dicti pii Montis possunt alienari absque requisitis solemnitatibus, & ita pluries consului, & secundum meam opinionem scio alios etiam consuluisse. Et vide novissime *Barbos. in tract. de offic. § potest. Episcopi. d. alleg. 75. part. 3. § magis nove in tract. de jure Ecclesiast. universal. lib. 2. tit. de Hospital. cap. 11. num. 88.**

## PRIVILEGIUM CXXX.

## ARGUMENTUM.

Bona pii Montis erecti pro maritandis Miserabilibus Personis, non possunt alienari absque solemnitatibus.

*Ad ampliationem extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.*

## SUMMARIUM.

- 1 Bona Ecclesie non possunt alienari absque assensu Apostolico.
- 2 Pia causa gaudet privilegiis Ecclesie.
- 3 Bona Hospitalium non possunt alienari absque solemnitatibus extravag. ambitiosæ.
- 4 Bona Confraternitatum non possunt alienari absque Assensu Apostolico quando tendunt in alimoniam pauperum.
- 5 Differentia ulla datur quoad prohibitionem alienationis inter bonæ Ecclesie, & laicalium Confraternitatum.

1 Regulariter, bona Ecclesie non possunt alienari absque assensu Apostolico, juxta decisionem *text. in extravag. ambitiosæ de reb. non alien. ad cujus ornatum latè præ cæteris est videndus D. Ricc. in praxi Eccl. in tit. de alien. rer. Eccles. per totum p. 1. & fori recentè Barbos. in tr. de jure Eccles. universal. tit. de reb. Eccles. alien. lib. 3. cap. 30. per tot. ultra scripta per nos in praxi juris Canonici. Novi eodem tit.*

2 Unde cum pia causa gaudeat privilegiis Ecclesie, ut latè *Tiraq. de pia causa priv. 140. & nos copiosè manu probavimus in prax. elect. fori quæst. 50. sect. 2. in moderna edit. Neap. ideo sicuti in alienatione rerum Ecclesie tot requiruntur solemnitates, ita pariter favore Miserabilium Personarum est annuendum, quod bona pii Montis erecti pro maritandis Miserabilium Personis, non possint alienari absque solemnitatibus extravag. ambitiosæ.*

3 Pro qua opinione facit, nam sic videmus in bonis Hospitalium, in quorum alienatione requiritur solemnitas, quæ est necessaria in alienatione rerum Ecclesie, *Anchar. in clon. quia contingit col. 5. de relig. domib. versic. collige, & aliud, & ibi Calder. in § illi in fin. Butr. in c. nulli in fin. & ibi Imol. de reb. Eccl. non alien. Barbat. in c. ex literis col. 3. de consuet. Abb. in c. nulli in fin. & alii quos congerit Trentut. lib. 1. var. resol. in tit. de rescript. § privileg. quæst. 10. num. 3. illis addimus D. Ricc. in collect. 46. § 511. in d. praxi Eccl. p. 1. Jo. Mor. Nevarii Tract. de Priv. Tom. II.*

## PRIVILEGIUM CXXXI.

## ARGUMENTUM.

Beneplacitum respiciens Miserabilium Personarum utilitatem dicitur perpetuum.

*Exornatur text. in cap. si gratiose de rescript.*

## SUMMARIUM.

- 1 Beneplacitum morte extinguitur.
- 2 Beneplacitum respiciens favorem Miserabilium Personarum morte non expirat, & ita etiam est si respiciat publicum favorem, num. 3.
- 4 In favorabilibus, quæ certum finem non habent perpetua creduntur.

1 Regulariter, beneplacitum morte expirat, ubi tamen ad dignitatem non fuit habitatio, juxta dispositionem *text. in cap. si gratiose de rescript. in 6. ubi omnes Canonistæ, latè Marta de clausul. part. 2. clausul. 1. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. quæst. 69. & fusissimè post alios Tusc. conclus. 89. 90. § seq. lit. B. ubi generaliter, & particulariter materiam hanc bene placiti tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus & etiam in gratis Principum pertractatam reperies Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 27. D. Ric. collect. decis. 510.*

Verum si beneplacitum respiciat utilitatem Miserabilium Personarum tunc dicitur perpetuum, & morte illius, qui dedit beneplacitum minimè expirat, siquidem videmus, quod quando beneplacitum respicit publicum favorem, Dd 2 &

& publicam utilitatem, tunc neque expirat morte *Put. de syndic. §. an Officialis vers. si Princeps, Vant. de nullit. in tit. de nullit. sentent. ex defect. jurisdict. Deleg. numer. 104. Menoch. d. quæst. 65. numer. 8. §. 9. Addit. ad Bertazz in consil. crim. 22. lib. 1. noviter Farin. in suis fragment. crimin. in verb. bannum numer. 99 fol. mibi 33. his addimus Mascar. de probat. conclus. 188 numer. 5. ubi numer. 7. dicit accedere huc, quod in favorabilibus, quæ certum finem non habent perpetua, creduntur, l. Jurisperitos in princip. ff. de excusat. tutor. quam sic declarat Dec. in l. capere litis in fin. de constit. l. sufficit. ff. de condit. indeb. latè Tirraquel. in tract. de convent. §. 2. gl. 1. num. 39.*

## PRIVILEGIUM CXXXII.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ non mulctantur pro pœna contumaciæ.

### SUMMARIUM.

- 1 Contumaces mulctantur pœna contumaciæ, quam solutione purgant
- 2 Contumax non auditur nisi purgata contumaciæ, etiam si subditus, vel Baro petat remissionem causæ.
- 3 Miserabiles Personæ non mulctantur pœna contumaciæ, quod intellige si non essent solvendo, num. 4.
- 5 Pauper à pœna contumaciæ eximitur.

1 **R**egula licet sit, contumaces mulctari pœna contumaciæ, & illam purgari solutione, ut per Caravit. in Ric. 211. §. *Vrius dec.* 273. tali modo, ut contumax non admittatur nisi contumaciæ purgatæ, si subditus, sive Baro remissionem causæ petat, ut per Bajard. ad Clar. quæst. 38. numer. 91. Carav. Rit. 205. ubi adducit pragmaticam de offic. Magistr. Justiciar. Fiv. decis. 37. numer. 10. Petra ad Gram. decis. 26. numer. 8. Capiblan. in pragm. 8. p. 2. num. 84. §. seq. de Baronibus tom. 1.

3 Tamen si Miserabiles Personæ essent contumaces mulctari non possent pœna contumaciæ, sed illis remittitur, nec exigitur, ut dixit Rota in una Camerinen. fidejussionis coram R. P. D. Queipo.

5 Quæ sanè conclusio licet sit vera, ego investigando censerem, illam habere locum quotiescumque Miserabiles istæ Personæ non essent solvendo, & sic paupertatis nota laborarent.

Cum verum sit dicere contumacem pauperem à pœna contumaciæ eximi, illamque solvere minimè debere, ut post antiquiores fundarunt Intri. singul. 92. numer. 17. lib. 3. Alvarez in tract. de privileg. pauper. quæst. 65. §. 1. part. 2. Danz. in tract. de pugna Doctor. tit. de contumac. cap. 3. quos cum cæteris, nos latius reportavimus in tract. de gravam. vassall. tom. 1. grav. 244.

## PRIVILEGIUM CXXXIII.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ allegantes suspicionem Officialium, vel proponentes nullitates, audiuntur absque deposito.

### SUMMARIUM.

- 1 Depositum est faciendum quando Officiales allegantur suspecti.
- 2 Miserabiles Personæ admittuntur ad allegandam suspicionem absque deposito, quod etiam procedit si proponant nullitates, numer. 3.

**R**egula est, vigore Pragmaticarum Regni, quod quando allegantur suspecti Officiales, est faciendum depositum, ut in Rubric. de suspic. Official. & quoties allegantur nullitates, præsentandum est depositum juxta formam pragm. 5. §. quam plurimum de offic. Sac. Reg. Consil. §. pragm. 1. §. dicentes de procurat.

Verum cessat hujusmodi dispositio favore Miserabilium Personarum, quæ si fuerint pauperes, ne dum admittuntur ad allegandam suspicionem absque deposito, ut fuso sermone tutatur Gizzarell. decis. 84. ubi addentes alios concordantes decisiones reportant, Danz. de pugna Doctor. tit. de contumac. cap. 3. numer. 3. verum etiam si proponerent nullitates adhuc admitti possent nullo facto deposito, ut affluenter probavimus forens. q. 59. par. 2. ubi erit videndum.

## PRIVILEGIUM CXXXIV.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ non possunt cogi ad petenda beneficia sibi competentia.

### SUMMARIUM.

- 1 Miserabiles, & privilegiatas personæ non possunt adstringi ad petenda beneficia eis spectantia.
- 2 Primum beneficium debet peti infra triginta dies.
- 3 Secundum beneficium potest peti infra alios triginta si non adest publicatio.

**R**egulam firma, illique fige pedes, miserabiles & privilegiatas Personas minimè posse adstringi ad petenda beneficia, sibi jure speciali competentia, ut probat Capyc. decis. 110. & noviter edisserit Gizzarell. dec. 85.

Cæterum in Regno observabis, quod vigore Pragmaticæ editæ per Eminentiss. Card. Zapatam registratæ in Rubr. de ord. judicior. in ordine 10. dispositum fuit quod primum beneficium post notificatam publicationem, infra triginta dies petatur, & secundum si non adest publicatio, infra alios dies triginta à die conclusionis.



## SUMMARIUM.

## PRIVILEGIUM CXXXV.

## ARGUMENTUM.

Electio, & variatio fori conceditur Misérabilibus Personis, etiam in Tribunalibus Civitatum in quibus residet Princeps.

## SUMMARIUM.

1 Misérabiles Personæ pro earum causis eligunt tribunalia Regia, & eligunt, & variant foram.

2 Sed an eligant foram, & variant in tribunalibus hujus Fidelissimæ Civitatis, & ubi ad Rex, & num. 3. & 4.

1 Regula est satis nota, quod privilegiantur Misérabiles Personæ, ut pro earum causis habeant prærogativam convolvendi ad Regia Tribunalia, ut in *l. unic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Constit. Regni statuimus de offic. Magistr. Justit.*

Ita quod electionis, & variationis fori privilegium illis est concessum, de qua materia cum integram tractatum satis appositè ediderimus non licet hic alià enucleare.

2 Dicam tamen unum observatione dignum, nempe hanc fori variationem competere Misérabilibus Personis, etiam in Tribunalibus Civitatis in quibus extat supremus Princeps, & sic in alma Urbe Neapolis poterit dari variatio de Magna Curia Vicariæ, ad Sacrum Consilium, & è contra, ut probat *Ursill. ad Affict. decif. 257.* dum tutatur ex *Andr. de Isern.* quem allegat in *cit. Constit. Regni statuimus* electionem fori competere privilegiatis etiam existente Rege id loco, quia nihilominus possunt eligere Judicem inferiorè etiam infaciem ipsius Regis.

3 Cæterum in hoc contrarium putarunt verius *Staiban. consil. 74. nuntiev. 3. Reg. Rovic. consil. 88. numer. 4. vol. 1. Thor. incompend. dec. Regni in verbo remissio alicujus vassalli tom. 2. Reg. Tap. decif. S. C. 43. numer. 5. & novissimè judicatum in Collaterali Consilio in causa Francisci Manzolini, cum Lucretia Dattola die 3. Julii 1634. refert Merlin. controvers. forens. cap. 100. sub num. 3.*

4 Sed ego veriorè cognosco ante signanam opinionem, & in illa persisto, quam latius tutatam habes in *praxi elect. & variat. fori quest. 3. à numer. 3. ad numer. 30. cum seq. sect. 1. in moderna editione, ubi in facti contingentia erit videndum, & rationes ibi adductæ erint ponderandæ vide ibi, nec pigebit.*

## PRIVILEGIUM CXXXVI.

## ARGUMENTUM.

Regula quod ubi coeptum est iudicium ibi finiri debet, cessat favore Misérabilium Personarum.

Je. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

1 Iudicium finiri debet, ubi coeptum est fallit favore Misérabilium Personarum, numer. 2. quæ possunt causas jam ceptas coram uno tribunali ad aliud trahere, num. 3.

1 Regula viget ab omnibus acceptata, quod ubi coeptum est iudicium, ibi finiri debet *l. ubi coeptum, ff. de iudic. §. quoniam Auth. ad Testibus, l. nulli prorsus, G. de iudic. fusè in materia Portius conclus. 22. Gabriel. concl. 1. de iudic. Fachin. contro. jur. lib. 1. c. 78. Giurba in dec. 23. Cabed. dec. Ret. Lusitan 25. part. 1. ad quos plura sunt exarata, quæ uti nimis vulgarè prætermittere sum contentus.*

2 Tamen inter cæteras modificationes, quas ista Regula patitur ad propositum nostrum illa suboritur, ut sub ea non comprehendantur Misérabiles Personæ, quia dispositio ista cessat favore illarum *Affict. in consil. Regni statuimus numer. 25. Natta consil. 590. numer. 15. vol. 3. Bellug. in specul. Princip Rubric. 23. numer. 2. Nevoza in Silva Nuptial. lib. 6. numer. 3. Caravit. in Rit. M. C. V. 233. n. 9. Carroc. fing. 98. Præf. de Franch. decif. 100. in fin. Cancer. var. resolut. tit. de iurisdic. omnium iudic. par. 2. numer. 26. Borrell. in summa dec. tom. 1. tit. de iuram. perhorrescentia, numer. 36. & ita decifum, & servatum fatentur *Theasor. dec. 176. & ibi additio Ursill. dec. 257. sub numer. 2. Illustr. Episcopos Ricc. decif. Cur. Archiep. Neap. 270. par. 3. Thor. in compendio decif. Regni in verbo variato tom. 1.**

3 Possunt enim tales Personæ causas jam ceptas coram uno Tribunali trahere ad alia Tribunalia *Cabed. decif. Lusit. 25. numer. 8. part. 1.*

## PRIVILEGIUM CXXXVII.

## ARGUMENTUM.

Regula; ut trahens partem adversam coram pluribus iudicibus, pro eadem causa perdat eam, fallit favore Misérabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

1 Trahens partem adversam coram pluribus iudicibus perdit causam fallit si sit Misérabilis Personæ, qui trahat, num. 2.

1 REGULA stat, trahentem partem adversam coram pluribus iudicibus pro eadem causa illam perdere, ut argumento *cap. ex tiorè ibi commodo cateat de rescrip. fundant Bellacomba tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. numer. 28. & Marta in tract. de iurisdic. part. 2. cap. 2. num. 35.*

2 At ex dictis in antecedenti privilegio satis patet illam debere cessare in misérabilibus personis, ut in specie diximus *de elect. fori quest. 1. sub numer. 21. sect. 1.* quia illa habet privilegium variandi de uno tribunali ad aliud, ne dum bis, sed ter *Ursill. dec. 257. Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. numer. 10. de citat. Caravit. in Rit. M. C. V. 233. numer. 10.*

Dd 3 Gimbr.

*Giurb. dec. 82. numer. 7. Scaccia de appellat. quest. 7. numer. 121. Capiblan. in pragm. 8. part. 1. à numer. 450. de Baron. tom. 1. no. viffimè Carleval. qui alios cumulat & nos pariter allegat in antiqua editione praxi in suo tract. de foro competenti lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 7. num. 609. fol. 755. col. 2.*

## PRIVILEGIUM CXXXVIII.

### ARGUMENTUM.

Miserabiles Personæ gaudent omnibus privilegiis, quibus fruitur pia causa, quando causa est applicabilis, & militat eadem ratio.

### SUMMARIUM.

1 Miserabiles Personæ gaudent omnibus privilegiis, quibus fruitur causa pia, quando causa est applicabilis, & militat eadem ratio, numer. 2.

**I**N variis quidem particularibus capitibus hujus tractatus miserabiles Personas decoravimus specialibus privilegiis, quibus pia causa exornata reperitur, ut latiori calamo illa reasumpfit Tiraq; in suo tractatu, quem edidit de privilegiis pia causa, & recenter Thor. in summa privilegiorum pia causa, apud quos ad saturitatem cuncta habes enucleata, & nos modernissime adducit Alvarez. de privileg. pauper. in præm.

1 Sed ne ad infinitum pergere videar jam recitatis aliquibus selectioribus, & practicabilioribus istud unum sufficere pro omnibus dum assevero Miserabiles Personas gaudere omnibus privilegiis, quibus fruitur pia causa, quando tamen causa est applicabilis, & militat eadem ratio, stante identitate rationis, cum enim causa Miserabilium Personarum dicatur causa pia, & favorabilis, & ideo de uno ad alterum valet argumentum.

## PRIVILEGIUM CXXXIX.

### ARGUMENTUM.

Ambiguitas verborum Testatorum in favorem Miserabilium Personarum est explicanda.

### SUMMARIUM.

1 Actore non probante reus absolvitur.  
2 Accusatore non probante reus absolvitur. Sed quando id fallat, numer. 3.

1 **R**egulam firmo, quod ubi agitur de ambiguitate verborum Testatoris quæ possent in aliquo casu importare favorem, & utilitatem Miserabilium Personarum, utique ad eorum beneficium ambiguitas est declaranda, prout sic etiam videri favore piæ causæ, provisum ut

per Kolch. in sua prax. tit. 1. num. 62. scribens, quod ubi respiciunt, prolata verba à Testatore, nempe quod animam suam in manibus alicujus dimittit, nec aliquid disponit, tunc videtur operare ipsum ut aliquid ex suis bonis in piam causam impendat, ut per Medic. in episc. 4. sub num. 4. Bertacch. in reper. in verbo Anima, & latius Eminentiss. Card. Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 33. Cujus sunt verba, Dicitur est ex quibus conjecturis elici possit ad piæ causæ esse relictum nunc vero sciendum est in dubio etiam conjecturam voluntatis pro pia causa esse accipiendam. Nam si testator commisit alicui distributionem bonorum suorum, nec dicitur in quos distributio sit facienda intelligitur in piam causam atque in piis intelligitur esse hæres institutus cum honore erogandi bona defuncti: in pauperes, cap. cum tibi de test. & ibi Doctores præsertim Innoc. Joan. Andr. Hostiens. Anton. & Abb. quod scribit. etiam Bald. & dicitur nam alibi reperiri in l. exequutorem n. 8. de execut. re jud. & in constit. 296. n. 1. vol. 5. & Roman. in l. captatores nu. 10. & 11. vel. adhæreo, C. de testam. militis qua sententia licet habeat contradictores frequentiori tamen titulo recepta est, ut Alex. scribit in dicta l. captatorias numer. 4. & ita post alios, quos refert, Corn. etiam attestatur, & sequitur in cons. 64. numer. 3. vol. 4. Idemque profertur, & probat Didac. in d. cap. cum ibi num. 10. & Gabriel. in concl. 2. numer. 2. de pia causa lib. 6. qui plures alios adducit, & dicit magis communem, quæ tamen opinio temperari debet, ut intelligatur nisi testator liberos habuerit Bald. in d. l. executorem numer. 8. ibi quod in hæredes non puto verum per l. in suis de liber. & posthum. & l. cum acutissimi de fideicom. nec enim debetur major favor piæ causæ quam liberis, ut idem Bald. dixit in l. & in epistola numer. 2. de fideicom. & probatur in cap. ult. 17. quæst. 4. & ita tenet Rom. expressè in d. l. captatorias numer. 10. & Corn. in d. consil. 156. numer. 6. in fin. & 7. vol. 5. & sequitur Gabriel. in d. concl. 3. numer. 4. de pia causa lib. 6.

## PRIVILEGIUM CXL.

### ARGUMENTUM.

Legata Donationes, & similia facta Miserabilibus Personis non subjiciuntur solemnitatibus Juris Civilis.

### SUMMARIUM.

1 Spiritu Dei, quæ aguntur non subjiciuntur solemnitatibus Juris Civilis.  
2 Legata, donationes, testamenta, & similia facta Miserabilibus Personis non subjiciuntur solemnitatibus Juris Civilis.

**R**egula certè dari potest, ut quæ Spiritu Dei aguntur non sunt subj. cta juris communis dogmatibus, sed sufficere servatio juris naturalis, ut quis libere in causam piam, & ad favorem miserabilium personarum bona sua titulo legati, donationis, & ex similia relin-

quat cap. *dua sunt* 15. q. 7. cap. *licet de regul. jur. Bart. in l. fin. num. 13. C. de pact. modernè Molfes. in summa Theologia moral. tract. 19. tit. de contract. cap. 17. num. 5. par. 2.*

Et generale esse, quod privilegia, sive prærogativæ hujusmodi relictorum ne subjiiciantur solemnitatibus juris civilis, quibus cætera sunt subjecta ex *Panorm. in cap. relatum il 1 de test. asseverat Barbof. in tract. de offic. & potest. Episcop. cop. allegat. 82. num. 31. in fin. vers. denique part. 3. ubi etiam quod in solemnitate Testamentorum hanc pariter agnoscit veteram opinionem Santarelli. var. resol. q. 70.*

## PRIVILEGIUM CXLI.

## ARGUMENTUM.

Fœmina in relictis ad favorem miserabilium personarum à Testimonio non repellitur.

## SUMMARIUM.

- 1 Fœmina in relictis ad favorem miserabilium personarum à testimonio non repellitur.
- 2 Masculi debent esse Testes in Testamentis.
- 3 Fœmina in Testamento patris inter liberos adhiberi potest in testem.

**R**egula est quod fœmina in relictis ad favorem miserabilium personarum uti tendentibus ad causam piam à Testimonio non repellitur *Felyn in cap. 3. num. 3. de testib. Dec. in cap. relatum num. 5. de testam. Caval. decis. Rot. 49. nu. 4. modernè Barbof. in tract. de jur. ecclesiast. universal. lib. 2. tit. de privileg. eccles. & priorum locorum cap. 13. num. 45.*

Quamvis masculi debeant esse Testes in Testamentis non autem mulieres *l. qui testamenti §. mulier. ff. de testam. §. testes autem instit. de testam. ordin.*

Juvat hoc privilegium, quia videmus fœminam posse esse testem in Testamento Patris inter liberos *Glof. in Auth. quod sine C. de testam. Niconit. in rubr. de testam. sub n. 24. Grat. conf. 90. Durant. de arte testand. cit. 2. cautel. 2. num. 9. Crass. de success. §. testamentum quæst. 12. n. 5. Clar. in eadem §. testamentum quæst. 8. vers. secundo, practicavi ut Regius minister, & admisi non unâ vice, & præcisè ad favorem Lelii Surrentis, & Magdalenzæ Caletini.*

## PRIVILEGIUM CXLII.

## ARGUMENTUM.

Ex pollicitatione facta in favorem Miserabilium Personarum oritur actio.

## SUMMARIUM.

- 1 Obligatio ex pollicitatione non oritur, nec de

*Jure Civili neque Canonico, sed quid favore Miserabilium Personarum Ecclesiæ, & piæ causæ numer. 2. & Republica num. 3. & quare numer. 9.*

- 4 Verba generalia prolata ad complacentiam non inducunt obligationem fallit favore piæ causæ num. 5. & 10.
- 6 Privilegia libertatis communicantur causæ piæ.
- 7 Testes quot requirantur in relictis ad piæ causas, & an requiratur presentia Parochi, & quot testes sint rogati.
- 8 Mutatio voluntatis non presumitur.
- 11 Testamentum an arguatur ex verbis quibus quis dixit velle Titium relinquere hæredem, & quando num. 12. & num. 14.
- 13 Voluntas in dubio perfecta presumitur & dicenti contrarium incumbit onus probandi.
- 14 Exempla rerum judicatarum debent movere Judicem.

**R**EGULA illa ut ex pollicitatione, non oriatur obligatio, ut de jure civili habetur per *Alciat. Jaf. & Socci. & reliquos in rubr. ff. de verb. obliga. cum adductis per Amat. conf. 16. n. 4. & de jure Canonico de communi fatetur Abb. in cap. cum inter universam de elect.*

Fallit quidem respectu pollicitationis in favorem miserabilium personarum, quoniam in tali casu oritur actio prout favore Ecclesiæ, & alterius piæ causæ, fuso calamo probat *Genuen. practic. Eccles. quæst. 377. ubi pariter, quod pollicitatio producit obligationem favore reipublicæ, & pro corroboracione videndus est Amat. cit. conf. 16. ubi non nulla adducit congruentia ad tutandum ex voto in foro exteriori actionem competere.*

Taliter ut promissio facta alicui pio loco absque alicujus acceptatione obligat in utroque foro, ut late apud *Valer. in different. inter utrâq; forum in verbo votum different. 1.*

Nec non vide sequentes allegationes editas in facti contingentia annis elapsis per eruditum Advocatum D. Jo. Baptistam Jovinum quarum tenor est ut infra.

Mortuo Claudio Corfelli existente in serviitiis D. Jo. Andreæ Fontanzæ destinati ad Gubernium Sacri Hospitalis A. G. P. sistentium in Terræ Summæ, infeterunt D. Gubernatores præfati S. H. pro annotatione bonorum remansorum in hæreditate prædicti quondam Claudii illisque prævio Decreto adnotatis probârunt per sex testes iteratis vicibus dictum quondam Claudium coram ipsis, dixisse, velle omnia sua bona relinquere post ejus mortem prædicto S. H. & hoc quia omni parente, & consanguineo destitutus erat, ex qua probatione hæredem prædictum S. H. fore declarandum prædicti quondam Claudii, bonaque prædicta adnotata, atque existentia in posse prædictorum Dominorum Gubernatorum ad beneficium prædicti S. H. cedere, ex infra scriptis satis Juri consonum patet.

Licet namque verba generalia prolata ad complacentiam non inducant obligationem textus singularis, & notatu dignus in *c. cum venissent, circa med. de inst. ubi l. Andr. Abb. cæteri q; communiter omnes ex quo text. colligunt Card. & Imol. quod verba generalia non obligant quando proferuntur per modum liberalitatis*

ralitatis vulgariter consuetæ, prout in casu il-  
lius *text. ubi Archidiaconus* dixit quod Archiepiscopus  
faceret de redditibus ipsius, quod sibi placet.  
Hinc verba, quæ secundam glosam in l. 2. C. quib.  
caus. colon. Domin. accus. possunt lib. 11. dicit  
amicus amico tuus sum in omnibus omnia mea tua  
sunt non inducunt dispositionem, neque obligationem,  
secundum Angel. in l. sicut ff. de servit. sunt enim hu-  
jusmodi verba potius adulatoria, quam obligatoria  
Bal. conf. 218. vol. 3. hinc adagium ore omnium  
est verba generalia non sunt appiccatoria, Alex. in  
l. ita stipulatus col. 3. ff. de verb. oblig. licet coram  
testibus illa prolata sint, nisi ad hoc adhibiti  
sint, leg. fin. Et ibi Bart. ff. de test. Immo si petenti  
quod donem talem rem, responsum fuerit, non tantum  
istam rem, sed quicquid tibi placet dono, nec illam  
rem particularem petens consequi potest, ex quo  
talis promissio est nulla Ludovic. Rom. in repet.  
rubr. de Arbitr. col. 4. Felyn. in c. cum juramento  
de homicid.

Id ipsum suadetur ex quo dicta verba non sunt  
nisi enunciativa (quæ maxime, quando sunt prolata  
ad aliud) non inducunt dispositionem l. ex his C. de  
testam. militari.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem  
verioris existimo; favore enim piæ causæ verba  
licet adulatoria, licet complacentiæ, honoris, &  
humanitatis inducunt dispositionem, & obligationem,  
Ludovic. Rom. in repetit. Auth. similiter in 26. speciali  
piæ causæ circa ultimam voluntatem, C. ad l. Fal-  
cid. prob. text. de libertate loquens in l. Paulus  
respondit §. Paulus ff. de fideicommiss. libert. quem  
licet de libertate loquentem ampliat Benedictus  
de Palumb. ibidem ad piam causam quem sequitur  
est Tiraquell. de priv. piæ causæ priv. §. 1. ff. de  
condit. Et Nicolaus Everardus in locis legalibus  
loco à libertate ad piam causam n. 13. nec novum  
est privilegia libertatis communicari piæ causæ l.  
proximo §. ultimo ff. de his que in test. delent.  
Specul. r. de instr. edit. §. nunc aliqua vers. Et  
scias l. titio usumfructum §. 1. ff. de condit. Et  
demonstrat. cum aliis innumeris penes Tiraquellum  
in præfat. ad dictum tractatum de privilegiis piæ  
causæ num. 27.

Id quod ratione fulcitur, nam in relictis ad  
pias causas duo tantum modo testes sufficientes,  
licet non adsit præsentia parochii, juxta text. in  
c. cum esses de test. secundum Bart. in l. 1. n. 75.  
C. de sacros. Eccl. Alex. in l. si certis annis n. 9.  
C. de pact. Et conf. 131. n. 2. lib. 7. de communi.  
Clar. §. test. q. 6 n. 2. quam opinionem tam in foro  
sæculari, quam Ecclesiastico servandam dicit Io. Andr.  
in d. cap. cum esses, quem refert Imol. ibid. n. 12.

Licet rogati non fuerint, ita post Bart. Rom. Alex.  
Corn. Soccin. Abb. Guiliel. de Benedict. & alios  
dicit, Clar. ubi supra n. 3. qui in fine dicit, ab hac  
opinionem, tam in consuetudine quam in iudicando  
non esse recedendum.

At probata est in casu præsentis voluntas prædicti  
quondam Claudii per sex testes deponentes modo  
quo supra, ex quibus mens colligitur, & declaratur  
l. labeo, ubi Bald. ff. de suppl. legat. cumque sint  
clara non admittunt questionem voluntatis non enim  
debet fieri controversia quid quis senserit quando  
non adest ambiguitas in verbis, l. ille aut ille §.  
cum in verbis, ff. de legat. 3. Bart. in

l. si arrogator nu. 27. ff. de adopt. Rom. cons. 71.  
numero. 6. Angel. conf. 395. nu. 3. cum aliis penes  
Mantic. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 4. nu. 4. Et  
5. verba enim menti inferviunt Ripa in l. si unquam  
num. 19. C. de revocan. donat Angel. in l. illud §.  
tractari de iure codicil. Gratian. discept. forens. cap. 657  
nu. 2. nec necessaria est scriptura l. hac consulti-  
sima §. per nuncupationem C. de testam. §. fin.  
institutum, ff. de hered. instit. quia per testes  
bene probari potest Cnstr. loquens in propriis  
terminis ejus qui dicebat velle relinquere  
Ecclesiam hæredem in l. si is, qui num. 3. in fin.  
ff. de testam. l. fideicommissa §. quoties ff. de leg. 3.  
Angel. in l. contractus num. 4. C. de fid. instrum.

In qua voluntate probata per testes modo prædicto  
præsumitur decessisse dictum Claudium cum mutato  
voluntatis non præsumatur Bald. in l. quoties §. 13. ff. de  
hered. instit. Repta divers. dec 373 n. 3 par. 2.

Accedat quod attentâ simplicitate Canonica sicut  
inter simplex verbum, & juramentum nulla est  
differentia cap. juramenti 22. q. ult. Itæ inter nudam  
promissionem, & stipulationem, Archid. in cap. sunt  
nonnulli n. 2. in fine 1. q. 1. In causis ergo Ecclesiarum  
cum servantur Jura Canonica etiam in foro sæculari  
per ea quæ supra dicta sunt voluntas modo prædicta  
probatâ sufficiet d. cap. cum esses, Et cap. relatum  
de testam. cum trad. per Clar. ubi supra.

Nec ex quo dixit non habere parentes, & tunc  
proinde velle relinquere hæredem dictum S. H. quia  
sunt verba enunciativa prolata ad aliud non probant,  
l. ex his C. de test. milit. nam bene probant favore  
libertatis, & piæ causæ §. fin. Inst. de adopt. l. unica  
§. simili quoque C. de lat. lib. tol. latè Jason. in d. l. ex  
his col. 2. vers. 5. limit. Imò ex dictis verbis  
enunciativis nullius considerationis possunt esse  
testes partis adversæ dicentes dicto Claudio esse  
euginum. Ne qui nullatenus existente in possessione  
prædicto S. H. poterat procedere ad consecutionem  
præambuli dicto S. H. non audito extrad. larga  
manu per Men. de adyis. possess. rem. 4. n. 153.  
Interminus enim l. fin. C. de edic. D. Adr. toll. possessor  
est legitimus contradicitor Bart. in d. l. fin. Alex. conf. 5.  
vol. 2.

Neque obstat testem tantummodo deponere dictum  
Claudium voluisse relinquere hæredem dictum S. H.  
non autem relinquisse, quæ verba de futuro  
continentia pollicitationem, seu declarationem actus  
quem Claudius destinaverat facere non arguant  
testamentum factum, Fulgos. conf. 29. punctus  
questionis ante finem vers. rursum cum fuisset  
in domum Menoch. conf. 790. nu. 8. od med. vers.  
demum confert lib. 8. Soccin. Jan. conf. 179. nu. 64.  
lib. 2.

Quia dictum propositum axionia non præcedit  
quotiescunque ex circumstantiis apparet dictum  
Claudium ex tunc habuisse animum disponendi,  
l. Pamphilo §. propositum ff. de leg. 3. ubi  
scribentes Bart. in l. fin. n. 1. ff. de testam.  
Ruim. conf. 1. nu. 23. lib. 2. Covar. in c. cum  
ibi n. 4. de test.

At in dubio voluntas perfecta præsumitur, l. si  
is, qui Et ibi Bald. 3. noab Et Inola col. fin. de  
testam. Alex. conf. 74. num. 3. lib. 1. Et conf. 105.  
in fin. lib. 7. Ruimus conf. 1. post. nu.

nu. 22. lib. 2. Bar. Jun. conf. 12. ante finem Rota divers. d. dec. 173. in princ. par. 2. Ita quod dicenti contrarium, incumbat onus probandi plenè, & per media, quæ perneceffe concludant post *Ruin. conf. 15. nu. 19. lib. 2. Grat. discept. forens. cap. 550. n. 53.* contrarium non est probatum ergo, &c. Nec dictum Sac. Hospitale aliquid dare tenetur d. N. prætenso Cugino, quia alias fieret ejusdem voluntatis divisio contra notata per *Felyn. in cap. cum super col. 4. in princ. nu. 8. de offic. deleg. per Gemin. in cap. 1. num. 2. de desponsat. impub. in 6. cum aliis adductis per Gratian. discept. forens. cap. 752. num. 69.* Et pro parte diceretur dictus Claudius mortuus testatus & pro parte intestatus repugnante *regul. text. in l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill.*

14 Præterea prædicta sic probata opinio rerum alias judicatarum fundatur exemplis quæ saltem Judicem movere debent ad beneficium dicti S. H. l. *Titius ad S. C. trebell.* ibi quod mihi videtur non tantum æquitas ratione verum, exemplo quoq; motus fecisse, l. *filii emancipatus ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ibi sic enim inveni Senatam censuisse l. 3. *C. de edific. privat.* ibi probatis iis, quæ in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt l. 1. *in fin. verb. impubes ff. ad Syllan.* ibi solet hoc casu observari *not. Abb. in cap. in causis de re judicata* ubi scriptum reliquit quod de facto dubio debemus judicare sicut per alios in illo loco judicatum est per *text. in c. fin. 20. distin. & in l. si de interpretatione ff. de legib.*

Quod adeo verum esse ostendit *Hartm. Pist. tom. 1. q. 15. num. 107.* ut & si de jure aliquid non valeat si tamen servetur de facto, observandum sit, allegat *glos. in l. quod habebat. §. 1. de manumiss. testam. late Alex. conf. 107. lib. 3. Jaf. in l. dedi §. si liber. nu. 1. ff. de condit. caus. dat. caus. non secut. dec. in cap. oblata de apell. Cagnol. in l. si quis major num. 216. C. de transactionibus.*

Et ex his ad beneficium dicti Sacri Hospitalis judicandum censeo; salvâ Doctiorum virorum censurâ, quibus hæc, & alia subijcio, & submitto.

da ad text. in l. omnes §. lucius ff. de his quæ in fraud. credit.

Suam recipit limitationem, quando esset facta miserabilibus personis, Ecclesiæ, aut loco pio jubemus *vers. verum, C. de sacros. Eccles. Clar. in §. donatio quæst. 20. nu. 3. Caldas Pereira de empt. cap. 30 nu. 9. Covar. in rubr. de testam. §. 2. n. 6. Gomes ad l. 69. Tauri nu. 6. Spin. in specul. testam. glos. 11. nu. 29. cum seq. & glos. 12. à num. 45. Rodriguez. quæst. regul. tom. 2. quæst. 47. art. 2. Præf. de Franc. decis. 168. n. 2. Gutierrez. de jurament. confirmatio part. cap. 11. nu. 7. Gama decis. Rota Lusit. 185. à num. 2. Tusc. conclus. 648. num. 41. lit. D. Mantio. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 28. ubi ex communi sententia hoc probat axioma ut licet non valeat respectu aliorum, bene tamen procedit respectu supradictorum *Cardos. in praxi Judic. & advocat. in verbo donatio num. 12.**

Et juxta hos termines dicebam consultus in causa Marcelli Fisonomani cum Joanne Angelo Marcabruno.

## PRIVILEGIUM CXLIV.

## ARGUMENTUM.

Contractus favore Miserabilium Personarum nominatus, nec resolvitur ex defectu causæ finalis.

## SUMMARIUM.

- 1 Effectus cessat cessante causa, si tamen sit finalis num. 2.
- 3 Defectus causæ finalis viciat dispositionem.
- 4 Causa finalis diligenter est inspicienda.
- 5 Contractus innominatus resolvitur cessante causâ finali, quid favore Miserabilium Personarum, & Ecclesiæ num. 6.

REGULA est communi calculo in jure nostro recepta, ut causa cessante cesset ejus effectus *vulg. l. adigere §. quamvis ff. de jur. patron. cap. cum cessante de apell. de cujus intellectu plena manu Duen. regul. 82. Thomasect. Reg. 71. & 281. Pereira de potest. eligendi cap. 10. Card. Tusc. conclusion. 202. lit. C.*

Quæ sanè est vera ubi sumus in causâ finali, *Everard. in topic. legal. loco 85. Sanchez. in summa lib. 4. cap. 2. num. 42.* Ita quod non sufficit ut sit causa impulsiva *Marsil. in l. si quis judicium n. 2. & 3. ff. de quæst. Barbof. fin. var. quæst. lib. 2. q. 15. n. 10. Rot. Rom. apud Farin dec 58. n. 1. to. 2. par. 1.*

Defectus siquidem causæ finalis viciat dispositionem *l. fin. ff. de testam. Tutel. l. fin. ff. de hered. instit. quoniam sublata causâ tollitur effectus. l. tutores §. cognatores ff. de administr. tutor. & ideo causa cognoscitur ab effectu l. non codicillum C. de testamen. causa finalis enim dicitur principium intentionis *Bald. in l.**

## PRIVILEGIUM CXLIII.

## ARGUMENTUM.

Donatio omnium bonorum favore Miserabilium Personarum substatetur.

## SUMMARIUM.

1 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, est nulla. At fallit ubi esset favor Personis Miserabilibus, Ecclesiæ, aut loco pio num. 2.

2 REGULA illa in ore omnium divulgata, & quam scitissima, ut donatio omnium bonorum presentium & futurorum sit invali-

eam quam col. 1. C. de fideicommiss. & dicitur substantia *Glof. in l. jurisgentium §. quod fere ff. de pact. & ideò diligenter semper causa finalis est inspicienda l. verum ff. de jurt. l. fin. ff. de hered. instir.*

Unde DD. loquentes de contractu in nominato in illam devenerunt sententiam quod cessante causa finali cesset contractus, licet secus concludant in contractu nominato juxta theoreticam *Bald. in l. cum te num. 6. C. de pact. inter emp. & vendit. quo testatus est Tiracuell. in suo speciali tract. cessante causa limit 36.*

Ceterum ad favorem miserabilium in dubio dicimus contractum ceteri debere nominatum, & consequenter resolvi minime debere ex causæ finalis defectu favor piæ causæ, ut concludit *Amat. in decis. Rot. Marchia 47. sub num. 47. vers. secunda circa finem*, sic que alias una vice consultus respondi in Anno 1630. in causa cujusdam Hospitalis S. Mariæ Gratiarum.

## PRIVILEGIUM CXLV.

### ARGUMENTUM.

Filii familias coguntur exercere Tutelam, & Curam Miserabilium Personarum.

### SUMMARIUM.

- 1 Filius fam. relictus tutor miserabilium personarum cogi potest ad exercendam tutelam, & quare n. 2. 3. & 4.
- 2 Tutela publici juris est, & num. 30.
- 3 Patria potestas non curatur in his qua sunt publici juris.
- 5 Renunciare videtur excusationi tutelæ qui post excusationem exerceret.
- 6 Tutor qui se excusavit à quo tempore teneatur excusationis, vel à die quo fuit ordinatum excusationem non esse admittendam, & num. 8. & 9.
- 7 Excusatio est tutela infra quod tempus proponi debet, & discuti.
- 9 Error juris non excusat.
- 10 Filius fam. an possit facere testamentum, & dare tutorem filiis suis maxime si patrem habeat in cujus sit potestate.
- 11 Tutoris bona pro ratione tutelæ sunt obligata pupillo prout sunt bona cujus libet administratoris bonorum pupillorum, & Curatoris & num. 28.
- 12 Officium Cura & tutela datur invito.
- 13 Tutor datus in testamentum imperfecto vel ab eo quod non potest dare tutorem confirmatur à Judice, & hic præfertur omnibus, & etiam matri, sed quando nu. 14.
- 15 Filius fam. an & quando, & ad pias causas possit facere testamentum, & num. 16. vero donationem causa mortis, & quod in bonis in quibus pater habent vel non usum fructum. n. 19.
- 17 Donatio tutelæ est actus piissimus, & quare dicatur actus pius num. 18.
- 20 Filius fam. potest testari inter liberos.

21 Opinio sequenda est pro qua fuit judicatum quamvis contraria sit magis communis, ubi de ratione.

22 Jus patriæ potestatis quanto tempore præscribatur ad finem testandi, & præsumendi filium fuisse emancipatum.

23 Pater, vel Avus si permittant filium, vel nepotem administrare bona pupilli etiam si datio tutoris non valeat, consentur consentire obligationi & per quantum tempus.

24 Patria potestas præsumitur in dubio declarata num. 16.

25 Emancipatio non præsumitur, quia facti est.

27 Pater, vel Avus sunt tutores legitimi, & si patiantur alium dari datio valet.

29 Socer quamvis non se obliget pro dotibus nurus, habetur, ac si se obliget, & tenetur ad restitutionem.

31 Pater obligatur pro munere suscepto à filio patre non contradicente.

32 Testamentum subscriptio si deficiat an fidejussio sit nulla in terminis pr. g. 15. de actiuris.

33 Pater tenetur se obligare ad restitutionem dotium filio promissarum teneatur ad restitutionem si setamen obligavit num. 35.

34 Antefatum successit in locum donationis propter nuptias.

36 Tutor quod non gessit tenetur in subsidium, declarat num. 37.

**R**egula est Filios familias relictos Tutores pupillorum, & in lite datos in Curatores aliarum miserabilium personarum posse cogi ad exercendam tutelam, ut dixit *Rota in Romana Tutela coram R. P. D. Actrebben. patet inst. in princip. tit. qui Testam. Tutor. dar. poss. Corn. conf. 17. n. 14. lib. 2. Piag. de Tutor. q. 3. nu. 42 Galter. de Tutel. par. 1. Rubr. ut personam suam inspiciat, ubi reddit rationem ab aliis quoque recitatam.*

Quia Tutela est publici Juris, & in iis, quæ publici juris sunt patria potestas non curatur l. nam quod §. fin. ff. ad Senat. consult. Trebell. l. si filius familias ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur.

Inde cum ex facto fuisset proposita hujusmodi exceptio, à Io. Dominico Balsamo fuit rejecta, & cum circa id, & alia occurrentia in tali facti contingencia fuisset non nulla allegata, placuit hac occasione tales labores imprimis curare quamvis non sint omnes ad articulum, eorum tenor est ut sequitur.

Il quondam Gio. Alfonso Balsamo, il quale mentre visse se vita separata da suo Padre Clemente Balsamo, non solo vel vitto, ma di casa, è patria, con la sua moglie, e figli, essercitandosi nell'arte dell'Orefici in questa Città di Napoli, doue habitò per spatio d'anni 30. in circa nella sua ultima disposizione, la quale fu celebrata nella Città di Vico, doue andò à morire, partendosi da Napoli à tempo della sua ultima infermità, lasciò la sua robba alli suoi figli, quali essendo pupilli raccomandò la lor tutela, e cura à Gio: Domenico, e Francesco Balsami Padre, e figlio, & Clemente Balsamo suo padre, il quale si ritrovò presente, e consentente à detta sua ultima disposizione.

Virtute cujus dispositionis per curiam Civitatis Vici, tutela, & cura filiorum prædicti Joannis Alphonfi fuit delata, & confirmata in personas prædictorum Joan. Dominici, Francis,

cisci, & Clementis, juxta dispositionem, qui Joannes Dominicus, & Clemens accesserunt Neapolim, & cæperunt vendere omnia bona supradicti quondam Alphonfi, deinde prædictus Joannes Dominicus intendens se excusare à tutela prædicta, proposuit in M. C. V. se esse filium familias, & uti talem non teneri ad munus tutelæ, seu curæ jam cæptæ.

Et quia, ut filius familias obtinere non poterat, ex quo patria potestas non excusat à munere tutelæ & curæ juxta *text. in l. si inter tres* §. 1. ff. de excus. tut. §. 3. *inst. qui test. tut. dar. poss.* ejus excusatio fuit rejecta, tam respectu dicti capitis, quam etiam, qui cæperat exercere munus, quo casu quamvis fuisset justa causa excusationis per eum proposita, quæ ante exercitium ipsum excusare potuisset, tamen potest exercitium excusationis quæ ei competere poterat, videtur renunciare & proinde amplius non auditur *l. non autem* §. *vacare* ff. de excusation. tut. Ad eod. enim non dicitur excusatio justa, quæ per prius competeat (post exercitium) quod quamvis à iudice fuisset admissa, adhuc tamen est obnoxius oneri inuncto, ex autoritate *text. in l. tutores C. si tut. vel curator falsis alleg. excusatus sit* inde per Mag. Cu. post quatuor annos, ex quo non fovebat justam excusationem ac ex quo administrare cæperat, fuit exclusus.

Nec pars adversa bene dicit, nolle teneri pro dicta tutela, & cura, nisi à die, quo fuit ordinatum non esse admittendam suam excusationem, & pro se facere *text. in l. qui jussus* §. *gl. in l. quidam decedens* 6. §. *fin. ff. de administ. tutor. cujus auctoritati text. ex pluribus patet clara responsio.*

Primo, ex quo habebat necesse facere determinare articulum excusationis infra menses quatuor, & infra quinquaginta dies excusationem proponere, prout ita expresse disponit *text. in l. quinquaginta* ff. de excusat. tut. *l. scire oportet* §. *nullo eod. tit.* quibus temporibus elapsis sine decreto confirmatus sensetur tutor, vel curator, *Cavalc. in tract. de tutor. §. curat. n. 189. fol. 1. §. Masrill. decis. 76. par. 1. Montan. de jur. tut. in tit. de excusat. tut. cap. 35. Schrader. in tract. de feud. par. 10. sect. 20. num. 36. §. 11.*

Secundo quis, cum dicta excusatio non fuit admissa, tenetur, atque si nunquam excusationem proposuisset *text. est in l. tut. 21. ff. de administ. tut. §. ibi glos. §. l. si plures* §. *tut. datus.* §. *gl. in l. qui jussus est eod. tit.* ubi in verbo, *ex quo jussus est* dicit hæc verba (*sed ante si notum habuit*) ita etiam tenet *Bart. in d. l. qui jussus est per verba* (Tutor tenetur à tempore quo jussus est administrare, si antea ignoraverit) idem *Bart. in d. l. tutor Summando text. dicit Tutor, qui succumbit in excusatione tenetur. ex quo debuit gerere, & hanc opinionem tenet Dinus, quem allegat, & sequitur idem Bart. in l. quidam decedens* §. *fin.* quam etiam *in l. tut.* & pro ista opinione facit etiam doctrina ejusdem *Bar. in d. l. plures* §. *tutor*, ubi tenet, quod qui appellavit à non admissa excusatione si succumbit, quod periculum temporis præteriti ad eum spectat, assignans rationem, quæ pro nobis facit, dicens ex quo vidit acta primæ causæ & sic non poterat habere justam causam litigandi dummodo sententia fuerit prolata ex primis pro-

bationibus, dicens (quod erravit in jure) sic in casu nostro? Erravit enim pars adversa in jure, proposuit excusationem respectu patris potestatis reprobata à jure *in d. l. si inter tres* §. 1. ff. de excus. tut. §. 2. *inst. test. tut. dar. poss.* Error enim juris non excusat, *c. juris ignorantia de reg. jur. lib. 6. & ibi Io: Andr.* Et hanc opinionem, quod ille, cujus excusatio non fuit admissa teneatur ab initio, tanquam si nunquam excusationem proposuisset, in puncto tenet *Schrader. de feud. par. 10. sect. 20. n. 44.* dicendo hæc verba. *Ego autem statuo falsam esse contrariam sententiam tenentium non esse obnoxiam à principio, cujus excusatio non fuit admissa & maxime quando nullam habebat juris subsistentiam, prout in casu nostro, idem Schrader. d. loc. alleg. n. 46.*

Non etiam obstat alia Partis objectio, dicitur quondam Alphonsum non potuisse providere de tutore filii sui in suo testamento, statè quod erat filius familias, & sic non habebat functionem testamenti activam, *l. qui in potestate* ff. de testam. *l. senium C. qui test. fac. poss. cum aliis juribus, ut ibi per glos.* nec filios in potestate, prout hoc requiritur servatà formà juris juxta dispositionem *text. in l. 1. cum* §. *sequenti* ff. de test. tutel. §. *permissum instit. de tut.* Nam hoc procedit patre contradicente, nam si pater hoc permitrat non intendens sublinere onus patrimonii filiorum filii sui, tunc datio tutoris facta per filium tenet. ita fatetur *Jas. in l. more* ff. de acquir. heredi. nu. 45. *in fin. vers.* nec obstat fundamentum tenentium contrarium, quod existens in potestate patris non potest habere tutorem, vel curatorem quia in hoc errant, nam illud est verum, si pater vult administrare, aliàs poterit per Judicem dari tutor, vel curator, & sic quamvis datio filii familias de per se non haberet vires, autoritas Judicis supplet. Hoc etiam tenet *Christophor. Port. in §. 1. n. 4. inst. de tutel. §. ibi addentes* *l. D. Aldobran. in dicto §. 1. n. 19. cum seq. Raphael. Cuman. in l. fin. §. fin. autem in 1. C. de bon. qua. liber. Dinotom. dict. §. 1. vers. qua. requirantur n. 10.* ubi expresse tenet, quod quando pater non intendit administrare datur tutor, & quamvis *Bart. in l. fin. in dicto §. fin. autem C. de bon. qua. liber. Paul. de Casr. Salicet. Alex. & alii in dicto §. fin. autem* teneant, patre nolente administrare dari administratorem filio, qui non habet non. en. tutoris, sed curatoris. Parum obstat, nam non est curandum de nomine, nam sive sit tutor, sive curator, sufficit in casu nostro, ut dum administravit, ac exercuit officium tutelæ, quam exercere cogebatur, teneatur reddere rationem, pro qua sunt hypothecata bona, *l. pro officio, C. de administ. tutor.* Bona enim cujuscumque administra oris bona minorum sunt hypothecata pro administratione *ex Text. in l. fin. ff. de tutel. §. ration. distrahendis ab iis, & l. damus* ff. de privil. credit. *Munoz Escobar. de ratiociniis cap. 39. n. 3.* ubi tenet quod etiam bona curatoris ad lites sunt hypothecata, & sive Judex in confirmando tutorem, seu curatorem prædictum, eum appellet tutorem, sive administratorem, vel curatorem nihil nocet, *Angel. in d. §. 1. Oinotomus ubi supra, & alii DD. in l. fin. §. fin. autem de bon. qua. liber.*

Officium

Officium enim curæ, & tutelæ datur invi-  
 12 to, sic cogebatur prædictus Dominicus exer-  
 cere officium prædictum tot. tit. instit. de excu-  
 sat. tutor. & curator. & in specie in §. qui  
 tutelam eod. tit. & ff. de excusat. tutor. &  
 curator.

Tutor enim datus in Testamento imperfec-  
 13 to à Judice confirmatur, ut in l. qui à pa-  
 tre 3. ff. de confirmand. tutor. & l. 2. C. eod.  
 & ibi DD. quemadmodum tutor datus à ma-  
 tre quæ quamvis tutorem dare non possit per  
 text. in l. mater C. de testamentar. tut. tamen  
 præcedente Judicis confirmatione tenet, l.  
 mulier ff. de confirmando tuto ubi disponitur,  
 quod si mater filio omnia bona reliquerit  
 tutor ab ea datus confirmari debet, sin autem  
 bona non reliquerit, est arbitrium. Accedat  
 similiter, quod Tutor non solum potest dari  
 in testamento, sed in codicillis, & in quali-  
 bet ultima voluntate, ac etiam epistola, qui  
 tamen indiget confirmatione à Judice, ita om-  
 nes Instituta in d. §. permissam institut. de tu-  
 tel. & in specie Angel. qui allegat Bald. secun-  
 dum quem æquiparatur epistola codicillis, &  
 dicit adesse text. in l. 2. C. de confirmando tu-  
 tor. & iste tutor confirmatus sapit etiam natu-  
 ram testamentariæ tutelæ, nam præfertur om-  
 ni tutori legitimo, Cyn. Bart. & alii in l. 2.  
 14 C. de confirm. tut. Bart. in l. 1. ff. de pecul.  
 idemq. Bart. in rubr. ff. de eo, per quem factum,  
 Io: Andr. ad Speculatorem, Ancharan. Cavale.  
 & alii quos affert. Schrader. par. 10. sect. 19.  
 numer. 22. præfertur etiam matri, Alex. conf.  
 1. 10. n. 4. lib. 1. Speculator in tit. de tutor.  
 & curat. §. nunc videndum n. 1. Additio ad  
 Bart. in auth. matri, & Avia C. quando mu-  
 lier. tutela, & c. Schrader. d. nu. 22. Et  
 quod tutor dari possit ab eo, qui non habet  
 pupillos in potestate, non solum procedit in  
 matre; sed etiam in quolibet extraneo, dum-  
 modo bona sua pupillo relinquat juxta doctri-  
 nam Bart. communiter approbatam in l. si patro-  
 nus ff. de confirmand. tutor.

Debet etiam valere datio tutelæ facta per  
 quondam Joan. Alphonsum intestamento per  
 ipsum conlito cum consensu Clementis ejus  
 patris, nam potest filius familias testari cum  
 consensu patris ad pias causas, Alex. Paul. de  
 Castr. & alii in l. senium C. qui test. facer.  
 poss. Salicet. Angel. Roman. Dec. Corn. & Bald.  
 in d. l. senium & de hac opinione non esse re-  
 cedendum nec in judicando, nec in consulen-  
 do, Covar. to. 1. rubr. 3. nu. 8. per text. in  
 c. licet de sepulturis in 6. glos. in §. 1. instit.  
 quibus non est permissum facere testamentum &  
 sic limitatur text. in l. filius familias, & in l.  
 qui in potestate ff. de test. & l. senium C. qui  
 15 testamenta facere possunt, in quibus iuribus dis-  
 ponitur, filium familias etiam cum consensu  
 patris non posse testari, sed tantum donatio-  
 nem causa mortis celebrare cum consensu ejus,  
 per text. in l. tam bis 25. §. filius familias ff.  
 de donat. caus. mort.

Datio enim tutelæ est actus piissimus, nam  
 17 datur pro defendendis minoribus, quorum  
 privilegia sunt tam ampla, quod arguitur à  
 DD. à privilegiis minorum ad privilegia piæ  
 causæ, ut ad saturitatem per Tirag. de privi-  
 leg. pia causa privilegio 142. fol. 159. ubi dicit,  
 quod à pari procedunt minores & pia causa

per tex. in l. orphanotrophos C. de Episcop. &  
 cler. ubi administratores piorum locorum æqui-  
 parantur tutoribus, & curatoribus, adducit  
 etiam Bald. Castr. in d. l. orphanotrophos lmal.  
 in Clement. quia contingit §. ut autem de reli-  
 giosis domibus. ibi etiam dicit quod Ecclesia, &  
 minor à pari procedunt & Ecclesiam, & piam  
 causam æquiparari.

Dicitur etiam pia datio tutelæ, & curæ,  
 ex quo est munus publicum, ut dixi, & illa  
 dicitur pia causa, quæ utilitatem publicam res-  
 picit, idem Tirag. in præfat. d. tract. fol. 7.  
 vers. item reliquum circa med. vers. & bene fa-  
 cit quia ea dicitur pia causa, & hanc opi-  
 nionem esse veram sive filius familias testatur  
 19 de bonis adventitiis, in quibus pater habet  
 usumfructum, & communem fatetur Tirag.  
 priv. 78. & ibi & Dominus Riccius, qui mul-  
 tos adducit afferentes ab ea opinione non esse  
 in practica recedendum, ibi etiam Thur. in  
 addit.

Et in puncto, quod filius familias possit tes-  
 tari inter liberos, quemadmodum pro pia cau-  
 sa tenet Guilielm. de Bened. in cap. Rainius de  
 test. quem sequitur Ioa. Stepha in quæst. 21. &  
 adeo est privilegiata dispositio inter liberos,  
 ut testamentum inter eos valeat absque patris  
 consensu, secundum quam opinionem passim  
 fuisse decisum testatur, adducendo etiam Mai-  
 nardum in fin. d. q. 21. fatentem ita bis deci-  
 sum lib. 7. c. 19. lib. 1. c. 1. & 2. Et ratio  
 est, nam ut Mart. de success. legal. tom. 4. q.  
 8. art. 4. n. 5. testatur, majora privilegia ha-  
 bere dispositionem inter liberos quam dispo-  
 sitionem factam favore piæ causæ, quapro-  
 pter stante, quod secundum hanc opinionem  
 pluries fuit decisum, ab ea non est receden-  
 dum, quamvis contraria esset magis communis  
 quod non est in nostro articulo.

Illam enim opinionem sequenda est, pro qua  
 fuit judicatum, relicta opinione contraria,  
 quamvis magis communis ita fatetur Raim.  
 Jun. conf. 275. sub n. 47. Remig. in tract. de  
 charit. subsid. Coras. in tract. de comm. opin. lib.  
 2. tit. 9. cas. 5. ad fin. n. 84. & cas. 18. &  
 Rimin. conf. 60. n. 4. lib. 1. Cannet. in c. va-  
 lentes vers. sed major n. 4. & alii quos refert  
 Mastr. in dec. 156. n. 11. 12. & 13. Et ra-  
 tio est secundum Bald. in cap. 1. de contr.  
 feud. & Dec. in conf. 131. in fin. ex quo pra-  
 ctica est vera legum interpretatrix.

Insuper, prædictum Joan. Dominicum non  
 potest dici fuisse filium familias, sed patrem  
 familias, ex quo diu stetit omnino scortum  
 à patre, habitando hic Neap. per spatium se-  
 rè 30. ann. juxta gl. in l. 1. C. de patr. pot.  
 glos. 2. C. de præf. long. temp. pro libert. &  
 Bart. in l. 2. C. si advers. rem jud. de Franc.  
 dec. 10. nu. 4. Mascard. ad saturitatem com.  
 596. tom. 2. & quamvis aliqui teneant, præ-  
 dictam emancipationem esse præsumptam, &  
 non sufficere ad testandum ut est Cognol. &  
 alii in l. si emancipati C. de collat. tamen illi  
 loquuntur, quando filius reperitur tantum e-  
 mancipationis & non est elapsus decennium,  
 seu vicennium. eum omninà separatione à  
 patre, nam tunc potest etiam testari, prout  
 fuit casus Affic. dec. 18. ubi filius fecerat  
 testamentum, & dederat tutorem filiz quam  
 eam hæredem instituerat, & pater dicebat  
 de nullitate testamenti, adversus quem fuit di-  
 ctm



cum, filium fuisse emancipatum, & ad eam probandam fuit probata separatio à patre per spatium 19. vel 20. annorum.

23 Accedat etiam quod pro nostro articulo, de quo controversitur est apertus in d. l. 1. C. de dat. pot. ubi ajunt Imperat. Antonin. & Severus. quod si pater, diu permittit administrare bona filii sui per tutorem datum à matre, quæ ut supra dixi, tutorem dare non potest, præsumitur liberatus à patria potestate, verba, text sunt infra scripta: *Si filium tuum in potestate tua esse dices, Præses Provincia estimabit, an audire cedebat, cum diu passus sis, ut pater familias res ejus agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt, & glos. in verb. estimabit, dicit hæc verba Bene dicit, estimabis, potest enim esse casus, quare non audieris, & hoc est cum diu, &c.* sic in casu nostro, dum Avus permittit administrare bona suorum nepotum per tutorem datum à dicto Joa. Alphonso; nam dato, quod tutor esse non potuisset, tamen ex quo permittit illum administrare, videtur liberare nepotes à sua potestate, & in casu nostro non solum diu stetit, permittendo dicto, Joan. Dominicum uti tutorem datum per patrem administrare per multum temporis spatium, sed etiam perseveravit usque ad mortem, & Salicet in d. l. 1. de patr. pot. dicit, sufficere decennium, quam etiam uti veram opinionem tenent Alb. & Bald. in l. 2. C. si advers. rem jud.

24 Nec est etiam omnittendum, quod non constat de patria potestate, quæ quamvis præsumitur in dubio, per tex. in l. emancipati C. de collat. & ibi DD. ex quo emancipatio facti est, non præsumitur, nisi probentur, l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. revoc.

25 Et sic regula supradicta, quod patria potestas præsumatur, in dubio procedit, quando constat præcessisse matrimonium, quod probari debet, nam facti est. ita asserunt Corn. Alcia. & alii quos sequitur Adascard. concl. 196. n. 11. ubi dicit secundo loco limitabis) ut non procedat conclusio, quod filius præsumatur in patria potestate, quando constat, filium esse natum ex legitimo matrimonio, ita etiam testatur Reg. Lucens. divers. dec. 121. vers. quoniam hoc procedit quando constat filium esse natum ex legitimo matrimonio, quod est fundamentum patriæ potestatis de quo nihil constat in processu.

27 Accedat etiam, quod Pater, vel Avus sunt tutores legitimi, toto titulo instit. de legitima parentum tutela, sed tutor legitimus patiendi dari tutorem prout passus fuit iste Clemens Balsamus, rata, ac firma est illa tutoris vel curatoris datio, facta per Judicem, ita in puncto Paul. de Castr. in cons. 160. n. 4. lib. 2. ubi adducit etiam Bart. in pluribus locis, & præcipue in l. si tutor sit petitus ff. de tutor. & cura. datis ab his in q. illa quando fuit datus tutor, ubi extaret mater, vel alius legitimus, & distinguit, quando mater, vel alius legitimus, fuit in mora, & valet, tantò fortius dicit Paul. de Castr. debet valere, quando consenserit, hanc etiam veritatem tuentur Cagnol. & alii in l. furiosi, ff. de reg. jur. hoc etiam expresse dicit Bal. in d. l. fin. §. sin autem, ubi n. 2. dicit hæc verba: Porro sufficeret si pater consensisset in datione curatoris, nec esset necessarius alius consensus, quia Jo. Mar. Novarij Tract. de Priv. Tom. II.

si consensit in officio, consensit etiam in ejus exercitio

Obstat etiam Patri adversæ uxori supra dicti quond. Io. Dominici agenti pro suis dotibus, intendens præferri creditoribus pro mala administratione, ex quo bona, super quibus hodie contenditur non fuerunt dicti sui viri, sed Francisci patris dicti quond. Joan. Dominici, qui est obligatus pro administratione bonorum prædictorum Filiorum dicti quond. Jo. Alphonso, sic ex obligatione inducta à lege, ut sunt clara verba text. in l. si quis in tres 18. §. Imperator Adria. cujus verba sunt ista: Imperator Adrianus Britasio Pollioni legato in hæc verba rescripsit, si Isidorus Marcus, quamvis filius fam. sit idoneus, tamen tutor esse videbitur pater autem ejus Id circo cavere non vult, ut filium suum tutelæ eximat, & in hoc artificio perseveraverit existimo te huic fraudi rectè occurrurum, ut & filius, & ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. Quem admodum dicitur de focero, qui, ex quo tenetur se obligare pro restitutione dotium nurus concurrentibus requisitis, de quibus infra; quamvis non se obliget, expresse habetur, ac si se obligasset, juxta doct. Bart. in l. si cum dotem, §. transgred. ff. sol. matr. Paul. de Castr. & alii, quos adducit, Menoch. in addit. Bart. in lit. L. in d. §. transgrediamur.

Obligatur etiam alia ratione, ex quo tutela est munus publicum l. munerum, §. 1. ff. de muner. l. Athleta, ff. de excus. tutor. sed pater obligatur pro munere suscepto à filio, patre non contradicente, l. filius in potestate, C. de Decur. lib. 10. l. 1. ff. ad Macedon. Joan. de Platea, l. 1. C. de Decurionib. lib. 10. Joan. Lopez. Patris Sebast. Mant. & alii prout per Paschal. de vit. patr. potest. p. 1. cap. 16. nu. 81.

Sic etiam ex obligatione hominis, nam prædictus Franciscus expresse fidejussit penes acta pro dicta administratione. Nec obstat, quod pars opponit, quod dicta fidejussio sit nulla, prout eam annullare fatetur Reg. Pragm. sub tit. de Actuar. & eor. sa lar. pragm. 15. ex capite, quod non reperitur in dicta fidejussione sub scriptio testium, nam ex lectura dictæ Regiæ Pragmat. hoc clarescit, dum dicta Regiæ Pragm. requirit tantum præsentiam testium, non autem subscriptionem ipsorum. Et quamvis deficerent requisita per Regiam Pragmat. non per hoc invalidatur contractus fidejussionis, sed tantum annullatur scriptura, & sic modus probandi contractum.

Aliud est enim contractus, qui continetur sub scriptura, per quam probatur contractus, & tunc annullata scripturâ, quia non habet requisita Statuti, non annullatur contractus contentus in ea, dummodo non sit de contractibus requirentibus scripturam, qui numerantur per glos. in c. 1. de censib. in 6. nam tunc annullata scriptura annullatur contractus, ut per Affi. in Consist. consuetudinem pravam nu. 3. lib. 1. & proinde quamvis scriptura prædicta obligationis non haberet requisita per Regiam pragm. quod negatur, tamen non esset nullus contractus fidejussionis, sed ipsa tantum scriptura remanet vitata, ita Bald. in l. Imperator 4. col. ff. de stat. homin. vers. sed nunquid in contractu in scriptis, ubi dicit, quod

si non valet instrumentum in vim probationis, ut publicæ scripturæ, valebit in vim alterius probationis, unde si vigore Statuti non potest peti exequutio instrumenti post decem annos potest tamen agi via ordinaria, sic in proposito licet instrumentum non probet ut publicum, probabit ut scriptura privata, *Fontanel. in tract. de pact. nuptial. in princ. n. 5.* & alii, quos adducunt idem *Afflic. nu. 3. cum seq. & Molfes. in comment. ad Consuet. Neap. tom. 2. 2. quæst. 7.* Possent etenim contractus in instrumento contentus probari per testes, nam instrumentum probat contractum, quem perficit consensus, & scriptura instrumenti dicitur probare contractus, & quamvis *Afflic.* dubitare videatur, quod nec etiam ut privata scriptura probet, deficientibus requisitis à *Constitutione* hoc ideo dicit, quia dicta *Constitutio* affert duas dictiones annullativas instrumentorum non confectorum servata forma firmitatem habeant. Secundum, ibi *nullam probationem faciant*, quæ non reperiuntur in dicta *Regia Pragmat.* Nec etiam per hoc negat, quin contractus sit firmus, & possit aliunde probari. Qua propter contractus fidejussionis factæ per Franciscum, non debet dici nullus, & quamvis Pars præterdat asserere, non esse hoc probatum, non benedicit, nam præsumptio est contra ipsam, nam quilibet præsumitur fecisse quod tenebatur facere, sed dictus Franciscus tenebatur fidejubere juxta dispositionem *text. in l. si quis tres, §. . . ff. de excus. tutor. ergo.*

Et agnoscens hoc Pars adversa, ad aliud refugium convolvit videns, non posse figere pedes, & dicit quod prædictus Franciscus est etiam obligatus sibi pro restitutione dotium; nam dum erat pater Joan. Dominici tenebatur se obligare ad restitutionem dotium, per *text. in l. si cum dotem §. transgrediamur solut. matrim.* & ibi *DD.* & proinde quamvis non se obligavit, expresse tamen ex quo tenebatur, habetur, ac si se obligasset; & quamvis *Bart. n. 4. Anna consil. 76. n. 8.* & omnes *DD.* teneant, dictam regulam procedere, quando in Regionibus non est solitum fieri, locum successit antefatum, ut per *Molfes. par. 7. q. 1. nu. 8. ad consuet. Neap.* Nam ubi est solitum

83 (prout in Regionibus nostris) fieri donationem propter nuptias, alias antefatum constitui, tunc pater non debet teneri ad duo, sed alternativè, vel ad dotis restitutionem, ne impediantur matrimonia, ex quo non itade facili fierent matrimonia sine securitate dotium, vel ad antefatum; & tamen Pars præterdit sibi satisfieri, prout sibi satisfecit super bonis dicti Francisci sui foci de dotibus, & antefato.

84 Nihilominus est advertendum, quod dicta regula etiam patitur suam declarationem, videlicet, quod tunc pater teneatur ad dotem, vel antefatum, quando consensit matrimonio, vel quando consentire tenebatur, quod est quando filius contraxit matrimonium cum honesta muliere, & dotes fuerunt solutæ filio de consensu patris, *Molfes. ad plenum par. 5. de renunc. q. 19. n. 21.* de quibus requisitis nullum est probatum; imò ultimum requisitum necessarium clarè apparet in processu deficere parti adversæ; nam dotes non apparent solutæ dicto Jo. Dominico de consensu prædicti Francisci,

quod est necessariissimum requisitum: poterat enim dicere pater ne dotes solverentur filio, & proinde nullam actionem habere potest contra bonna dicti Francisci, deficientibus prædictis, ita tenent communiter omnes *Repetent.* & præcipue *Bart.* quem omnes sequuntur in *d. §. transgrediamur, Soc. cons. 269. Spec. in tit. de don. inter vir. & uxor. Bart. & alii*, quos refert, & sequitur *Negus* qui dielucidè, ac clarissimè hanc regulam fatetur, videlicet, quod Pater non teneatur pro dotibus Nurus solutis filio sine ejus consensu in *4. membr. 2. p. n. 36.* & novissimè sic refert decem *Mastrill. dec. 46. lib. 1.*

Advertatur etiam, quod dicta juris communis dispositio, ut obligatus, tunc & eo casu, quando consensit matrimonio, & dotium solutioni restricta est per *Consuetudinem nostram Neap. incip. Filio ducente*, & dotem recipiente cum consensu patris, locus, ubi fuit contractum matrimonium, & ubi petitur restitutio, & ubi debet fieri solutio, cujus loci Consuetudo est servanda, juxta *text. in l. exigere dotem, de jur. dot. Afflic. decis. 226. nu. 7.* per quam *Consuetudinem* disponitur, quod quando intervenit consensus patris, tam circa matrimonium, quam etiam circa solutionem, quod nec etiam ad aliquod obligatus sit pater, nec ejus bona, sed tantum quod hæredes, & non pater post mortem ipsius pro satisfactione suarum dotium teneatur tantum usque ad concurrentem quantitatem, seu valorem partis bonorum, quæ spectaret filio, si viveret, sed clarum est, quod illa portio bonorum spectat filio, quæ remanet deducto ære alieno, juxta *text. in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta portio juncto, §. quarta autem accipietur deducto ære alieno*, hoc patet, nam disponit, quod pro illa portione bonorum teneantur hæredes, quæ spectaret filio, si viveret, sed bona dicuntur deducto ære alieno, jura sunt clara, *l. sub signatum, §. 1. ff. de verb. signif. l. ea demum, C. de collat. l. si universæ. C. de leg. l. venisse, ff. de verb. signif. l. 2. ff. eod. l. non amplius, §. 1. ff. de legat. l. fructus, ff. solut. matr. Urfill. dec. 252. n. 6. & alii per *Mastrill. decis. 112. num. 26. & 29. Bart. in auth. §. si itaque, n. 20.**

Ultimò dicit, quod administratio tutelæ, debet reddi prius per Clementem Avum, & ipsum excuti, ex quo pro illo tempore, pro quo administravit dictus Clemens, ipse teneatur, & ipsum deberi prius excuti, nam qui non gessit, tenetur in subsidium, juxta *text. in l. tres tutores, ff. de administr. tutor. & curat. l. 2. C. si tutor, vel curator non gesserit, l. cum interdicta, C. arbitrium tutela, l. 1. & l. fin. C. de divid. tut.*

Nam respondetur, quod jura prædicta procedunt, quando esset vivus dictus Joan. Dominicus, & tempore, quo vivebat hoc opposuisset, quod non est in casu nostro; nam ratio administrationis fuit petita post mortem prædictorum Joan. Dominici, & Clementis, quo tempore cessat ille ordo prævisus à jure, ita testatur *Antibolus in tract. de numerib. §. 1. ver sic quid si rusticus*, quem sequitur *Escobar. in tract. de ratioc. c. 4. num. 5.* sequitur etiam *Capiblanco. in sing. 159.*

Et hoc ultimum Pars fatetur, non advertens quod in processu fuit probatum, semper administrasse prædictum Jo. Dominicum.

Et ex his (ut facultates mee capacitatis patiuntur) credo debere ordinari filios prædicti quond. Alphonfi esse præferendos pro eorum credito proveniente ex mala administratione bonorum suorum, & proinde deberi ordinari, quod bona exequuta vendantur.

Limitatur text. in l. Magnam, C. de contrahend. vel committend. stipul.

## SUMMARIUM.

- 1 Interpellatio requiritur, ut debitor in mora constituitur, sed limita, ut num. 3. & vide num. 4. & limita, ut num. 6.
  - 2 Mora non inducitur, ubi petitio non procedit.
  - 5 Æquum non est, ut quam primum, ac quæ obligetur, statim in mora constituitur.
  - 7 Minor absque interpellatione in mora debitorem constituit.
- Idemque est favore locorum piorum, & Ecclesiarum, num. 8.

PRIVILEGIUM CXLVI.  
ARGUMENTUM.

Favore Misérabilium Personarum possunt ex Judicis Officio administratores, & Tutores cogi ad faciendum Inventarium non obstante, quod aliter Testator jufferit.

Limitatur text. in l. fin. §. fin. C. Arbitr. Tutel.

## SUMMARIUM.

- 1 Testator potest Tutori remittere confessionem inventarii.
- 2 Judex spreta Testatoris prohibitionem potest cogere Tutorem ad conficiendum inventarium maxime favore Misérabilium Personarum, numer. 4.
- 3 Pupillorum utilitatem Judex potius sequi debet, quam Testatoris præceptum.

Regula est, quod possit Testator remittere Tutori Inventarii confessionem, ut in l. fin. §. fin. C. Arbitr. Tutel.

Quæ sanè procedit, sive expressè, sive tacite prohibitio, aut remissio videatur facta juxta theoreticam Bart. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Rol. à Vall. consil. 49. vol. 3. Clar. in §. Testamentum, quest. 66. num. 5.

Claudicat certè, si pupillo expedire illius confessionem fieri pateat, siquidem tunc Judex spreta Testatoris prohibitionem poterit tutorem cogere ad inventarii confessionem, ut communi calculo receptum esse in nostra legali scientia testantur Clar. in cit. §. Testamentum, quest. 66. numer. 5. in fin. & Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 14. numer. 4. quos referendo sequitur, Crivel. decis. Senat. Dolan. 202.

Assignatur hujus dicti palpabilis ratio, quia prætor potius utilitatem pupillorum sequi debet, quam scripturam Testamenti, vel codicillorum, ut per Tripbon. in l. utilitatem, ff. de confirm. Tutor.

Undè pro coronide nostri instituti poterit firmari conclusio favore Misérabilium Personarum posse Administratores, & Tutores à Judice cogi ad faciendum inventarium non obstante, quod aliter Testator jufferit.

PRIVILEGIUM CXLVII.  
ARGUMENTUM.

Interpellatio non requiritur, ut debitor in mora constituitur favore Misérabilium Personarum.

Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

Regula satis est firma, quod ad finem, ut debitor in mora constituitur à creditore interpellationem fieri est de substantia, nec ante interpellationem committi moram, l. mora, ff. de usur. leg. vinum, & l. lecta, §. pactum, ff. si cert. pet. cum latius præ cæteris cumulatis à Card. Tusc. concl. 325. lit. l. & per Grass. in tract. de except. cap. 32. à num. 101. cum seq.

Nulla siquidem intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio est ad text. in l. nulla, ff. de reg. jur.

Et quamvis constituta regula ex communi D D. sententia suas videatur habere radices, ubi dies obligationi adjectus non est, secus ubi reperitur præfixus, quasi quod tunc dies ipsa partis suppleat interpellationem, & interpellet pro homine, l. quoties in diem, ff. de verb. oblig. l. Magnam, C. de contrahend. stipul. l. Trajectitia, §. de illo, ff. de act. & oblig. l. Emilius, ff. de minor. sive dies ab homine, sive à lege appositus reperitur l. 1. §. exactio, C. de rei uxor. act. l. 2. C. de jur. emphit. c. licet canon. de elect. in 6. c. potuit. de locat. Bellon. dec. Gen. 139. Rot. divers. decis. 476. par. 1. Gomez var. resol. c. 11. n. 25. tom 2. Gutierrez de Jur. confirm. c. 56. par. 1. Lopez in l. 18. tit 11. p. 5. in verb. Adia cierto.

Tamen non defuerunt, qui opiniati sunt etiam in obligationibus, in quibus præfixus dies reperitur, interpellationem pariter requiri ad finem moram incurrendi, ut apud Casfil. lib. 2. Ferret. in tract. de moran. 13.

Quotum sanè philosophatio locum habebit quoties quis ad diem incertum esset obligatus, aut sub conditione, quia adveniente die vel conditione ante interpellationem debitor in mora minimè constituitur, ut post cæteros, quorum doctrina utitur autumat Menoch. conf. 131. 133. & alibi, nam non est æquum ut cum primum quis obligatur statim in mora constituitur.

Cæterum favore Misérabilium Personarum interpellatio non est necessaria ad finem constituendi debitorem in mora, & in omnibus bonæ fidei contractibus, vel ultimis voluntatibus re ipsa absque protestatione usuræ currere intelliguntur ad Glos. in l. cum quidam §. Fiscus vers. inferunt ff. de usur. Reg. Constat. in l. 1. nu. 18. C. de Fiscal. usur. lib. 10. advertens num. 11. id procedere, quando talium misérabilium debitorum legitimam habent personam cui solvere possent, aliàs secus per text. in d. l. cum quidam §. si pupillo ubi gl. & DD. Pras. de Franco. decis. 16. in fine.

- 7 Juvat hoc privilegium, nam videmus Minorem absque interpellatione debitorem in mora constituere l. in Minorum, & ibi DD. C. in quib. casib. in integr. restit. non est necessaria Menchac. controvers. lib. 1. cap. 9. Escobar. de ratiocin. c. 15. numer. 32. Covar. variarum resolut. lib. 3. cap. 17. numer. 4. Marefcot. var. resolut. lib. 2. cap. 124. numer. 16. affirmantes idem procedere favore Ecclesiæ aliorumque piorum locorum de quo & Tiraquell. in special. tract. de privileg. pia causæ priviil. 141.

## PRIVILEGIUM CXLVIII.

## ARGUMENTUM.

Error calculatorum sententia Judicis confirmatus, favore Miserialium Personarum retractari potest.

Ad ornatum l. 1. C. Commun. utriusque Judicis. & l. 1. Cod. de condit. indebitis.

## SUMMARIUM.

- 1 Error calculatorum sententia Judicis confirmatus non potest retractari, sed limita favore Miserialium Personarum numer. 4. & numer. 7.
- 2 Error calculatorum sententia Judicis confirmatus aliquo modo retractari non valet si sit parvulus & numer. 5.
- 3 Judex delegatus si in commissione excedat, ejus sententia nunquam transit in rem judicatam, neque adversus eam currunt fatalia, quominus saltem per modum simplicis quærela possit retractari.
- 6 Nullus cum alterius jactura locupletari debet.

- Regula est, quod error calculatorum sententia Judicis confirmatus retractari non valet ad tex. in l. 1. C. commun. utriusque Judic. & l. 1. C. de condit. indebit.
- Quæ sanè procedit, quando error fuit parvulus, & in jure consistit ex communi DD. sententia de qua in l. quamvis ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. 2. numer. 5. & in l. pen. C. de condit. insert. Bovadilla in sua politic. lib. 5. cap. 4. secus tamen, ubi error magnus esset, & judici ponderosus satisque considerabilis videretur habita consideratione ad qualitatem damnum passi, & illius adversus quem error resultat, ut per Castell. in l. 27. Tauri vers. vero, & Aviles in cap. prator. 30. in verbo yacebea.
- Insuper habet locum, ubi sententia calculationis erroneæ confirmatoria lata fuisset à Judice ordinario, & non à delegato constituto ad rationes liquidandas, nam, & si ab ejus sententia non fuisset appellatum, quando cunque posset hujusmodi error retractari dum excessit in commissione erroneam rationem confirmando juxta pulchram Theoricam Bald. in l. si ut proponis numer. 2. C. de execut. rei judic. ubi tuatur, quod quando Judex executor excedit in commissione contra ejus sententiam

currunt fatalia, refert, & sequitur de Escob. de ratioc. admin. c. 41. numer. 9. ubi supradicta omnia adducta quoque probat docens sic fuisse judicatum per Senatum Pincianæ Cancellariæ in causa positi villæ de Chinc. ut inf.

Cæterum claudicabit adducta regula erga Miserialibus Personas, quarum favore calculatorum error sententia Judicis confirmatus retractari potest, ut elicitur ex eodem Munoz. de ratioc. loco cit. numer. 13. ubi etiam ita reputare videtur verum, quoties favor publicus verfaretur, cujus verba reponere volui, quia Codex ratus est.

Quod autem dictum est supra, quod error sententia confirmatus propter auctoritatem rei judicatis retractari non debet, est indubitabile quando error fuit parvulus, & in jure consistit ex tex. in l. quamvis, & ibi notant scribentes communiter ff. de cond. & demonstr. ut notat. Bald. in l. 1. C. si adversus solut. & in l. pen. versic. in tempore C. de condit. insert. Addit. Bart. in d. l. instar. verbo non habet vim sententia, ut ex Oldrad. refert Bald. in l. 2. numer. 5. C. de condit. insert. Bovadilla lib. 5. politicæ c. 4. numer. 76. & ratio potissima quare error parvulus in rationibus factus, & per Judicem approbatus in via executiva revocari non debet, ea est, quia in via executiva non agitur jure actionis, sed officio Judicis qui ad solvendum compellitur, unde cum de minimis non curat præter l. Scio, ff. de in integr. restit. Judex illud revocare non debet propter auctoritatem rei judicatis, secus tamen si error magnus esset, & Judici ponderosus, & nimis considerabilis appareret considerata qualitate damnum passi, & illius contra error resultat, quia hoc casu officio Judicis retractari poterit ex naturali ratione, qua prohibet, ut nullas cum alterius jactura locupletetur juxta tex. in l. nam, hoc natura, ff. de condit. indeb. & nullo adducto fundamento. banc sententiam tenet Castell. in l. 27. Tauri vers. si verò, Aviles d. c. 30. verbo yacebea: Et secundam prædictam distinctionem judicatum vidi per regios nostras Picianæ Cancellariæ Senatores in causa positi Villæ de Chiauchon, quia licet rationibus suis litigatum in una parcella ducentorum mille moro petinorum, his deberet in calculo recipi administratoris fuit judicatum, & lata executoria, ab hac causa executionis per appellationem ad Curiam devoluta, & super eadem parcella ventilata ad instantiam alterius administrationis cui jus in prima lite fuerat reservatum, viso errore manifesto, & quod quantitas erat magna, non obstante exceptione rei judicata per administratorem apposita, pronunciatum fuit, ut semel tantum dicta parcella ex computaretur, in calculo, qua ut bis ex computaretur jam fuerat judicatum. Credo tamen, quod in casu, & exemplo proposito magna fuit habita consideratio ad hoc quod ibi vertebatur favor publicus pauperum, & Miserialium personarum, ubi enim favor publicus versatur sententia etiam rite lata virtute novorum instrumentorum potest retractari, ut in l. sub specie, C. de re judic. cap. inter monasterium, cap. suborta de re judic. l. 15. tit. 11. par. 3. & in l. 19. tit. 22. par. 3. & sic exornaverunt prædicti administratoris conscientiam satis ex mala fide, & animo fraudandilissimam. Et quidem in favorem prædictæ sententia revocatoria facit, quia Judicis supremi debent judicare attentæ rei veritate,

veritate, ut in l. fin. titul. 17. lib. 4. recopil. Huic etiam sententia suffragatur ratio tex. in l. 9. tit. 15. lib. 7. recopil. ibi El. Corregidor, o Alcalde mayor del partido si fuere del fenno-rio, puedam reveer siembre que quisieren las cruentas de su officio, o a instancia de alguna persona, y de segraviar el posito en lo que estuviere agraviado. Et in terminis parcelle bis onerata hanc conclusionem veram reputat, Bart. in l. instar num. 7. Cod. de jur. fisc. lib. 10. ubi illum sequitur Platea, Jaf. in l. errorem num. 3. Cod. de error. calcul. Castell. d. l. 27. nu. 20. vers. XI. particula, Bovadilla ubi supra numer. 77.

dampi dati Luna 31. Maji 1604. coram Sanctis-imo Gregor. XV. Balb. decif. 198. Baez. decif. 33. numer. 9. Borrell. in summa decif. cit. de libell. numer. 27. D. Ricc. decif. Cur. Archiep. 5. par. 1. ubi determinatum testatur, sententiam esse ferendam juxta conclusionem factam in libello, licet narrata in articulis repugnent de quo tu vide Amam singul. 312. Et alleg. 6. num. 10. Et 11. Thor. in compend. decif. vers. libellus debet continere tom. 1.

Favore tamen miserabilium personarum sententia valet quamvis sententia continere aliud, quod in petitione, nam non debet attendi quid petierit Actor, sed quid in effectu appareat illi deberi, prout ita practicatur indistincte in Regio Tribunali Audientiae Provincia- rum Capitanatae Apuleae, & Comitatus Mo- lisi.

Fulcitur hujusmodi opinio, siquidem tum quia idem videmus favore pie causae, & Ecclesiae, ut concludit Genuens. in practicab. Eccles. q. 454.

Tum etiam, quia in causis summaris, ( prout sunt causae hujusmodi Miserabilium personarum ) sententia, quae non est conformis libello est valida Alex. consil. 114. num. 6. lib. 1. Surd. qui alios citat decif. 234. num. 14. Et consil. 12 num. 74. Ludovis. Et ibi Ad- dit. decif. 176. num. 2. Rot. decif. 611. sub num. 5. part. 1. in recent. ubi concluditur inter Mercatores ( inter quos proceditur ex bono, & equo, ) & summarie non attendi, quid fuerit petitum, sed quid probatum fuerit, Petra ad Gramm. decif. 19. num. 5. Et 6. Favinae. decif. 268. num. 6. post. 2. lib. consil. Illustr. Episcop. Ricc. in collect. decif. cap. 343. Castill. dec. Rot. Sicil. 57. par. 1. Martin. Andr. decif. 9. nu. 9. Et decif. 19. nu. 7.

Tum tandem, quia in Regno servatur de facto sententias esse difformes a libello, quan- do ita videtur Judici, ut apud Gizzarell. decif. 68. & fufius per Merlin. controvers. forens. 34. ubi ad futuritatem, & nos diximus in tract. de gravaminibus vassallorum tom. 2. gravam. 125.

Conferunt pro comprobatione, quae dixi- mus supra in privil. 58. ubi erit videndum.

## PRIVILEGIUM. CXLIX.

## ARGUMENTUM.

Sententia non conformis libello valet fa- vore Miserabilium Personarum.

Ad limitationem tex. in l. ut fundas, ff. com- mun. divid.

## SUMMARIUM.

1 Sententia debet esse conformis libello fallit favo- re pie causae, Et quare, numer. 5. 6. Et 7. item in iudicio inter mercatores, numer. 8. Et quid servetur in Regno num. 9.

2 Libellus debet continere conclusionem, Et quare.

3 Conclusio declarat, ampliat, Et restringit li- bellum.

4 Fatuus est Judex, qui condemnat in alio, quam sit petitum.

7 Causae Miserabilium Personarum sunt Sum- maria.

1 Regula fatis est nota, quod sententia debet esse conformis libello l. ut fundas, ff. commun. di- vid. l. fin. C. de fideicom. libert. clem. Jasp. 5. verum de verb. signific. cap. licet. Heli de Simon.

2 Qui libellus debet in se continere conclusio- nem Glos. in l. 1. in princip. & ibi Bart. Et alii, ff. de edend. nam non attenditur quid, quale & quantum petatur, sed quid, & quantum con- cludatur Jaf. in l. cum quid numer. 34. ff. si cert. pet. nam substantia libelli consistit in conclusione Glos. in cap. hoc quippe 3. quest. 6. Bal. in l. edita col. 13. in princip. de edendo, & libellus non habens in se conclusionem mi- nimè sustinetur Soccin. regul. 287. lim. 3.

3 Conclusionem declarat, ampliat, & restrin- git ipse libellus, & ex conclusione apparet qualiter ante dicta intelligantur Gomez var. resol. lib. 3. tit. 9. vers. aliter firmetur accusatio numer. 3. annuens, quod sicut argumentum Dialectico- rum, ut aptè dicatur formatum debet continere majorem, minorem, & conclusionem, ita hujusmodi libellus ante eum Bart. in l. si prius num. 13. ff. de Nov. oper. nunciat.

4 Fatuus enim esset Judex, qui condemnaret in alio quam sit petitum d. l. fin. Cod. de fidei- com. libert. & ibi Bald. Seraphin. decif. 335. part. 1. ubi quod debet attendi potius conclu- sio libelli, quam naturalis Rot. in Tudertina Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

## PRIVILEGIUM CL.

## ARGUMENTUM.

Sententia lata contra Defunctum favore Miserabilium Personarum valet.

Ad limitationem text. in l. in summa, §. fin. ff. de rejudic.

## SUMMARIUM.

1 Sententia lata contra mortuum non valet quid si pro mortuo feratur, nu. 2.

3 Sententia lata contra mortuum valet favore Miserabilium Personarum, Et in causa li- bertatis.

4 Favores concessi libertati communicantur Mis- erabilibus personis.

- R**egula est recepta, sententiam contra mortuum prolatam non valere ad *text. in l. in summa, §. fin. ff. de re judic. quem ad id communiter allegant Doctores Vantius in tract. de nullitat. ex defectu jurisdictionis numer. 106. ubi allegat Castrens. in l. si decesserit, numer. 5. qui satisfact. cogant. ibi firmando quod sententia lata adversus mortuum licet ignoretur, quod mortuus per procuratorem defenderetur, nam adhuc sententia in mortuum concepta redditur invalida, probant pariter *Put. decis. 186. Surd. conf. 99. lib. 1. Misinger. observat. 85. cent. 1. D. Ricc. in collect. dec. 1529. plenè Masfrill. dec. 137. & copiosè Castrell. dec. 70. ubi tutatur sententiam latam ad favorem mortui, nec valere ex l. qui in Provincia vers. quod si stipulatus, ff. si cert. petatur. quod & pariter scribit Præs. de Franch. decis. 245.**
- Cæterùm favore Miserabilium Personarum valere hujusmodi sententiam dicendum est.
- Recipit incrementum hujusmodi opinio, eo quia sic in simili favore libertatis sententiam prolatam contra mortuum valere notarunt, *Dec. in l. eius qui §. quid si stipulatus, ff. si cert. pet. Verall. dec. 140. Amendol. in addit. ad Præs. de Franch. decis. 245. num. 7.*
- Igitur de casu ad causam licitè poterit dari extensio, cum favores libertati impartiti communicentur miserabilibus hisce Personis.

## PRIVILEGIUM CLI.

### ARGUMENTUM.

**A**lienatio Baronum, quorum pretium est relictum, ut distribuatur in commodum miserabilium Personarum, est facienda præsentis pecunia vulgo (di contanti,) Nec fides de pretio est habenda.

### SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum, quorum pretium est relictum, ut distribuatur miserabilibus personis est facienda præsentis pecunia, & non habita fide de pretio.
- 2 Exequutor ad pias causas non potest alienare bona relictæ nisi pecunia præsentis.
- 3 Exequutio causa pia moram non admittit.
- 4 Res fiscales pecunia præsentis vendi debent.

**R**egula sit, ut si pretium bonorum repariatur relictum, quod in miserabilium personarum commodum distribuatur, eorundem alienatio est facienda præsentis pecunia, vulgo (de contanti.)

- Ita ut executor à Testatore relictus ligatus videatur habere manus illorum alienationem agendi nisi præsentis pecunia ex theoricis *Bart. in l. à divo pio §. si emptor. ff. de re judic.* quatenus probat exequutorem ad pias causas minimè posse alienare, nec transferre dominium nisi pecunia præsentis, sequitur *Everard. in Topic legal. loco à Fisco ad Ecclesiam num. 4.*
- Confert *Reg. de Ponte in suo tr. de potest. Prærog. titul. de Regal. impositionib. §. 6. numer.*

15. dum probavit non posse vendi Bona prætestamentorum exequutions, maximè, si distraherentur ob pias causas habitæ fide de prætio.

Cujus sanè conclusionis redditur Ratio, nam piæ causæ exequutio moram minimè admittit, ut docuerunt *Bart. Bald. & Alex. in mon. adducta l. à divo pio §. sed si emptor. ff. de re judic.*

Et hanc partem juvat quia in simili venditiones Fiscales præsentis prætio fieri debent *Pereg. in speciali tr. de jur. Fisci lib. 6. titul. 4. numer. 6. & meminit Reg. de Ponte in cit. tr. de potest. prærog. tit. de reg. impositionibus §. 6. numer. 6.*

## PRIVILEGIUM CLII.

### ARGUMENTUM.

Contractus censetur nominatus favore Miserabilium personarum, nec resolvitur ex defectu causæ.

### SUMMARIUM.

- 1 Contractus nominatus præsumitur favore Miserabilium Personarum.
- 2 Contractus quando cesset cessante causa.

**R**egula sit contractum favore Miserabilium Personarum censeri nominatum, nec ex defectu causæ finalis resolvi *Khoc in thesaur. jur. tit. 1. num. 56. & facit doctrina Amat. decis. Rot March. 46 sub num. 37.*

Non est enim novum, quod in contractu nominato cessante causâ finali minimè cesset contractus, prout è contra in contractu innominato cesset contractus ex cessatione causæ finalis juxta theoricam *Bald. in l. cum te num. 6. C. de pact. inter emptor. & vendit. quam recepit Tiraq. in suo tr. cessante causa limit. 36. quod & praticavi pluries uti Regius Auditor Provinciarum Capitinæ Apuleæ, & Comitatu Molisii, & vide *Viscont. in concl. jurium in verbo contractus.**

## PRIVILEGIUM CLIII.

### ARGUMENTUM.

Specialia duo favore Miserabilium Personarum benè possunt concurrere.

### SUMMARIUM.

- 1 Duo specialia circa idem concurrere non possunt, nec in eadem persona, declarata ut num. 2.
- 2 Specialia duo favore Miserabilium Personarum, & Ecclesia concurrere possunt.

**R**egula est ut duo specialia nequeant circa idem concurrere, nec in eadem Personam

nam *l. cum post §. gener. juncta glos. ff. de jur. dot. l. 1. C. de dot. promiss. l. in fraudem ff. de test. milit. cap. singul. 89. distint. nisi tamen unum veniret in consequentiam alterius Tomaseccl. reg. 102. ubi idem concludit in casibus à jure expressis, & privilegiatis ex l. sub conditione, ff. de solut. l. qui in utero, ff. de stat. homin. §. si ab hostibus Inst. quibus mod. jus. pat. potest. solut. quæ allegari solent ad id, ut simul specialia plura concurrere non valeant non quidem principaliter, sed in consequentiam, quod pariter annuit Thobias Nonnius ad rubr. institut. de Testam. num. 20.*

Tamen favore Miserabilium Personarum bene concurrere possunt duo specialia ex Bald. in cap. 2. de consuetud. prout sic favore Ecclesiæ docet Ripa in l. si rem, ff. de acquir. possess. & latius Gemens. in practicab. eccles. quæst. 457. ubi per exempla id ostendit, ut apud eum cerni potest.

## PRIVILEGIUM CLIV.

## ARGUMENTUM.

Fidejussor idoneus, qui alias non est, favore miserabilium personarum idoneus efficitur, & ideo pro ipsis fidejungere potest, & valet fidejussio.

## SUMMARIUM.

- 1 Fidejussio omnis regulariter valet, & tenet.
- 2 Edictum de fidejussoribus est permissorium.
- 3 Fidejungere quibus non liceat.
- 4 Fidejussor alias non idoneus censetur idoneus favore miserabilium personarum.
- Sic etiam favore dotis num. 5.
- 6 Clerici fidejungere regulariter nequeunt, sed quando secus nu. 7.
- 8 Egeni veniunt sub nomine miserabilium personarum etiam quoad illarum privilegia.

Regulariter quamvis omnis fidejussio tenet, & valeat, nisi expressè reperiatur prohibita, & edictum de fidejussoribus sit permissorium, ita quod, prohibiti qui non reperiuntur, permitti censeantur arg. l. cum procur. ff. de Judiciis l. 1. §. 1. ff. de procuratoribus.

Tamen plures reperiuntur in jure, quibus fidejungere non licet, ut sunt filiisfam. mulieres, milites servi, prodigi, mente capti, furiosi, ebrii, surdi, muti, monachi, clerici, minores, liberti, & similes, de quibus omnibus, satis luculenter per ampliationes, & limitationes discucit Maurus Aretinus, in suo tract. de fidejussoribus, sect. 8. cap. 1. usq. ad c. 26. ad quem Lectorem relego.

Cæterum pro nostri instituti coronide, firmabis, eum qui alias idoneus fidejussor non esset favore Miserabilium Personarum, idoneum censeri, & proinde fidejussionem, valere.

Recipit incrementum hæc opinio ex theoria Felgu. in cons. num. 2. quatenus probat, alias non idoneum fidejussorem favore dotis idoneum reputari, & à tali præstitam fidejuf-

sionem valere, ex glos. ex l. fin. ubi glos. jura concordantia adducit C. ad Vellejan. refert & sequitur Grass. in tract. de effectibus clericatus, effect. 44. nu. 6. ubi postquam firmavit regulam, clericos nullo modo debere nec posse fidejungere cap. 1. de fidejussoribus. cap. te quidem 11. quæst. 1. cap. non satis 88. dist. cum adductis latius per Francum in tract. de privil. eccles. privil. 115. Menoch. de arbitr. judic. casu 432. limitatillam non procedere favore dotis, prout, & favore egenorum, ad gl. in cap. quibusdam de fidejussoribus Gerardus singul. 100. Rebuff. de privilegiis scolarium privil. 171. Vivius decis. 210. num. 11. Maur. Aret. in tract. de fidejussoribus. sect. 8. cap. 12. à n. 8. cum seq.

Igitur sic pariter concludendum est in casu nostro, cum valeat argumentum de dote ad miserabiles personas, & egeni, veniant sub nomine miserabilium personarum Rota, in Senogalien. solutionis decimarum coram Reverendo Patre Domino Queipo. ubi egenos vocat miserabiles, & illorum privilegiis frui posse asseverat. Jungè, si applicari possint, ea quæ occasione alterius articuli discussimus supra privil. 113.

## PRIVILEGIUM CLV.

## ARGUMENTUM.

Filius familias habens liberam administrationem peculii profectitii, potest donare in favorem Miserabilium Personarum, sicut illis pariter adventitia donare valet.

## SUMMARIUM.

- 1 Filius quotuplex peculium habeat.
- 2 Filius in castrensi, vel quasi quid habeat. Et quid in profectitio nu. 3. Et quid in adventitio nu. 4.
- 3 Filius familias quando valide docet de profectitiis, & adventitiis.

Regula est filium triplex peculium habere posse, scilicet castrense, seu quasi castrense, profectitium, & adventitium.

In castrensi, seu quasi castrensi peculio nihil patri acquiri patet in l. cum oportet vers. exceptis C. de bon. quæ liber. ita quod in illis filius familias habeatur pro patre familias l. 2. ff. ad Maced. l. si quis uxori. §. 1. ff. de furt.

Peculium autem profectitium pleno jure acquiri patri eligitur ex §. 1. instit. per quas person. mob. acquir. & in d. l. cum oportet, & ibi DD.

Adventitium tamen peculium, quoad proprietatem tantum filio quæritur, & quoad usufructum patri d. §. 1. & d. l. cum oportet, & de his omnibus suso calamo, ut unum pro omnibus adducam edisserit Pascal. de patr. potest. par. 1. c. 3. ubi ad saturitatem singula sunt exarata.

Cæterum his præmissis firmabis filium familias habentem liberam administrationem peculii profectitii posse donare miserabilibus personis, quia sic videmus favore piæ causæ, & Ecclesiæ

*Ecclesie Castrens. conf.*, 81. vol. I. *Marcabru.*  
*conf.* 122. *Genuen in practicabil. eccles. quæst.* 233.  
ubi ampliatur etiam respectu adventitiorum quoad  
proprietas non obstante *l. fin. §. filiusfam.*  
*C. de Bon. qua liber.* quia ibi prohibetur alie-  
natio, quæ sapit prodigalitate, non ex justa  
causa *Cravett. conf.* 39. n. 13. & ita dicit tenere  
*Card. Tusc. concl.* 2. tom. 4.

## PRIVILEGIUM CLVI. ARGUMENTUM.

Bona donata, quæ alteri fuerunt hypo-  
tecata per donatarium, non possunt  
ob aliquam causam favore Miserabilium  
Personarum repeti.

*Reornatur Tex. in l. fin. §. in l. His solis C. de  
revoc. donat.*

### SUMMARIUM.

- 1 Donatio revocari potest ex ingratitude, sic etiam ex supervenientia filiorum n. 4.
- 2 Pactum, quod donatio vitio ingratitude revocari nequeat, non est validum.
- 3 Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.  
*Injuria sola dissimulatione remittitur ibid.*
- 4 Donatio revocari nequit, ubi res donata reperitur vendita à donatario.
- 5 Resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptatoris sed intellige ut num. 7.
- 6 Bona hypothecata non dicuntur proprie alienata.
- 7 Alienare prohibitus potest hypothecare.
- 8 Dominium per hypothecam non transfertur.

**I**Nter plures causas, ex quibus donatio inter vivos revocari potest est vitium ingratitude, quod venire solet, si Donatarius manus violentas injecerit donanti, si ei graves injurias dixerit juxta qualitatem Personæ si in bonis illius grave damnum intulerit juxta quantitatem damni, vel patrimonii, si vitæ periculum ei paraverit, vel si legi donationis non potuerit, ut in *l. fin. ubi omnes DD. C. de revoc. don.* latissime post alios *Mantic. de tacit. §. ambig. convent. lib. 15. tit. 41. ubi numer. 6. §. seq.* firmat non valere pactum factum, quod donatio vitio ingratitude revocari nequeat, ex *Bar. Salyc. Matr. Rom. Alex. Felym. §. aliis*, quia est pactum contra bonos mores, & quando donatarius invitaretur ad delinquendum, & nulla conventionem fieri potest ut dolus malus non præstetur, *l. si unus §. illud, ff. de pact. l. conveniri ff. de pact. dotal.* in tantum quod tale pactum non possit firmari juramento asseverant complures alii relati à *d. Mantic. loco proxime cit. numer. 10.* cum juramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, nec confirmet pactum quod odio partis adversæ est improbatum, *c. 1. §. c. debitores de jur. jur.* licet possit talis ingratitude à donante remitti, quia hoc est opus misericordiae, *c. tria dist. 45.* imò sola dissimulatione remitti potest, prout aboletur injuria, *l. fin. in fin. C. de revoc. donat.*

Supervenientia quoque liberorum est causa proxima revocandi donationem factam ad minus usque ad legitimam vulgat *l. si unquam Cod. de revoc. donat.* ubi omnes DD. & præcipue affluenter more suo *Tiraquell.* quod procedit in utroque foro, ut post Antiquiores probat *Seraph. dec.* 829. *§. 837.* ubi tamen dicit esse necessariam expressam, vel tacitam declarationem patris quod tamen non puto verum, cum talis revocatio respiciat commodum filiorum, & veniat ex dispositione juris, juxta tradita novissime à *Molles. in comment. ad consuet. Neap. p. 4 quæst. 26. tom. 1.* de qua causa in facti contententia respui opinionem *Ripa tenentis*, quod si pater cogitavit de filiis, non revocatur donatio, quia non tantum patri, verum etiam filio jusrevocandi factam donationem competit.

Verum in casu de quo agitur, & nostrum desideratur votum videtur prima facie respondendum, quod licet fuerit probata ingratitude ex parte donantis, dum hodie domus donata reperitur hypothecata per donatarium, non potest donans agere pro repetitione vigore *text. in l. his solis Cod. de revoc. donat.* ubi cautum est, quod si filius antequam sit ingratus alienet in alium fundos, & res donatas à matre, tale alienatum mater revocare non potest obtentu ingratitude sequentis, ergo sic in casu nostro est annuendum.

Cæterum re melius perpensa in contrariam partem inclinavi motus auctoritate *Rip. in d. l. fin. quæst. 4. cit. t. de revoc. don.* ubi in terminis ut ajunt terminantibus movet articulum, & in hac opinione residet assignando rationem, quia resoluta jure datoris resolvitur jus acceptoris, *l. lex vectigalis ff. de pignor l. 3. ff. quib. mod. pign. vel. hypoth. solv. l. si ex duobus §. sed §. Marellus ff. de in diem adic. cap. nuper de donat. inter vir. §. uxor. Cech. decis. 156. numer. 12. Gomez. variar. resolut. cap. 3. num. 8. in fin. Bertazzol. de clausul. instr. clausul. 15. glos. 2. n. 16. Barbof. in l. quia tale n. 86. ff. solut. matr. Tusc. concl. 272. lit. R.* qui tamen intelligit in iis, quæ habent dependentiam successivam, & non iis, quæ in ipso instanti radantur, & perfectionem habent in se.

Et eò magis cum tali sententia transivi, liquidem domus donata erat valoris sexcentum aureorum, & erat hypothecata pro pretio quadraginta ducatorum, quo in casu succedit opinio *Mozzii in suo tract. de contractibus in tit. de de donat. pag. mihi 715. n. 62.* firmantis, donantem semper posse revocare donationem factam, licet reperiat res hypothecata vel pignorata, nisi esset pro tribus partibus, vel saltem plusquam pro dimidia hypothecata at secus si pro parvo pretio, & sic infra dimidiam partem.

Qua opinione retentà non obstat *text. in d. l. his solis C. de revoc. donat.* nam respondeo, quod bona hypothecata, vel pignorata non dicuntur proprie alienata, *l. alienatum ff. de verbor. signif. Bald. in c. 1. alien. feud. §. de in o. 1. §. aut si libellario quib. mod. feud. amitt. Angel. in l. benignius ff. de legib. Cast. in l. in ambigua eod. tit. & ideo alienare prohibitus hypothecare potest *Aretin. conf.* 75. n. 2. *Dilect. de arte tejandi tit. 8. caut. 5. n. 4. Plot. conf. 19. numer. 20. Reiger. in Tes. jur. in verb. alienatio numer. 182. Clar. in §. emphiteusis quæst. 13. Har.**



18. *Herring. de fidejussoria. cap. 1. numer. 117.*  
 post alios *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 22. titul. 28. numer. 51.* quia hypotheca non transfertur dominium, & si constituti clausula in obligationis contractu sit adhibita *Caballin. milleloq. 93. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 2. à numer. 44. Cened. eanonic. quæst. cap. 11. num. 13. Clar. in §. emphyseusis quæst. 13 num. 3.*

re conjuncti præsumptio est, quod in omni casu legasset, ideo valet legatum, & in utroque casu debetur æstimatio *l. cum alienam C. de leg. & tradunt tot, quot Doctores sunt supra allegati, adde Ludovic. qui concordantes adducit decif. Perus. 23. num. 3.*

Et cum favore Animæ eadem præsumptio debeat esse quæ pro conjuncto, ideo, quod regula etiam fallit quando pro Anima, & sic pro aliquo loco pio factum est legatum, tunc enim sive scienter, sive ignoranter factum, illud semper valebit, & debetur æstimatio *Tiraquell. de privileg. pio causa privileg. 66. Menoch. dict. præsumpt. 116. num. 30.*

Ex quibus facile devenio in opinione, quod scilicet debeatur æstimatio rei legatæ in favorem miserabilium personarum nulla facta differentia, an Testator sciebat, vel ignorabat rem legatam esse alienam.

Cæterum est observandum, quod regula prædicta etiam favore personæ conjunctæ, & ex consequenti favore causæ piæ, (quæ conjunctæ personæ privilegio in his fungitur, ac potitur) procedit tantum quando res legata erat porfus, & in totum aliena, non quando aliquod in ea jus Testator habebat, nam tunc jus illud quod habebat, tantum legasse censendus, & judicandus est, etiam quod dictum jus morte ipsius extingueretur, & sic legatum omnino redderetur inutile, potius enim id toleratur, quam quod voluerit Testator gravare hæredem. ad præstandam æstimationem. Exemplum ponunt Doctores, quando Testator solum esset rei, quam legat usufructuarius, aut hæres gravatus de restituendo, per *text. in l. quod in rerum §. si usu. fructu, & §. fin. de leg. 1. & est text. in l. uxor. patris ubi Glos. Cyn. Bart. Bald. & Angel. C. de leg. est communis opinio Pereg. de fideicommiss. art. 33. n. 28. Gomez tom. 1. var. resolut. tit. de legat. n. 15. ubi dicit rationem esse, quia quando legatur res penitus aliena non potest animus defuncti magis applicari ad unam partem, quam ad aliam, sed quando habet jus, vel partem in ea, ad illud tantum adaptatur, & applicatur mens, & voluntas ejus, *Caroc. dec. 31. n. 7. Capra conf. 146. col. 2. Gratian. discept. for. 237. n. 22. & dec. 56. n. 23. Marefcot. var. resol. lib. 2. c. 104. n. 1. & 3. Cancer. decif. Senat. adfert. in 3. par. var. resol. c. 20. de leg. ex n. 289. late Pereg. de fideicommiss. art. 6. ex n. 9. qui dicit se ita defendisse in facti contingentia in quadam quam appellat valde solemnem quæstionem & obtinuisse duobus conformibus sententiis.**

Licet non procedant supra dicta, quoties ex conjecturis apparet, Testatorem noluisse se in legando restringere ad jus solum, quod habebat sed imò voluisse totam rem legare, veluti si verbi universalibus omnia, aut universa, & aliis similibus usus est Testator, vel si aliquid onus legatario imposuerit, tunc enim inquirunt Doctores nedum jus, quod Testator habebit censebitur legatum, sed etiam, & tota res ipsa *Mant. de conject. ult. volunt. d. lib. 9. tit. 1. nu. 18. vers. sed Ruin. & Caroc. decif. 31. nu. 12. Marefcot. latissime hoc probans var. resol. lib. 2. dict. cap. 104. num. 8. Grat. dec. 56. n. 23. in discept. for. 137. nu. 31. qui alios allegat.*

## PRIVILEGIUM CLVII.

## ARGUMENTUM.

Legatum rei alienæ factum in favorem Miserabilium Personarum, de jure valet, sive sit illud factum scienter, sive ignoranter.

*Excornatur Text. in §. non solum insit. de legat.*

## SUMMARIUM.

- 1 Legatum rei alienæ valet, si scienter factum sit à Testatore non si ignoranter, qui si scrivisset forsitan non fecisset.
  - 2 Scientia Testatoris in legato rei alienæ est per legatarium probanda, aliàs ignorantia præsumitur.
  - 3 Legatum rei alienæ, factum conjunctis personæ, tenet, sive scienter, sive ignoranter factum sit.
  - 4 Legatum rei alienæ factum favore Animæ valet sive scienter, sive ignoranter factum sit.
  - 5 Legatum rei alienæ factum conjunctis personæ, vel causæ piæ, tunc demum valet, quando ignoranter factum est, cum in totum res aliena legata est, secus quando pro parte est Testatoris, quia tunc valet in illa parte solum.
  - 6 Legatum rei alienæ, quando quis est tantum usufructuarius, vel hæres gravatus, solum valet in illo, & pro illo jure, quod habebat legans.
  - 7 Testator censetur voluisse legare totam rem, quando utitur verbis generalibus.
- Regula, est in materia legati rei alienæ, quod illud valet, & est res legata, vel illius æstimatio per hæredem legatario præstanda, si scienter factum sit à Testatore legatum, non si eo ignorante rem alienam fuisse, quod forsitan si scivisset, ita non legasset. *text. est in §. non solum in vers. quod diximus insit. de legat. 1. unum ex familia §. si rem tuam de leg. 2. & in hoc scientia Testatoris est per legatarium probanda, aliàs ignorantia præsumitur, ut explicant late Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 9. numer. 1. & 2. Gomez variar. resolut. tom. 1. cap. 1. & 12. ex numer. 13. Grass. de success. §. legatum quæst. 14. numer. 2. Viru decif. 417. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 116. per totam, Marefc. variar. resolut. lib. 2. cap. 105. n. 7. Tesaur. quæst. 55. num. 1. lib. 1.*
- 3 Fallit, quando tale rei alienæ legatum est factum conjunctis personæ, quia tunc sive scienter, sive ignoranter Testator legaverit favo-

## PRIVILEGIUM CLVIII.

## ARGUMENTUM.

Advocati Vassalli possunt patrocinari contra proprium Dominum favore Miserabilium Personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Vassallus nequit patrocinari contra Dominum, & num. 5. & 8.
- 2 Vassallus de facto patrocinans contra Dominum privatur feudo.
- 3 Vassallus debet se abstinere à malo contra Dominum, & facere bonum.
- 4 Vassallus præstans alteri patrocinium non facit bonum Domino.
- 5 Vassallus tenetur defendere Dominum in prælio campestri.
- 7 Judicium dicitur certamen judiciale.
- 9 Vassallus favore Miserabilium Personarum potest esse Advocatus contra Dominum.
- 10 Vassallus pro sua causa, & pro conjuncta persona potest patrocinari contra Dominum.
- 11 Vassallus per Judicem coactus ad præstandum patrocinium excusatur.
- 12 Vassallus potest præstare patrocinium, si causa Domini injusta fuerit.

- 1 Regula est Advocatum Vassallum non posse contra Dominum patrocinari, quod, si de facto faciat, privatur feudo *glos. in c. 1. §. item si delator, in verbo perdit, vers. quid ergo si Advocatus, quæ sit prima causa beneficii amittendi ubi idem voluerunt Jacob. de Belvis. Nicol. de Neap. Andr. de Iser. & ita Jacob. de Sannut. Geor. qui supra dictos refert in investitur. feudal. in verbo feuda amittuntur vers. vigesimo quinto si Vassallus, Gail. lib. 1. observat. 88. num. 5. Papon. lib. 6. tit. 4. Arrest. 5.*

- 2 Redditur hujus conclusionis ratio per *Grant. eandem sectantem opinionem in dec. 80. post Afflic. dec. 265* nam Vassallus ne dum est obligatus abstinere à malo contra Dominum, sed etiam tenetur facere bonum, per *tex. in cap. 1. de for. fidel. & bonum non dicitur facere pro Domino si patrocinium alteri præstat contra ipsum Dominum, & id. o Vassallus non poterit procurare, seu in aliqua lite advocare contra Dominum suum, ex quo tenetur ipsum defendere, & adjuvare in prælio campestri, ut dicit *tex. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. cum concord* ita, & pari modo tenetur ipsum adjuvare in foro judiciali, cum judicium dicatur judiciale certamen *l. advocati C. de advoc. divers. jud. cum similibus notatur per Andr. in cap. 1. §. sed & quid delator, quæ sit prim. caus. benefic. amittend.**
- 3 Unde non sunt audiendi *Curr. Ju. de feud. par. 4. sub num. 72. & Joan. Gall. in quæst. 23.* quatenus prætendunt licere Vassallis contra Dominum patrocinari.
- 4 Favore tamen miserabilium personarum talis regula cessat, cum pro illis valeat Advocatus vassallus patrocinari contra Dominum, ut novissime probant *Illustriss. Episc. Riccius in Collect.*

*decis. 2227. vers. & maxime, ubi Nos allegat solertissimum juvenem appellando & Mari ad. dit. ad Grammat. d. decis. 80, n. 3. qui pariter nos allegat.*

Prout sic in simili Vassallus poterit patrocinari contra Dominum, cujus est Vassallus pro sua causa, & pro conjuncta persona *Specul. in tit. de Advoc. §. 1. num. 30. Papon. d. Arrest. 5. tit. 4. lib. 6. Dom. Ricc. in loco cit. in princ. Borrel. summa decis. tit. de Advocat. offic. num. 84. tom. 1. ubi num. 86. supra dictam regulam quoq; declarat non procedere quando il Vassallus esset coactus per Judicem ad præstandum patrimonium, quo casu non privatur feudo, Bellapertic. in tract. de feud. tit. 9. sub num. 22. Rip. in l. fin. quæst. 9 num. 31. & 32. C. de revoc. donat. Mandos. in tract. de ingratitudine cap. 6 caus. 10. Afflic. cit. decis. 265. sub nu. 86. Gail. d. observat. 88. sub nu. 7. lib. 1.*

Idemque erit, si causa Domini injusta fuerit, quia in tali casu patrocinium Vassallo absque poena commissum erit, *Bald. in c. 1. col. 2. tit. quib. mod. feud. amittat. Gregor. in Suintagmat. juris univers. lib. 49 cap. 6. sub. n. 13. & ita decisum in Parlamento Parisiensi refert Jo. Gallus qu. 24. quem probant Dominus Riccius d. collect. 2227 in fin. & Borrell. d. tit. de advocat. offic. num. 69.*

## PRIVILEGIUM CLIX.

## ARGUMENTUM.

Dux conformes sententiæ ex dispositione statuti in causis miserabilium personarum rem judicatam facere possunt.

## SUMMARIUM.

- 1 Sententiæ tres conformes rem judicatam faciunt. Appellare non licet à tertia sententia ibidem. Etiam si sit interlocutoria num. 2. maxime si habeat vim diffinitivam num. 3.
- 2 Sententiæ duas conformes vigore statuti possunt in causis miserabilium personarum rem judicatam facere, & ita servari in Civitate Bononia reportatur num. 5.
- 3 Fabrica Sancti Petri habet privilegium, ut duas sententiæ conformes faciant rem judicatam.

Regula, quamvis sit de jure communi tres conformes rem judicatam constituere nec à tertia sententia licere appellare *l. 3. C. Ne liceat in una eademque caus. tertia provoc. cap. si autem provocatum §. si quis in quacunque & cap. directè, & cap. sua nobis ubi Glos. 2. quæst. 6. exornant. Treutler. disput. select. par. 2. disp. 33. Thes. 2. & 3. Port. in comm. opin. conclus. 32. lib. 1. Thesaur. decis. 122. & 228. Gail. observ. 73. lib. 1. Coler. decis. German. 140.*

Quæ sanè Regula extenditur tam respectu sententiarum diffinitivarum, quam interlocutoriarum, nè liceat post duas appellationes procurare

curare Franc. in cit. c. directè col. 3. Marant. in prax. part. 6. Actu. 2. tit. de appellat. num. 219. Eoque magis, si interlocutoria fuisset confirmata, quia non licebit secundo appellare, vel si ageretur de interlocutoria habente vim diffinitivæ ut judicatum in Senatu Parisiensi testatur Rebuff. in concord. Franc. tit. de Frivol. appellat. §. ab interlocutorii vers. ultimo, refert, & sequitur noviter Borrell. qui aliqua cumulat ad regulam in summa decis. tit. 33. de appellat. à num. 726. cum seq. tom. 2.

4 Tamen favore Misérabilium Personarum duæ conformes sententiæ ex dispositione statuti rem judicatum facere possunt, prout sic respectu statuti Nobilis, & studiorum Matris Civitatis Bononiæ fundat recentissimè Scain. dec. 84. ubi quod duæ conformes sententiæ ex dispositione statuti dictæ Civitatis in causis Misérabilium Personarum rem judicatam faciunt, ut latius apud eum cerni poterit.

6 Et hac occasione observabis, Fabricam Sancti Petri gaudere Privilegio, ut duæ sententiæ conformes faciant rem judicatam vigore Bullæ Pii V. 95. incip. Et sic editæ 11. Kalend. Januarii 1569.

## PRIVILEGIUM CLX. ARGUMENTUM.

Testamentum in quo sunt Misérabiles Personæ valet, licet quis assumpserit manum Testatoris, tremantem & illam fecerit sic signare.

### SUMMARIUM.

- 1 Testamentum favore Misérabilium Personarum valet, licet quidam assumpserint manum Testatoris tremantem, & signare fecerit.
- 2 Manus Testatoris tremantis, an possit assumi, & facere quod signet, vel scribat.
- 3 Omissio formæ vitiat testamentum.
- 4 Apices juris non attenduntur in pia causa materia.

1 **R**egulam fundo valere testamentum in quo sunt institutæ Misérabiles Personæ, licet quidam assumpserit manum testatoris tremantem, & illam fecerit signare.

2 Siquidem generaliter ad validitatem testamenti posse quem assumere manum testatoris si tremat & illum facere sic signare fundarunt *Pevalt. in rub. ff. de legat. 2. numer. 17. Glos. in l. 1. Hisp. tit. 1. p. 6. Phebus novissimè decis. Rot. Lusit. 188. sub numer. 16. tom. 2.* ubi refert sic fuisse observatum in causa Pauli Autenes ex Insula Sancti Michaelis, cum Martino Alvarez in Anno 1588.

3 Et quamvis idem loco citato annuat non carere dubio, quia non servatur forma legis, & quælibet omissio vitiat testamentum, ut ex aliis autumat *Flores Diez de Mena in addit. ad Gam. decis. Lusit. 45.*

4 Tamen in casu nostro cessat utique dubitatio, cum videatur tendere in piam causam in qua apices juris non attenduntur, ut alibi diximus.

## PRIVILEGIUM CLXI.

### ARGUMENTUM.

Substitutio omissa in testamento favore Misérabilium Personarum duobus Testibus probatur.

### SUMMARIUM.

- 1 Substitutio omissa probatur testibus.
- 2 Quot Testes requirantur ad probandam omissionem substitutionis factæ per Testatorem, & num. 3. & 4.  
Et quid favore piæ causæ, vel Misérabilium Personarum num. 5
- 6 Substitutio directæ duobus Testibus probatur de jure Canonico.

**R**egula est, quod si Notarius in testamento omiserit scribere substitutionem ordinatam à Testatore, hujusmodi voluntas bene testibus probari poterit juxta theoreticam *Angel. & Bal. in l. quoties §. sed si non in corpore ff. de hered. instit. Marzar. in epib. de fideicommiss. quest. 56. par. 3. Surd. conf. 129. Mascard. de probat. conclus. 1333. Mantie. de conject. ult. volunt. tit. 16. lib. 12.*

Quod autem testibus hujusmodi voluntas veniat probanda DD. non conveniunt.

Siquidem nonnulli senserunt in substitutione directæ septem requiri, in obliqua quinque, & si essemus in dispositione minorem numerum testium requirente sufficere tot testes, quos in illa dispositione necessarios esse apparebit, ita *Glos. in l. cum proponebatur, ff. de leg. 3. in verbo conjectura Alex. & reliqui in l. errore n. 12. C. de testam. Soccin. Jun. in rubr. ff. de acquir. possess. numer. 128. Honded. conf. 51. à numer. 71. lib. 2. Decian. conf. 105. ubi fatetur communi Mantie. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 13. numer. 5. Medic. de fortuit. casib. quest. 2. num. 5. part. 1. fusè Mascard. cit. conclus. 1343. à num. 9. cum seq.*

Alii autem fundarunt, quod substitutio fideicommissaria in testamento omissa septem testibus veniat probanda, quamvis clausula codicillaris in ea contineatur, in codicillis verò omissa testimonio quinque comprobetur, ut apud *Surd. cit. conf. 129. & conf. 147. numer. 11.*

Sunt etiam, qui putarunt per duos testes probari substitutionem factam fuisse à Testatore, licet omissa fuerit, quam pro vera agnoverunt *Jacob. de Ravenna Cyn. & Bart. in alleg. l. errore C. de testam. & Barbat. alios secum adducens conf. 29. col. 4. lib. 1.*

Et quamvis hujusmodi DD. instinctè loquantur, ut probetur per duos testes talis substitutio.

Ego tamen favore piæ causæ, & Misérabilium Personarum talem agnoscerem veram opinionem, & proinde concludo substitutionem factam ad favorem illarum omissam in testamento duobus testibus probari posse.

Conducit, nam de jure Canonico, (quod servatur in causis istarum Misérabilium Personarum) substitutio directæ duobus testibus probatur *cap. cum esse, & ibi Covarruv. qui testatur*

tatur de communi de testamen. Honded. cit. conf. 51. num. 53.

## PRIVILEGIUM. CLXII.

### ARGUMENTUM.

Fideicommissum extare, ubi Miserales Personæ ad illud agunt in dubio judicandum est.

### SUMMARIUM.

■ Fideicommissum non extare in dubio judicandum est, sed quando secus num. 2. & 3.

■ Regula quamvis sit communiori calculo recepta in dubio esse judicandum fideicommissum non extare ut ex cumulo antiquorum Doctorum fundarunt Ludovic. conclus. 14. illat. 76. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. numer. 20. Pereg. de fideicommiss. art. in 38. & 40. Mascard. de probat. conclu. 774. Barz. decis. Bonon. 121. à num. 54. Cavale. decis. 81. num. 34 p. 3.

■ Tamen quando Miserales Personæ agerent ad fideicommissum tunc pro eis in dubio esset judicandum ad instar pro pia causa concludit Raudens. decis. Pisan. 32. num. 326. vers. tertius est casus.

Unde regula supra posita pro non existentia fideicommissi claudicabit in hoc casu.

■ Prout illam cessare, quando ageretur de conservandis bonis in agnatione notarunt Gozad. conf. 89. numer. 11. Petra de fideicommiss. quæst. 9. numer. 12. Menoch. conf. 220. numer. 49. Mascard. de probat. conclus. 774. numer. 5. Decian. conf. 9. numer. 5. lib. 3. Mantie. de conjectur. ult. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 44.

## PRIVILEGIUM CLXIII.

### ARGUMENTUM.

Clausula taxativa favore Miserialium Personarum resolvitur in demonstrativam, ita ut factò ipsis legato super certare, illa non sufficiente debeatur ex aliis bonis hereditariis.

### SUMMARIUM.

■ Clausula taxativa favore Miserialium Personarum resolvitur in taxativam sed contrariant vide num. 4. & 20.

■ Legato factò Miseriali Personæ, vel pia super certare, illa non sufficiente an debeatur super aliis bonis hereditariis, & num. 3. 7. 8. & 23.

■ Causa pia in legato taxativo sequitur communes regulas, nec fruitur aliquo privilegio, & n. 18.

■ Legatum annuum quantitatis in beneficium Ecclesiæ percipiendum ex aliquo molendino tamen debetur illo diruto.

9 Legatum quando dicitur factum causa demonstrationis, & quando taxationis, & num. 12. & quomodo utroque casu debeatur.

10 Tempus futurum appositum dispositioni importat conditionem.

11 Creditor non dicitur pendente conditione is cui sub conditione legatum est.

13 Regula quousque adhaerendum est tanquam fundamentum intentionis allegantis

14 Testatoris voluntas tanquam lex servanda est.

15 Testamentum impugnans commodum ex testamento consequi non debet.

16 Privilegia pia causa semper præsupponunt voluntatem Testatoris tanquam fundamentum.

17 Testamentum factum à furioso, vel ab alio, qui caret intellectu non valet, neque ad piam causam.

19 Argumentum valet de alimentis, ad causam piam.

21 Hypotheca de jure digestorum, an detur pro legato alimentorum, & quid in aliis legatis, numer. 22.

24 Legata favore pia causa non caducantur.

25 Dispositio Testatoris potius toleranda est, quod sit inutilis, quam contraria voluntati Testatoris.

26 Hæres cedendo legatariis actionem contra debitores liberatur.

■ Regula videtur firmanda, (si tamen Romani inhaerentur opinioni in singulari 4327.) clausulam taxativam resolvitur in demonstrativam favore Miserialium Personarum, itaut factò eis legato super certa re, & illa non sufficiente debeatur residuum super aliis bonis hereditariis.

Quæ sanè sententia habet in fautores Rip. in 2 lib. 3. responsum cap. 11. sub num. 3. Everard. in Topic. legal. in loco de aliment. ad piam causam num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 167. num. 148. Mantie. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 12. cap. 6. num. 25. Canal. de Curt. in divers. frudal. fol. 26. sub numer. 29. Lanæ. consil. 54. numer. 8. Sura de aliment. tit. 4. quæst. 26. numer. 5. Gratian. forens. discept. tom. 2. cap. 256. numer. 28. & seq. Gui. Pap. decis. 8. ubi quod annua pensio super furno assignata cuidam Monasterio Sarno minuto nihilominus integra peti poterit Tiraquell. de privilegiis pia causa privileg. 42. ubi alienatione rei legatæ à testatore facta, adjectio rei eodem orationis tractu in piis causis non inducit legati revocationem, & privileg. 63. ubi quod per assignationem redditus ex certo aliquo fundo piæ causæ tacite is fundus censetur obligatus, & ad eum etiam agi potest hypothecaria.

Cæterum non reticeam dicere hanc opinionem habere suos contradictores, quia causa pia in legato taxativo sequitur communes regulas, nec fruitur aliquo privilegio, ut Felyn. in c. super literis numer. 4. de rescr. Rot. in antiq. dec. 868. Jo. de Amic. consil. 45. ubi tutatur legatum certæ quantitatis annuæ in beneficium Ecclesiæ percipiendum ex molendino non deberi illo deinde diruto, quamvis aliud fuerit in ipso flumine erectum molendinum, & noviter latè Regens Rovit. dec. 57. ubi mordicus probat legatum pium non habere privilegium, ut clausula taxativa resolvatur in demonstrativam, & respondet adamussim ad omnia contrarium adducta pro tutamine antesignantæ opinionis

pinionis, quæ tamen ex allegationibus partis hausit, ut patet ex illarum serie hic infra reposita.

## JURIUM ALLEGATIONES.

**L**egatum factum à quondam V. I. D. Petro Aloysio Borano ducatorum quingentorum ei debitorum de Illio de Spatafora cum aliis duc. 500. similiter debitis à Josepho Serra in beneficium Reverendorum Patrum Jesuitarum ad construendam campanam in eorum templo domus Professæ non demonstrationis, sed taxationis causâ fuisse factum, satis demonstrant verba ipsa legati videlicet (*voglio che delli denari che si ricupereranno dalli detti Spatafora, & dalli loro effetti si paghino ducati 500. per l'infra scritto effetto.*)

Ex quo sequitur, quod si exigi illi non possint inopia debitorum cedet hoc damno legatario non autem hæredis. Et id quidem ex doctrina quam tradunt communiter Doctores in l. quidam testamento 96. ff. de leg. 2. & alibi nempe quod quando corpus nomen debitoris, vel fundus, à quo exigenda est pecunia, eadem percipiendi sunt fructus legati ponitur in eadem oratione tunc designatio illa corporis limitet, ac restringat legatum infra limites corporis designati, ita ut si corpus defecerit legatum quoque deficiat, utpote quia unica illa verborum comprehendens parsformiter, & legatum, & designationem corporis voluerit in utraque inseparabiliter consistere substantiam legati, quando verum legatum absque illa designatione continet in se orationem perfectam si postea in executione adjiciatur corpus, à quo sit præstandum, vel per relationem, vel per æquipollens dicitur tunc factum causâ demonstrationis, & consequenter extincto vel aliâ deficiente corpore demonstrato debeatur adhuc legatum ex aliis bonis hæreditariis eâ scilicet ratione, quæ ex prædictis eligitur ob appposito quia substantia legati circumscriptur illâ oratione perfecta, quæ adhuc perfectionem non indiget verbis sequentibus apposis potius ad faciliorem legati executionem, ita ex Bart. in l. inter stipulantes 83. §. sacram numer. 6. ff. de verb. oblig. in l. Lucius sub numer. 3. ff. de aliment. & cibari. legat. Paul. Castr. consil. 338. quæ exceptiones, numer. 3. lib. 1. Dec. consil. 183. & consil. 328. numer. 1. Felyn. in cap. super literis de rescriptis. numer. 4. ubi citat alios Jo. de Amic. conf. 46. numer. 12. Surd. de aliment. tit. 4. quos 26. à numer. 5. Rot. Rom. satis clare, & latè probans distinctionem hanc decis. 11. in vit. de test. in antiquis, & latius Stephan. Gradian. discept. for. tom. 2. c. 256. & tom. 5. c. 988. & ex nostris Neapod. in consuetu. line si qua mulier in verb. de bonis numer. 24. Rogidem Præs. de Curd. in divers. seu par. 1. pag. 26. sub numer. 39. ubi sup. numer. 40. testatur adductis exemplis hanc esse communem, Lanar. consil. 54. numer. 3. Franch. decis. 721.

In casu nostro ne dum comprehenduntur unita oratione & unica verborum serie, & legatum, & corpus, quod est nomen creditoris, à quo præstandum, sed etiam prima verba dispositionis sumunt initium à nomine illo debitoris, & sic à corpore; unde verò Testator disponit legando, Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

& sic absque dubio taxatum quod prædicti Doctores considerant.

Hoc idem probatur considerando illa verba (che si ricuperanno) quibus apparet testatorem tum simpliciter legasse duc. 500. sed sub conditione si exigerentur cum verbo illud futuri temporis tanquam appositum dispositioni importet conditionem Bart. in l. 1. n. 35. ff. de condit. & demonstr. Butr. cons. 106 sub. n. 2. quod & aliis probat Rot. Rom. d. dec. 11. n. 6. de testam. in antiquis Grat. d. tom. 5. c. 916. n. 3. quousque igitur non sit purificata conditio nullum potest fortiri effectum dispositio tanquam suspensa ad conditionem eventum ad tradita per Bart. in d. l. 1. in princ. de condit. & demonstr. & quasi fuerit ad computum ex defectu conditionis legatum; quod fuerat sub conditione relictum ad leg. aliquando 107. eodem vit. non enim dicitur creditore pendente conditione is cui sub conditione legatum est, l. is cui 42. ff. de act. & oblig. ex quibus in nostris eisdem terminis Joan. de Amic. d. conf. 46. n. 12. 9. in fin. probat legatum factum per similia verba futuri temporis esse taxativum stante conditione apposta in illo, ita ut; si deficiat conditio non debeatur legatum, quod bene probat Capell. Tbolos. decis. 415.

Hæc cum ita sint audio non controverti prout vere controverti non possunt à Rever. Patribus, sed contendere solum hoc privilegio particulari causæ prælegatum hoc quam vis taxativè factum censerit ac si factum fuisse demonstrativè, in quo quidem sufficeret nobis adhærere Regulæ quousque allegans exceptionem illam probat ad l. omnis definitio de regulis juris tanquam fundamentum suæ intentionis ad l. 1. ff. de prob. & l. cum actum, ff. de negot. gest. l. si in rem in fin. ff. de re vendicat. Mascard. de prob. quæst. 36. Tamen quæ clare jure utimur assumimus onus probandi in hoc actoribus jus non esse quod quidem fieri posse à reo absque læsione sui juris vult Glos. fin. in l. circa ubi Bart. ff. de probat. de quo latè Mascard. d. q. 36. n. 37. præsertim ubi hac negativa non habet ad mixtum, quod affirmativum prout idem Mascard. q. 17. n. 2. ad 6. Assumimus inquam onus probandi nullum in hoc dari causæ piæ privilegium.

Habemus in casu nostro determinatam, & apertam Testatoris voluntatem, à quo nobis recedere non licet l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesiis, §. disponat. in auct. de nuptiis 4. & cum sit, pro lege servanda non licet judici ipsa, sed secundum ipsam judicare, ut D. August. de leg. loquens c. in istis distinct. 1. totum enim facit voluntas defuncti l. ex facto 35. post med. in vers. verum autem, ff. de hered. instituen. illa præcipue spectanda d. l. de test. pro ratione servanda, & multa alia ad hoc cumulat Mantica. de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 4. n. 2. & sequent. & Simon. de Pretis de interpret. ultim. volun. lib. 2. interpret. 4. dub. 2. fol. 2. à n. 92. Si igitur Legatarius, qui nicitur testamento vellet consequi legatum contra testamentum esset omnino repellendus tanquam allegans contraria ad l. ubi repugnantia de reg. jur. nec lucrum consequatur testamento impugnat, l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. l. alia 8. C. de his quibus, ut indign. facit & rex. in cap. quam præpostoriam 13. quæst. 16. privilegia autem

autem causæ piæ præsupponunt semper adesse voluntatem Testatoris tanquam fundamentum quo possint ædificari qualitates, & accidentia *juxta doct. glos. magna in fin. in l. si arbitrer 28 ff. de prob.* quam ad hoc commendat, & ornat *Bal. consil. 465. in princip. lib. 4. § in l. 1. sub numer. 1. C. de usucapionibus pro dote, § alii, ut per Rol. à Val. consil. 58. num. 8. lib. 3. Jason. in rub. de action. in princ. Surd. consil. 234 nu. 23. § alii, ut per Gratian. dif. cep. tom. 5. cap. 288. num. 16. cum non entis nullæ sint qualitates Cap. ad dissolvendum ubi glos. 1. de despon. impub. l. ejus, qui in provincia, ff. si cert. petat. præsupponunt inquam privilegia adesse subjectum voluntatis, & nihil aliud faciunt, quam firma remanente voluntate prædicta remittere solemnitates introductas à Jure civili, ita *Angel. in repet. l. si certi annis sub num. 20. C. de pactis, § ibi reassumit Jacobin. num. 11. § 12 hinc derivat in legatis piis, & in testamento inter liberos, quæ procedit ei pari attendi solam voluntatem, quæ tamen debet in se perfecta esse prout ex l. hac consultißima, §. imperfecto, C. de testamentis, Bart. in l. si quis cum testamen. in princ. ff. de testam. & late Tiraquell. in omnibus ferè privilegia piæ causæ & signanter in 3. § 5. concludens ubique nihil aliud necessarium ad validitatem piæ dispositionis, nisi quod constet de voluntate, si igitur illa non constet, vel appareat contra nullum super ædificari potest**

17 privilegium *cap. cum Paulus 1. qu. 3. hinc si testamentum fiat à furioso, vel ab alio, qui careat judicii intellectu non sublinebitur etiam pro causa pia Abb. in cap. 3. nu. 4. de success. ab intest. Jas. § alii in l. furiosum, C. qui testam. facere possunt* Ecclesiæ enim cultrix justitiæ, quæ cum etiam laici interdicitur occupatio ad cap. ex parte in fin. de censibus.

Voluntas nostri Testatoris apparet satis evidens ne dum ex conceptione verborum legati præsertim stante illius non vulgari doctrinâ factis nota in legati scientia in his tribunalibus ubi advocati munere fungebatur qua optimè notat vim verborum, & differentiam inter alteram, & alteram legati spectem, sed etiam quia sciebat de cottos illos de Spatafora debitoris in quorum graduatione ipse comparuerat. Quod si voluisset explicitum, & absque periculo solvi legatum integrum, non deerant in ejus patrimonio pecuniæ explicitæ, quas legare potuisset, voluit itaque designare corpus illud certum difficultis exactionis ut minus gravaret hæredem, & legaret solum eventum litis tanto magis sciebat Rever. Patres legatarios posse facilius vacare exactionem, & in terminis, quod causa pia sequatur communes aliarum dispositionum regulas, ubi taxativè fiant

18 est d. decis. 11. alias 289. Rot. Rom. in antiq. in tit. de test. incip. lego pro anniversario, ubi in legato pro anima facit differre tum inter taxationem & demonstrationem, quæ quidem fieri non debuisset si in hoc esset privilegiata causa dec. hanc citat, licet sub alio numero, nec ab ea dissentit *Felyn. super cap. super literis nu. 4. de rescript. ibidem manifeste probatur ex dicto cons. 46. Joan. de Amic. ubi facta dispositio in beneficium Ecclesiæ de quantitate annua frumenti percipiendi ex Molendino, quam vis postea dirutum esset Molendinum, & aliud constructum concludit extinctam esse annuatam*

illam præstationem ex eo quia dispositio illa fuit taxativè factacujus tamen absque dubio contrarium respondisset, si taxativa ex privilegio converteretur in demonstrativam idem colligitur ex traditis per *Franch. dec. 483. ubi similiter in legato pio fit eadem differentia, idem in dec. 721. in legato dotis, quæ pari passu ambulat.*

Præterea communis est conclusio valere arguendum ab alimentis ad causam piam, prout post alios probat *Nicol. Everard. in loco ab alim. ad piæ causas.* Sed si alimenta relinquuntur percipienda ex certo fundo gratia taxationis non debentur ex aliis bonis hæreditariis si fructus illius fundi deficient, ut tradit, *Bar. in l. lucius sub. nu. 3. ff. de alim. § cib. legat. quod probat Surd. in d. tract. de Alim. tit. 4. qu. 26. in princ. ergo nullum privilegium reliquum est, ut sati-faciamus adducti ad Rom. singul. 435. quæritur an Testator, § ab adden. ad Guid. Pap. quæst. 8. qui videntur concludere pro hoc privilegio causæ piæ, R. m. enim ibi præposita quæstione num al enato à Testatore fundo, à quo man'averat præstari fructus legatos, sint adhuc præstandi fructus ex aliis prædiis hæreditariis illam definit distinguendo inter legatum demonstrativè vel taxativè factum, ut præstandi sint in primo, non autem in secundo subdit ibi *Rom. hoc procedere in legatis non piis, non in eis etiam unica oratione factis nunquam extinguatur legatum per aliam alienationem illius rei addit rationem quia non censetur ut præcise ex illo solvatur legatum, sed ut sit, pro legato obligatus, quam doctrinam quoad hypothecam favore alimentorum sequitur Tiraq. & connumerat inter privilegia piæ causæ priv. vil. 63. § Clar. Mantie. de conjecl. ultim. volunt. lib. 12. tit. 6. nu. 25. § 26 Gratian. d. cap. 256. num. 28. § 29. tom. 2.**

Quibus quidem datur facilè responsum cum *Rom. ad probandum suum dictum adducat glos. in l. Cajus 12. ff. de ann. leg. vers. neque rem in fin. § l. Lutus 12. § in vers. ex redditu in fin. ff. de alim. leg. cib. legat. § glos. ultim. in l. ultim. §. vult. ff. de contrah. empt. qua glo. nihil aliud probat nisi quod pro legatis factis in causa alimentorum datur etiam de jure digestorum hypotheca ex privilegio. Nihil autem de taxativa, aut demonstrativa. Pro cuius dicti, & solutionis clarius dandæ Inferius faciliori intelligentia est præsupponendum esse inter Doctores controversiam; at de jure digestorum, & sic ante dispositionem l. 1. C. comm. de legat. daretur tanta hypotheca pro legatis & quidem pro affirmativa sunt *Bart. n. 2. post glos. ult. ubi in l. creditoribus ff. de separ. in l. is cui §. postquam. ff. ut in posse legat. § in l. 1. num. 53. ff. de legat. 1. § in l. Cajus, ff. de ann. legato, quæ sequuntur Ang. in l. quod legat. 38. in princ. citans pro eadem opinione id in ff. de re judic. § Bald. in limit. tamen in l. post quam C. ut in posse legat. Invol. in l. si quis servum 85. pen in fin. de legat. 2. Gugliel. de Bened. in cap. Reynut. in vers. si absque liberis moveretur lo. 2. nu. 139 in fin. § Rip. in d. l. 1. n. 64. de leg. 1. moventur per text. in l. creditoribus hoc expressa decidentem. Contraria tamen, & hid negativa opinio quod illo iure non daretur hypotheca est communis, prout de illa testatur, Rip. in dict. l. 1. de leg. 1. numer. 64. quamvis ab eo recedat, & communem etiam testatur post**

post alios, *Hieronym. Magon. dec Florent. 59. numer. 10.* qui hanc sequitur pro hac negativa stat, *Glof. in dict. §. postquam in vers. non habebitur, Salic. in d. l. 1. C. commun. delegat. sub numer. 4. vers. ex prædictis, & Paul. ibi numer. 1. in fin. Jas. in d. l. 1. de legat. num. 132. ibique Marian. Soccin. numer. 448* ubi quod opinio contra *Bart.* est ipsa veritas prout veritas controverti non potest dum habemus claram dispositionem *d. l. 1. comm. de legat. ubi Justin.* expressè introducit hanc hypothecam pro legatis, & pro fideicommissis ergò non introducto prius aliàs fuisset supervacua dispositio contra *tex. in d. l. 1. confit. Cod. ad tex. autem d. l. creditoribus* duæ offeruntur solutiones; altera est quod loquatur ex intentione novi juris ex facto compilatorum digestorum, quæ compilatio fuit facta post expletum *Codicem Justiniani*, & sic post *d. l. 1. C. comm. de legat.* prout videmus observatum in dispositione in *d. l. de legib.* incertè ab eisdem compilatoribus qui servaverunt idem in aliis legibus prout late probat adductis exemplis idem *Morian. Socc. ibi à numer. 129. ad 136.* Altera verò quod loquatur in pignore prætorio quod fit per missionem in possessione bonorum hæreditariorum ad *tex. in l. possessionem, ff. in quibus causis in poss. eat.* ubi sunt clariores *tex.* loquentes delegato in *l. ff. fil. fam. 11. & l. sequent. eodem r. possit etiam in d. l. creditoribus* procedere in cautione conventionali mortuo debitore eodemque testatore ad eventum conditionis appositæ in credito, vel in legato in qua sine dubio adveniente conditione legatarii admittentur in eo quod super erat dimissis creditoribus, tanquam anterioribus, si-ve etiam potioribus cum sint creditores defuncti, nec cutandum de inductione quam facit *Rip. loc. cit. volens Just. in d. l. 1. C. comm. delegat.* nihil aliud fecitè quàm dare hypothecam fideicommissis non autem legatis, quæ non indigebant hypotheca tanquam inducta jure veteri, nam totus ille contextus loquitur tam delegatis, quàm fideicommissis, ut *inito illius l. & in §. ne redius igitur* & hoc sit nova dispositio quoad utriusque nullum majus.

Testimonium quam ipsiusmet *Justiniani* hoc expressè testantis in *§. sed olim vers. nostra autem constitutio insit. de legat.* præterea dum *Justinian. in d. l. 1.* assignat rationem, qua motus fuit ad inducendam tacitam hypothecam arguit ab exemplo hypothecæ expressæ, quam possunt dare Testatores in eorum testamentis, & ab exemplo aliorum casuum, in quibus erat introducta tacita hypotheca in *novellis constitutionibus.* Si verè præcessisset, tacita in legatis habuisset *Imperat.* promptum exemplum ante oculos, à quo potuisset dicere argumentum non divertendo ad extranea dixisset, quod sicut datur pro legatis congruum, est induci, & dari etiam pro fideicommissis, præsertim, cum hæc esset sua materia in illo titulo nempe exequare legata fideicommissis.

23 His ita positis, & exclusa tacita hypotheca de jure digestorum in legatis, vel saltem attenda apud *Gloss.* quæ ita sensit, cum hinc agamus de ejus intellectu, etiam probet illud, ad quod allegatur à *Rom.* quærit *glof. in dict. l. Cajus, ff. de ann. legatis in vers. neque in rem an pro annuo legato ex prædiis dicuntur obligata Jo. Mar. Novarii Traët. de Priv. Tom. II.*

*prædia* & concludit negativè, subdit *glof.* limitationem dicendo, quod fortè erunt obligata pro alimentis idem claris, & absque ulla dubitatione firmat *glof. in d. l. Lutus 12. de aliment. legat. in glof. penultim. in fin.* concludens, quòd sit obligata favore alimentorum sic intelligendo *tex. in l. 2. ejusdem tituli* non igitur hæc *glof.* probant intentionem *Rom.* aliud enim est dicere, quod legatum favorabile taxativè factum habeat privilegium demonstrationis, aliud verò, quòd pro ejusmodi legato detur à Jure ex privilegio hypotheca, immò retorquentur illæ *glof.* contra *Rom.* cujus opinio clarius conjungitur ex alia *Gloss. in l. hæcenus in verb. ab ea, ff. de usufr.* ubi cum *text.* loquatur de oneribus agnoscendis à legatario usufructus, inter quæ enumerat alimenta, pura ab eo relicta, facit *glof.* differens, an fuerunt relicta ex illo fundo causa demonstrandi, an verò ut tantum inde solvatur citat *tex. in d. l. quidam teste, & l. Paulo Callimacho,* sentit igitur *glof.* nullum in hoc esse privilegium alimentis. Nec mirum si in *d. l. Lutus ubi glof. ult. & pen.* hoc tradit si deficiant fructus ex prædio designato suppletur ex aliis prædiis hæreditariis, nam in *illo tex.* legatum est factum gratiâ demonstrationis non autem taxationis, prout notat ibi *Bart. n. 3. & satis apparet ex initio text. in illis verbis alimenta superscripta percipiant,* quæ de notant prius fuisse relicta alimenta, & postea in alia oratione demonstratos fundos. Et quod secus dicendum si taxativè factum fuisset, est etiam *text. in l. cum certum, ff. de vin. tritic. & oleo legat.* Non tamen prætermitto *Romanum* fuisse locutum solum in hypotheca, & nil aliud sensitè voluit *Sim. de Petr. de interpr. ultim. volunt. lib. 4. fol. 473. n. 18.*

Eandem nostram conclusionem satis probant tradita per *Surd. in propria materia de alimentis. 4. q. 26. in princ.* ubi in relicto alimentorum constituit eandem differentiam demonstrationis, & taxationis, nec ullum adducit privilegium, quod facile potuisset adducere, si adesset sumpt. occasione ad *dec. 8. Gui. Pap.* quam citat, & reprehendit ibi *sub numer. 5. in fin.* dum *Guid.* dispositionem factam pro causa pia taxativè habuit, ac si facta fuisset demonstrativè, non quidem ex privilegio, sed quia id ei videbantur significare verba malè intelligendo etiam *tex. d. l. Lutus,* qui ut superius dictum est loquitur clarè de demonstrativo. Eodem immò majori vitio laborat *additio terror. in dec. 8. Guid. Pap.* qui vult non admitti dictam distinctionem in alimentis, & pia causa eorum favore; nec etiam *text.* ibi per eum adducti probant hoc prout ad oculum demonstratur ex *l. 2. & 3. l. pecunia, & l. Lutus. d. tit. de alim. legat. quos ibi citat.* Ex quibus resolutum ni fallor, & fundamentum *Rom.* præteritum privilegium, & consequenter standum regulæ superius à nobis firmatæ.

Nec possunt huc adduci, prout ex adverso adducuntur quæ tradit *Tiraquell. in privoil. 38. causa pia,* volens illius favore non caducati legata, nam hic non agimus de caducitate legati; cum legatum hoc sit in suo robore, & adimplendum ex eventu litis quæ solum testator legavit, ut infra, & singulis redigatur ex nomine ob inopiam non ex hoc dici tutor non

24  
Ei 2 constare

constare legatum, sed esse sine fructu, Caducitas autem considerata à *Tiraq.* est in alio prout ex *Doctores* ab eo allegatis nam *Barr. in l. pater filium* 38. §. *Tusculanus de legat.* 3. corrupte tibi à *Tiraq.* citatus quærit non in casu quo deficiat pecunia legata, sed in casu quo dissolvatur collegium cui solvenda erat vel fodescit corpus, vel opus in quo expendenda erat tunc dicit caducari, & quærit an sit applicanda hæredi pecunia, vel convertenda in alium usum, & tunc demum dicit convertendum si legatum sit pium sequitur in eisdem terminis *Castr. in l. I. §. I. n. 3. C. de cad. tollend. Anchar. in Clem. 2. n. 3. de religiof. dom. Bald.* similiter ad id citatus à *Tiraq. in l. si quis ad declinandum* 37. num. 9. *de Episcop. & Cler.* facit quæstionem in spurio instituto, & gravato de restituendo, vel de retribuenda pauperibus & concludit, quod, quamvis institutio habeatur pro non scripta, & cedat hæreditas commodo venientium ab intestato sine onere tam favore piæ causæ substinebitur, & adimplebit Episcopus per *l. cum vero §. si pro non scripto ff. de fidecommissis lib. idem Barr. in l. alio n. 1. ff. de alimen. & cibar. legat. Castr. in d. l. I. n. 3. de cad. toll.*

Videamus igitur quàm licitè distet casus caducitatis consideratus à *Doctores* in quo non deficit res legata, sed persona, vel hæredis pro non scripti, vel legatarii concurrente semper, aut saltem non repugnante voluntate testatoris à casu nostro in quo deficit ipsa pecunia legata cum nomine sit non solvendo, & deficit voluntas testatoris qui ad certam summam se restringit, quod non agitur privilegium poterit considerati, ut hæres præster id, quod testator non mandavit, & præstet contra voluntatem testatoris qua repugnante legatum, etiam pium caducatur imò eo casu quo pecunia converti non potest ad usum etiam pium designatum à Testatore sic taxativè mandante non poterit ad alium usum converti, ità in terminis *Capra conf. 121. videndus quem sequitur Surd. conf. 512. n. 47. vol. 4. & Simon. de Petr. lib. interp. 3. dub. 3. n. 28. 471. faciuntque Anch. d. Cle. 2. sub nu. 2. vers. quod intellige de relig. dom. dixit Tolerabilius est enim dispositionem Testatoris reddi inutilem, quam quod valeat, seu recipiatur contra ejus voluntatem, l. verbis Civilibus ubi not. ff. de vulgar. & pup. & iniquum est immutare voluntatem defuncti cap. conquestus de foro compet. de quo latius *D. Riccius dec. 83. & habere hæreditatem contra ejus voluntatem Angel. conf. 168. ubi latè.**

46 Hæres igitur nostro Testatori cedendo Rever. Patribus Legatariis actionem, etiam debitor consequitur liberationem à legato *l. servum filii* 34. §. *eum, qui chirographum vers. sed si nomen l. si sic* 75. §. 1. in fin. *l. legatum, ità 105. de leg. 1. concordat. advertitio ab eodem Sim. de Petr. in 1. vol. Suar. interp. fol. 572. n. 42. si litigiosa sit pecunia, vel alia res legata, ad nil aliud tenetur hæres, quàm ad damna, legatario illud, quod erit consequendus si victor extiterit, si verò succubuerit nullam à legatario patitur controversiam, ità *tex. in auth. tunc si hæres C. de letif. & in corp. unde sumitur in §. 1. vers. & hoc autem in auth. ex sis. de litig. & ibi glos. in vers. consequitur* subdens ibi *tex.* rationem quoniam sciens testator rem litigiosam esse, litis even-*

tum legatario de reliquit, prout verò sciens hinc testator cum multos annos litigavit graduatus inter alios creditores dictorum de Spatafora.

## PRIVILEGIUM CLXIV.

### ARGUMENTUM.

Pactum futuræ successione Miserabilium Personarum favore valet in vim ultimæ voluntatis.

*Ad limitationem Text. in l. fin. C. de pactis.*

### SUMMARIUM.

- 1 Pactum de futura successione non valet, & num. 6. & 24.
- 2 Sed quid favore Miserabilium Personarum num. 9. & quando talis regula cesset n. 7. & 9. & vide nu. 16. & 27.
- 3 Pacta sunt servanda, & obligant etiam Principes nu. 4.
- 5 Pacta dant legem contractui.
- 8 Baro dicitur Miles Regius.
- 10 Juramentum an confirmet pactum de futura successione, & nu. 11. & vide n. 13.
- 12 Juramentum ubi observari potest sine interitu animæ servandum est.
- 14 Aliud est pactum de hæreditate viventis, & aliud pactum de non succedendo.
- 15 Legitima de jure debetur.
- 17 Pactum ratione incertitudinis valet æqualitate.
- 18 Albaranum metu gestum nullum procedit effectum.
- 19 Metus non præsumitur, & qualiter debeat esse & nu. 20.
- 21 Præemptoria in loco qualiter metum excludat.
- 22 Reditus Ecclesiastici filii familias peculium castrensè reputatur.
- 23 Transactiones inter fratres revocari non debent.
- 25 Transactioni non est contraveniendum.
- 26 Renunciations factæ à filiabus tempore matrimonii de jure subsistunt.
- 28 Circum specti Judicis est justitiam causam tueri, nec apices juris attendere.
- 29 Habens potestatem procedendi de facto, uti Deus judicare potest.
- 30 Judex circuitus evitare tenetur.
- 31 Masculus præfertur femina.

Regula est satis nota pactum de futura successione minimè valere *l. fin. C. de pactis* cum latius adductis in hac materia per *Cacher. dec. 100. Thef. decis. 225. Illustriss. Episc. Ricc. collect. dec. 1043. fusè Pascal. de patr. potest. par. 3. c. 7. Molfes. in Consuet. Neap. tit. de Renunciat. q. 9. tom. 1. Thor. in compend. dec. Regni in verbo pactum factum inter conjuges tom. 2. duas allegationes partium sibi contrarias ad amiffim reportans, in quibus latè materia est exantlata.*

Tamen



2 Tamen Miserabilium personarum favore pactum futuræ successione valebit in vim ultimæ voluntatis, ut favore Ecclesiæ concludit *Genues.* in suis practicabilibus q. 185 & favore piæ causæ autumant *Bal.* in d. l. fin. col. pen. C. de pact. *Alex. conf.* 152. lib. 6. *Felyn.* in cap. in præsentia de prob. q. 4. *Barbat. conf.* 42. lib. 1. *Gabriel. conf.* 137. n. 13. lib. 1. ubi de magis communi *Soc. Jun. conf.* 44. nu. 45. lib. 2. & alii quos recollegit *Tiraquell.* de pia causa privil. 105. ubi contrarium tenentes quoque reportat, ut etiam habes noviter apud *Thomas de ult. vol. tract.* 10. tit. 2. cap. 108.

Sed quia hac in materia ex facti contingencia mihi, ut consulerem proposita, nonnulla exaravi, (currenti licet calamo) placuit hac occasione tales allegationes hic imprimi facere, quæ sunt sequentis tenoris videlicet.

## JURIUM ALLEGATIONES.

Albaranum initium inter Illustrissimos fratres de Concubletta juramento vallatum super hæreditate quondam communis eorum patris esse servandum ad favorem Don Caroli de Concubletta unius ex contrahentibus, & Illustrissimum Marchionem de Arena fratrem cum quo Albaranum factum est, non posse recalcare suadet *text. in l. 1. §. si convenias ff. de pign. ubi pacta conventa regulariter sunt servanda ut etiam cavet l. jurisgentium §. prætor ait ff. eod. tit. cap. 1. de pact. Navizan. inter consilia Bruni conf.* 12. numer. 23. ubi quod illa verba pacta conventa servando procedunt ab ore Dei, ideo etiam Deus ligatur pacto & Diabolus, & Princeps, & quod nulla major justitia est, quam pacta servare *Flos. conf.* 11. in princ. ubi quod pacta ne dum obligat privatos, sed etiam Papam, & Imperatorem *Morom. de tregua. & pace quest.* 17. numer. 2. ubi quod juris, & naturæ, & secundum dictamen rationis est, ut pacta serventur *Gaballin. de evictio-nibus §. 3. numer.* 157. ubi quod servari debent pacta si sine peccato servari possunt *Conset. de juram. & ejus privil. §. quanto undecimo numero* 76. ubi quod peccato gravi subiacet, qui pacta conventa non servat *Cart. Jun. conf.* 40. numer. 2. ubi quod dicta adungem servari debent *Natt. conf.* 384. numer. 11. & 19. quod pacta ad unguem servari debent & in materia feudali *Roland. à Valle conf.* 100. numer. 20. & seq. lib. 3. ubi quod nulla major justitia est, quam illa, quæ ex pacto oritur, quia obligat secundum jus commune etiam apud Deum exor-nant *Sard. conf.* 183. numer. 1. ubi quod æquitati nihil magis convenit, quam pacta servare *Card. Tusc. concl.* 3. & 4. lit. P. *Pereira. de revoc. emphiteus. q.* 11. numer. 3. ubi numer. 19. subdi, quod pacta dant legem contractui *Antonin. var. resolut. lib. 2. resolut.* 53. ubi quod pacta rumpunt legem l. legem C. de pactis.

6 Et quamvis pro parte Marchionis prætendatur infringi præfatum albaranum quasi continere videatur pactum de futura successione, quod de jure improbatur vulgat l. fin. Cod. de pact. uti liberam libertatem facultatem auferens, & ut votum captandæ mortis removeretur, cum improbus appelletur qui de viventis hæreditate est sollicitus l. 2. §. interdum ff. de Jo. Mar, Novarij Tract. de Fidei, Tom. II.

vulgari, & pupill. substit. l. ita tamen §. à patre ff. ad Trebell. & uti tendens contra bonos mores juxta latissimè tradita per *Tiraquell. de jur. primogenitur. quest.* 6. à numer. 16. cum seq. *Grass. in §. successio ab intestato quest.* 6. *Cancer. variar. resolut. cap. 7. de pact. à numer.* 139. cum seq. *Hartman. Pictor. lib. 2. observ. forens. tit. de pact. cap. 3.*

Tamen secluso quod istud Albaranum non respiciat pactum futuræ successione, sed quod imò sit quædam renunciatio, cum nedum illud respiciat prætendentis super hæreditate quondam Marchionis Patris, sed etiam super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & signanter Abbatiz de Capistrano ejusdem D. Caroli beneficiati exactorum à dicto Marchione fratre, super quibus conjunctim factum Albaranum, ut illo legitur, & proinde in istis confunditur Albaranum ipsum, & idem censetur contractus ex dictis per *Guid. Pap. decis.* 145. & *Gram. dec.* 103. & à num. 158.

Adhuc allegata Regula d. l. fin. super qua jura sua fundat Marchio prædicti recipientis limitationes vigentes ad favorem supradicti D. Caroli.

Prima est quia agitur de pacto inter filios inter quos rectè procedit, & sustinetur *Valasc. de partit. bonorum c.* 16. numer. 52. *Angelis in l. fin. C. de pact. numer.* 4. & pactum reciprocum de succedendo alius prohibuit inter fratres ratione conservandæ Agnationis valere probant *Clay. in §. donatio quest.* 2. vers. sed pone *Boer. decis.* 355. numer. 5. *Singlois decis.* 24. quest. 11. numer. 14. & quando pactum hujusmodi est factum à milite, ut probant *Bursat. conf.* 136. numer. 25. & seq. & post cæteros *Genues. in practicabilibus Eccles. quest.* 185. ubi & quod pactum futuræ successione à milite factum valet in vim ultimæ voluntatis ex *Bald. in d. l. fin. Alex. in l. pactum quod do tale de collat. & conf.* 152. numer. 3. vol. 6. *Franch. in c. 2. de pact. in 6. Jaf. in dict. l. licet. C. de pact. quorum militum appellatione venit Marchio ipse uti Baro, qui dicitur Miles Regius, ut in Constitut. Regni ut universis, & in terminis nostris fundarunt *Zafus conf.* 151. vol. 2. *Mennoch. conf.* 1. numer. 27. & seq. ubi quod hoc privilegium extenditur etiam ad Principes, Duces, & Marchiones, quos sub appellatione militum contineri asserunt.*

Et Alcia determinat 81. probat, & decisum testatur tale pactum inter Nobiles juramento firmari, quod antea probaverat *Aufrer. dec.* 452. *Linglois. dec.* 24. quest. 11. numer. 13. & *Gail. ob'er* 127. lib. 2. dicit cessare regulam, ubi pactum de succedendo esset inter Illustres personas refert *D. Ricc. collectan. dec.* 101. & factis patet hujusmodi Dominos fratres esse Illustrissimos & Nobilissimos.

Tertia est, quoties pactum fuisse factum inter fratres super modo succedendi, quia illud magis quandam formam successione respicit, quam votum captandæ mortis, & bonos mores quo in casu valere pactum probarunt *Go-rad. conf.* 87. *Alban. conf.* 457. lib. 3. quos refert, & sequitur *Additio ad Theaur. decis.* 215. quæ quidem forma videtur ineite in hoc Albarano facta per istos Dominos, & proinde claudicat allegata Regula pro parte Marchionis.

Quarta, quia in dicto Albarano, in quo pa-

etum inest intervenit juramentum, quo in casu illud non improbat, ut ex dispositione tex. in c. *quamvis pactum de pactis in 6* probant Bal. in c. 1. §. *moribus si de feud defunct.* Milit. fuerit controvers. *Surd. conf. 355.* ubi latè *Avend. responf. 27.* Gomez. in l. 22. *Tauri numer. 6.* cum seq. *Brunor à Sole in compend resol. in verb. Juramentum. Castrens. conf. 41. lib. 2.* *Guid. Pap. conf. 41.* Bilot. qui alios citat in tract. *de absolut. à Juramen. cap. 13. numer. 10.* & ita Judicatum in *Senat. Parisien. tradit Joan. Taben. in d. l. fin. C. de pact. Et Papon. lib. 10. tit. 2. arref. 1. per text. in l. si tibi rem ff. de rescriptis Auftrer. ad Capell. Tolosan. decif. 453. Et 454.* ubi per multa arrefa parlamentum judicatum refert *Faber. decif. 6. de pact.* ubi similiter ita testatur *decifun.*, & alias in Camera Imperiali sic judicatum testatur *Mifinger. observ. 33. centur. 2.* & sic pronunciatum tradit *Gu. Pap. decif. 226.* *Tiraquell. de primogenitur. quæst. 7. numer. 7.* *Valasc. de partit. bonorum d. cap. 16. numer. 3.* ubi plures cumulat, & pro indubitato id habet, & hanc opinionem de jure veriorum; & magis tutam favore animæ autumat *Seraph. in tract. de privil. Juram. privileg. 20. numer. 28. Et seq. Menoch. conf. 689. numer. 7. Et conf. 3335. in fin.* ubi quod renunciatio facta de hæreditate patris viventis ob vim juramenti, non potest, nec debet rescindi.

11 Et quamvis non desint contrarium tenentes, ut latè apud *Cacher. dec. 100. Thef. dif. dec. 22.* *Fach. controversiar. jur. lib. 8. c. 72.* *Christ. dec. Curia Belg. decif. 133. tom. 1.* qui pariter antesignanæ opinionis sectatores adducunt.

12 Attamen opinio pro Juramento recipit incrementum, quia quotiescunque illud servari potest sine interitu salutis æternæ, servari debet, *Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 32. num. 1.* quamvis in jurando sit commissum peccatum, non enim debet aliud peccatum committi, nempe perjurium, non servando juramentum, ut communiter notant omnes ex text. in c. *non contingat de jur. jur. Et c. quamvis de pactis in 6.* & post cæteros *Rot. apud Farin. dec. 777. numer. 4.* & sic respectu aliorum contractuum fieri prohibitorum probat post cæteros *Azor instit. moral. p. 3. lib. 6. tit. de donat. cap. 5. cum seq.*

13 Quinimo *Molfes. ad consuet. Nea. tit. de renunciat. quæst. 9.* licet ex fasciculo Doctorum quos secum vehit contradictum pactum etiam juramento vallatum scribat tamen numer. 23. non potuit effugere quin confiteretur taliter pacifcentem esse perjurum & requiri absolutio- nem à præfrito juramento, quod etiam authumare videtur apertè *Thefaur. cit. dec. 225. sub numer. 6. vers. quasi addo Vivium dec. 507. sub num. 8. vers. nec d'fonat.*

Igitur dum in casu de quo disceptatur non constat de absoluteione præfati Marchionis, remanet juramentum validum etiam juxta opinionem illorum DD. tenentium non valere pactum cum juramento, quia debebas præfentari absoluteione juramenti, qua non existente Marchio ipse uti perjurus venit condemnandus ad observantiam Albarani, nec ab illo recedere valet.

Uterius considerandum est D. Carolum per pactum convenisse de non petendo succedendi in futurum super bonis paternis, & talem specie transulisse in Marchionem fratrem, & ta-

men nemo prohibetur à se abdicare per pactum de non petendo omnem specie succedendi in futurum super bonis alterius, ac talem spem subsequenter in alterum transferre; dummodo hoc faciat per pactum l. 1. C. de pact. ubi Bar. Et alii de quibus *Dec. numer. 26. Roland. de Lucr. dot. quæst. 39. Surd. conf. 267. numer. 21. Et conf. 398. numer. 25. Anna conf. 45. à numer. 28. Molfes. de renunciat. quæst. 6. numer. 31. Caroc. decif. 62. numer. 25. Brun. de cession. bonor. q. 21.*

Et quidem hæreditas quando non est in statu adeundi, non possit renunciari l. 1. si qui hæres 13. C. de acquir. hæred. & si renunciatur, nil actum intelligitur, adeo ut renunciatio non obstante succedere possit, *Imol. in l. si potest C. de acquir. hæred. cum aliis per Surd. citat. d. conf. 398. numer. 12.* eâ ratione, quia incertum est an hæreditas devolvatur, ac ideo neque animo adiri possit, ut ait *Oldrad. conf. 132. Dec. conf. 71. numer. 4.* *Sola ad consuet. Sabaud. tit. de alienat. bonor. minor. glos. 2. numer. 13. Aretin. consil. 91. Et 162. Molfes. ad consuet. Neapolit. tit. de renunciat. q. 6. num. 32.* ubi alios addit.

Attamen hæc est virtus pacti, ut obliget in futurum renunciantem ad acquirendum ad favorem ejus, qui renunciavit, delata, quod erit hæreditas, non qua conditione censetur renunciatio facta, ut ait *Bald. conf. 433. Surd. conf. 332. numer. 5. Paris. conf. 96. numer. 631. vol. 3. Molfes. ubi supra numer. 38. Morot. conf. 7. Gratian. discept. 692. numer. 5.* ubi quod si cum effectu hæreditas devolvatur statim censetur adita, & cessa, & donatariis acquisita, *Capyc. decif. 159. Surd. dec. 14.*

Idque maxime, quia pactum de quo agitur est generale de successione omnibus nempe paterna, averna, & Zierna, & cæterorum, quo in casu propter incertitudinem sustinetur, nec potest dari votum captandæ mortis, alicujus in specie, & sic cessat præsumptio posita in d. l. fin. ut ibi explicat *Salyc. num. 10. Capyc. ubi supra num. 26. Laderch. conf. 133. n. 6.*

Et ratio est, quia hæreditas incerti hominis potest in pactum reduci *glos. in d. l. fin. verb. pacisci*, quam probant *Barf. Cagnol. Et Alberic.* cum aliis per *Craff. in §. successio ab intestato. qu. 9. num. 16. Anna conf. 45. nu. 33. lib. 1.*

Nec obstat expressio paternorum facta in tali pacto siquidem renunciatio generalis per enumerationem specierum, non desinit esse generalis, ut dicit *Gratian. d. discept. 692. nu. 50.* qui allegat *Decian. consil. 44. nu. 97. Rot. divers. dec. 369. nu. 17. par. 1.* quoniam genus per speciem non alteratur.

Præterea reminiscendum est, & adverti debet, ex doctrina *Jaf. in d. l. fin.* aliud esse pactum de hæreditate viventis, & aliud pactum de non succedendo prout aliud est pactum, quod fit inter privatos de hæreditate de alterius, quod fit inter privatos de hæreditate de alterius viventis, aliud quod fit cum eo de cujus hæreditate agitur, ut per *Thefaur. citat. dec. 225. nu. 6.* ubi additio notavit pactum, quod fit de hæreditate viventis non valere, nisi accedente consensu valere potest, ut ibi dicitur; sed pactum de non succedendo, quod non affirmativum, sed negativum est, licet propter quandam convenientiam dicatur à jure im- probatum quia non videtur bonum inficio illo, cujus

cujus est hæreditas de illius bonis agere, & super eis pacisci, tamen non est adeo odiosum, quin juramento confirmari possit, quia juramentum ligat paciscentes, ita ut observent tempore delatæ hæreditatis, quod juramento promiserunt, prout in eo pacto negativo DD. communiter admittunt; fusc tutatur *Seraph. in tr. de privil. juram. c. 21. inde The Saur. for. q. 98. lib. 1. supra dictis in hærendo sub. n. 5. in hæc prorupit verba* (Renunciatio, quæ sit de hæred. quærenda per filios uti de re certa, quoad legitimam, quæ de jure naturæ debetur, licet non sit certa quantitas, cum non sit pactum de non succedendo, negativum juramentum subsistet per *tex. in cap. quamvis qui tex. loquitur de isto pacto, quem ad modum de pacto loquitur tex. in d. l. fin. C. de pact. Et in l. pactum quod dotali, C. de collat. etiam de pacto negativo loquitur Imperator in d. l. pactum, quod dotale.*

Ideo autem illud pactum de non succedendo cum juramento subsistet, quia illo non obstante non aufertur libera dispositio, quin possit consentiens renunciacioni libere testari, & etiam ipsum, renunciantem instituire, vel aliquid testamento relinquere, juramentum enim operatur quo ad eos contentientem, qui non obstante juramento possit contra proprium pactum super propria hæreditate factum venire, & amplè traditur in *d. dec. 225 & adhoc tendit illa perseverantia à lege requisita, ne privato libertatis testandi inducatur.*

Sed in eo inter ista est diversitas, quæ tangit casum nostrum, quia pactum factum super hæreditate viventis, de quo in *d. l. fin.* quatenus tangit personam illius de cujus hæreditate, seu bonis agitur semper est revocabile, nam per juramentum non potest adstringi libertas testandi, & quælibet dispositio sufficeret ad inducendam revocationem, ut plenè per *Viv. in dec. 507. & ob id tradi solet, testamentum etiam juratum revocari posse, ne ligetur voluntas, quæ religioni hoc in casu præponderat.* Sed pactum de non succedendo quatenus concernit personam illius ad cujus favorem facta renunciatio fuit, non autem illud cujus est hæreditas, est irrevocabile, & non attenditur revocatio consensus Domini, is enim bonorum potest, & revocare consensum quoad se, & de bonis disponere, sed non facit per istam revocationem quin illa portio bonorum, quæ spectat filio jure naturæ cui non renunciavit quoad se, & quoad patrem (prout favore parentum dotatæ filie, vel emancipati filii facere solent) sed tantum ad commodum fratrum perveniat tempore mortis patris (quo casu purificatur tacite conditio, quæ renunciacioni in est si hæreditas deferatur. *Bald. con. fil. 2. 7. lib. 1. DD. in d. l. fin. Castr. Et alii in l. qui superstitis, ff. de acquir. hered. Capbal. conf. 650. n. 7. Et 8.)* ad eum cui facta hæreditatis, seu portionis renunciatio est, & quin juramentum, quod potest servari sine interitu salutis æternæ, & sine scandalo observetur, etiam quod de hæreditate futura factum fuerit, cum de legitima sit; & de re certa factum, est enim debitum legitimæ considerabile, & spes probabilis, & certa, & approbata, tam à jure naturali, quam à positivo *l. scripto, ff. unde lib. l. cum ratio, ff.*

*de bonis damnat. & propterea dicitur quasi debita in vita patris.*

Insuper, suadet supra dicta omnia ratio, & æquitas. nam si Marchio Pater reliquisset majorem quantitatem dicto D. Carolo, quam triginta quinque millium ducatorum, de quibus in conventionione, & Albarano non, ipse D. Carolus amisisset supra plus, ergo ratione incertitudinis, quamvis portio deinde relicta ipsi D. Carolo non ascendat ad tantam quantitatem debet valere pactum ex æquitate, & æqualitate servanda ad *tex. in l. cum la 2. C. de usur. Et Gl. in l. si eam pactionem in fin. C. 17 eod. ubi quod pactum ratione incertitudinis valet æqualitate.*

Nec obstat prætensio ejusdem Marchionis asserentis dictum albaranum gestum fuisse, & proinde nullum sortiri effectum uti nulliter gestum ad *tex. in l. nihil consensui, ff. de reg. jur. & per Cacher. dec. 179. n. 11. Surd. conf. 513. nu. 26. Menoch. consil. 2. nu. 170. Suarez receptar. sentent. in verb. metus n. 154.*

Siquidem metus iste non probatur, & casu quo probaretur, debet esse talis, qui eum induxit ad conficiendum tale Albaranum *Bart. in l. 1. §. quæ oneranda, ff. quar. rer. actionum detur Cagnol. in l. in omnibus n. 5 de reg. jur. Alex. in l. interpositus n. 5. ubi Curt. Jun. Aretin. C. de transact. Alciat. c. cum contingit n. 1. de jur. jurand. Natt. conf. 589. nu. 11 cum seq. Boer. decif. 100. nu. 11. 12. Capyc. decif. 159. n. 33.*

Nec non illatus propriè, & in specie ad hunc actum, & sic, ut tale Albaranum conficeret *Afflic. dec. 246. Viv. d. decif. 507. n. 19.*

Et in casu, de quo agitur minimè potest præsumi, dum Marchio sit primogenitus, & in Marchionatus dignitate constitutus, & Albaranum fuerit confectum in Terræ Arena, in qua ipse Marchio erat utilis Dominus, & habebat majorem jurisdictionem, & supereminentiam, quam dictus Carolus, quæ omnia, & singula metus præsumptionem excludere non est, qui dubitare valeat ad *tex. in l. non est verisimile, ff. quod met. caus. Rolant. consil. 83. num. 38 vol. 2. Viv. cit. decif. 507. sub numer. 16 Et numero. 17. ubi alia cumulat.*

Quare omissis aliis, quæ philosophari possent, nisi certum tempus aliarum horarum mihi concessum prohiberet, utique ex his resulget justitia præfati D. Caroli, ad cujus favorem pronuntianlum spero.

*Jo. Maria Novarius I. C. Lucanus*

Cæterum; quia post peractas has allegationes; pervenerunt ad manus aliæ æditæ in eadem facti contingencia placuit illas quoque hic imprimi facere, & sunt ut infra.

*Alia Allegationes in eadem facta specie.*

**D**UM in humanis esset quondam Scipio Concubletta Marchio Arenæ ejus filii D. Franciscus primogenitus, & D. Carolus duobus annis præteritis devenerunt ad conventionem, ut in futurum se conservarent in fraterna concordia, ac nulla inter eos oriretur differentia super Patrimonio bonorum Paternorum, Maternorum, & vita militia, quam super feudalibus possit prætere D. Carolus, ac super fructibus Beneficii Ecclesiastici perceptis ab eorum Patre, se convenerunt, & D. Carolus,

rolus, ut omnes prætenſiones, ſucceſſiones renunciâſſet. D. Franciſco prout renunciavit, & in recompenſam D. Franciſcus promiſit ſolvere D. Carolo ſtatim quod erit effectus Marchio Arenæ ducatus 35. milia de ſuo declarando, quod ſi Pater dicto D. Carolo legâſſet majorem quantitatem in teſtamento, eam petere non poſſet, & ſimiliter ſi inſtitueretur in minori ſumma, D. Franciſcus ſervare debeat conventionem de conſignando D. Carolo dictos ducat. 35. millia.

Quæ omnia conſtant ex Albarano ab eis ſubſcripto, & cum Juramento vallato teſtibus oportunitis quod non inſiciatur, demum menſibus præteritis ab hac vita migravit, dictus eorum Pater, qui, condito teſtamento fecit hæredem univerſalem D. Franciſcum primogenitum, & D. Carolo reliquit ducatos 25. milia, ita quod plus petere non poſſet ex quavi cauſa, & ſi non erit contentus reliquit, & legitimam, & vitam militiam de jure debitam ad ſui electionem.

Morte ſequuta D. Carolus Urbanè petiit à D. Franciſco fratre dictos ducatos 35. millia ſervata forma ſupradictæ conventionis, cui non intendit Dom. Franciſcus ſtare, reſpondens velle obſervare id, quod Pater diſpoſuit, & dare ipſi D. Carolo legatum ducat. 25. millia præſtendendo albaranum eſſe nullum, quia conventio fuit facta ſupra futura ſucceſſione Patris viventis, quæ à jure eſt improbatã cum pacto de ſuccedendo in totum, vel in partem ſit contra bonos mores, quia inducit votum captandæ mortis *l. fin. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* & eſt communis DD. opinio, & propterea orta hac controverſia prædicti fratres fecerunt compromiſſum in perſonam Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Biſiniani eorum conjuncti, ut procedat de jure, & de factis ſummarie ad definiendam hanc litem cum omnimoda poteſtate à partibus arbitrio conceſſa.

Ex parte D. Caroli, cujus juſtitiam defendimus, dicimus, quod adhærere impugnationi Albarani non eſſet damnum, ſed majorem utilitatem afferret D. Carolo præſtendere legitimam ſuper Burgenſiſis Patris, ac vitam militiam ſuper feudalibus, & petere portionem dotium quondam ſuæ Matris, ac æſtimationem fructuum ſui Beneficii Eccleſiaſtici perceptorum à Patre annis quindecim valoris annuorum ducatorum mille, in quibus paternum potuit de jure præſtendere uſum, nec uſum fructum, cum redditus Eccleſiaſtici filii familias pecuniam caſtrenſe de jure reputatur, quia milites Dei in Eccleſia dicuntur, & nil Patris quaeritur, *l. Præbiteros, C. de Episcop. & cleric.*

Quæ ſupradictæ quantitates in facto, & in jure ſubſiſtentes, & non ætæ aſcendere ad ſummam ultra 60. millia. Hæc volui ex abundantia ſignificari ad designandam juſtitiam D. Caroli, qui adhæret obſervantiæ Albarani, ob ſui punctualitatem, & decorem.

Supponens non convenite, ut ipſi non attendatur, quod fuit a fratre promiſſum, nam ſemel placita, & in ſcriptis redacta juramento firmata, inter nobiles maxime punctualiter ſunt obſervanda, pacta enim, uti lex ſunt à bono viro obſervanda verba *ſent. l. 1. ſi convenieris,*

*ff. de pact.* & præcipue tranſactiones inter fratres compoſitæ revocari non debent *l. fratris, C. de tranſact.* & veniens contra maxime exiſtente juramento infamia notatur *ſent. eſt l. ſi quis major, ibi (notetur infamia) C. de tranſact.* Imò D. Franciſcus uti perjurus non debet audiri; teſtantur ipſi enim in Albarano ſub juramento ad obſervantiam, & ſufficit apud Deum verbo jurare *Alciat. in rubr. de jur. jur. n. 35.* Præceptum enim Dei eſt hæc in re jurare ſed quando cum cauſa illud eſt ſervandum licet voce enunciatum ſit *c. non flagitetur 11. q. 1. DD. in c. porro de jur. jur. eò magis inter nobiles & magnates, nam nulla major turpitudine reputatur, quam pacto contravenire, ut Bar. in l. conventionum ff. de pact. quod ita deteſtatur, quod licet pactum de futura ſucceſſione ſit nullum tamen obſervare debent milites ſic *ſent. in l. licet inter privatos, C. de pact.* & non eſt ratio privilegii militaris, ſed quia milites tunc temporis non creabantur niſi nobiles *Bar. & alii centurio, ff. de vulg. ſubſt.* & fides nobilium debent eſſe magis in conſideratione, quam ſubtilitates juris, D. Franciſcus eſt Illuſtri ſanguine generatus, titulo Marchionis decoratus, magno officio ſcribæ rationum inſignitus, unde neceſſarium videtur ut fide conventionis, & tranſactionis obſervare debet pro ſua exiſtimatione, ut optime *Gall. obſervat. 127. lib. 2. n. 1.* & in Germania fuit factam conſtituto, ut etiam pacta futura ſucceſſioni à nobilibus ſerventur.*

Secundo principaliter deveniendo ad reſolutionem objectionis partis adverſæ, in qua facit fundamentum D. Franciſcus, licere contravenire contractui à jure reprobatõ cum conventio ſit de futura ſucceſſione Parentis, & in nulla, ut ſupracitata *l. fin.* cum mille authoritatibus, quas adducere poſſet, probatur.

Cui objectioni reſponderetur ex parte D. Caroli, quod pars adverſa, ſe fallit æquivocum factum fundando conventionem eſſe factam ſuper hæreditate viventis, & quia ſucceſſioni, negatur hoc eſſe in diſputationem de ſuccedendo Patri, vel cuiquam, cum non appareat tale factum in Albarano, ita quod poſſit adaptari votum captandæ mortis, ob quam cauſam improbatõr conventio.

Sed eſt renunciatio ſimplex bonorum Paternorum, Maternorum, ac crediti, ut ſibi debetur ex perceptione fructuum ſui beneficii, ut ſupra fuit dictum, & D. Carolus renunciavit tam juri præſenti portionis Matris deſunctæ, quam prætenſorum fructuum ad beneficium Domini Franciſci, quam etiam bonorum Paternorum ſub promiſſione ſolutionis ducat 35. millia faciendã à D. Franciſco in recompenſationem aliquam ipſius, qui renunciabat ad beneficium, illi uſus ductus fraterno amore, quia ipſe D. Carolus eſt Clericus, & D. Franciſcus uxoratus cum filiis, & pro familie conſervatione illi donavit, & ad invicem ſe quaſi taverunt, ut nulla impoſterum inter eos poſſit oriri conſoverſia.

Et ſic nomen eſt tranſactionis, & renunciatio ponendum, quibus de jure non eſt contraveniendum, quia non eſt locus penitentia *l. non minorens, C. de tranſact. l. qui Roma, & duo fratres, ff. de verbor. obligat. & juri de futuro*

futuro & incerto, quilibet renunciare, & se concordare potest *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* maxime in materia successione fideicommissi loquitur *l. i. C. de pact.* & est etiam singularis *text. in l. de fideicommissis, C. de transact.* cujus verba uti ad casum nostrum consonantia sunt (fideicommissio vicissim à Patre facta si alter sine liberis decessit, interposita transactio rata esse debet, ut fratrum concordia sit, & non potest rescindi tanquam quis circumventus) item exempla sunt in dies, quod quando à Patre, vel Fratribus maritatur mulieres aliqua parte data, vel promissa pro dote illæ renunciationem faciunt successioni Maternæ & Paternæ, & cunctis aliis pluribus legitimæ, & supplemento, quæ renunciationes de jure subsistunt, & in tribunalibus confirmantur, ex vulgato *c. quamvis de pact. in 6.* & ibi *DD.* & latè *Covarr.* ubi pactum de succedendo in totum, vel partem est reprobatum, sed transactio inter fratres super portionibus parentum, & renunciatio ad invicem non improbat, quia pactum negativum ab altero fratrum de non succedendo non inducit votum captandæ mortis, ob quam rationem improbat sic *Gutt. d. c. quamvis de pact.* nam quando ad invicem unus alteri cedit futuram hæreditatem, non dicitur pactum de futura successione, sed contractus transactionis, vel permutationis, venditionisque vicium locum tenet *Mars. de success. par. 4. quest. 25. art. 2. num. 1.*

27 Item pactum de quotativa bonorum assignanda ab altero in morte alicujus de jure subsistit quando principaliter non fit super materia successione, sed unus eorum offert pretii partem venturæ hæreditatis *Gail. observ. 126. lib. 2. tex. probat. l. qui ante, §. si vir, & uxor, ff. de donat. inter vir. & uxor.*

28 Postremò circumspècti Judicis est justitiam causæ intueri, & non apices juris inde jure potest moveri ad judicandum etiam ex extrinsecis ultra acta prospiciendo veritatem *Affid. dec. 28. Mar. conf. 34. & Osach. latè dec. 1. numer. 30.* & maxime quando à jure, vel à partibus datur potestas procedendi etiam de facto sola veritate inspecta prout in casu nostro, ubi data est facultas Excellentissimo Arbitro procedendi de facto, quo casu, uti Deus judicare potest *Gail. observ. 42. & 72. Viv. dec. 495.* inde data nullitate processus, vel contractus

30 ex defectu solemnitatis poterit Judex in instrumento etiam nullo cognoscere, si contractus contineat veritatem debiti de jure *de Pont. consil. 1. num. 104. Trivis. dec. venet. 1. Gram. dec. 324.* Nam Judex omni conatu tenetur circuitus, & jurgia litium refecare. Ad propositum deveniendo ad casum nostrum consideret ipse circumspèctissimus Princeps Arbitrator, qui uti conjunctus dictorum fratrum habet notitiam Patrimonii quondam Marchionis Patris, quod illi est valde pingue & ad magnam quantitatem descendit, & cognoscit quod legitima Patris, & portio dotium Maternarum, & perceptio fructuum sui beneficii annorum quindecim æstimationis annuorum ducatorum mille cum interesse, ut dixi in principio ascendit non solum ad summam promissam à D. Francisco ducatorum 35. millia, sed ad duplum, & plus unde justitia Albarani stat pro D. Carolo, qui reperitur læsus, & non pro D.

Francisco, & D. Carolus contentatur conventionione ad evitandum litem, & odia, quæ ex eis oriuntur, & proinde tuta conscientia, jussu arbitrio, & omni via condemnandus est D. Francisco ad solutionem dictæ quantitatis ducatorum 35. millia faciendam ipsi D. Carolo juxta conventionem.

Consideretur etiam, quod quando fuit maritata cum Marchione Fuscaldi eorum sorori fuerunt promissæ dotes, & consignatæ duc. 34. millia, quæ justitia requiritur, ut femina præferatur masculus, qui conservat familiam agnationis, & non mulieres.

Ex his omnibus non videtur dubitandum de justitia ipsius D. Caroli, cum centuplum plus habeat de Patrimonio D. Francisci, tam burgensium, quam feudaliū, sed de omni rigore teneatur dare D. Carolo pro sua legitima, & pro aliis satis ultra dictam summam 35. millia. Cætera supleat religio, & prudentia Arbitri Excellentissimi, & justissimi viri, & ita sentio.

## PRIVILEGIUM CLXV.

### ARGUMENTUM.

Dubius statu testari potest ad favorem Miserabilium Personarum.

*Ad limitationem Tex. in l. de statu suo, ff. de Testam.*

### SUMMARIUM.

1 Dubius statu testificari nequit.  
Et quid si vellet testificari ad favorem Miserabilium Personarum vel pia causa num. 2.

**R**egula est, dubium statu testari non posse, *l. de statu suo, ff. de testam.*

Tamen claudicat hujusmodi regula quoties testari vellet ad favorem Miserabilium Personarum, vel piæ causæ juxta theoreticam *Bart. in l. i. C. de sacrosanct. Eccles.* cum qua cæteri transeunt, ut fidem facit *Capra in conclus. 102. numer. 204.* & testatur post illum *Gallus in tract. de except. quæ oriri possunt in materia success. tam ab intest. quam ex testam. tit. 1. except. 4. in fin. part. 2. fol. mibi 160. colum. 1.*

Unde non est recipiendus *Bal in cit. l. i. C. de sacrosanct. Eccles.* quatenus contrarium firmare visus est, prout illum non vidi receptum in quadam facti contingentia annis non longè elapsis, dum in Alma Urbe Romæ reperior.

## PRIVILEGIUM CLXVI.

### ARGUMENTUM.

Religiosi possunt esse Testes in Testamentis, in quibus sunt institutæ Miserabiles Personæ etiam non præcedente licentia superiorum.

SUMMA.

## SUMMARIUM.

- 1 Religiosi non possunt esse testes in testamentis, sed vide ibidem versic. & alii, & numer. 5. Amplia ut numer. 6. & quid favore Miserabilium Personarum, num. 7.
- 2 Monachi non habent velle, nec nolle.
- 3 Vox Religiosorum dicitur funesta.
- 4 Religiosi sunt mortui mundo.

**R**egulariter secundum unam opinionem, quam latè probat *Angel. consil. 233* de quo meminit *Eminentiss. Card. Tusc. conclus. 122. numer. 18. lit. T.* Religiosi, nec etiam in testamento ad causas pias, non possunt esse testes. Et alii censuerunt de jure Canonico, Monachos, & Religiosos, non posse esse testes nisi superiorum licentia præcedente *Fab. in §. testes autem numer. 3. insitut. de testamentis Felyn. in cap. cum Nuncius numer. 3. de testib. Nell. de testib. numer. 22. Lanfranc. eod. tract. numer. 87. Suarez in suo the. auro recept. sentent. lit. T. numer. 7* ubi probat hanc esse communem opinionem, ex pluribus, quos allegat, & aliis relatis idem confirmat *Mascar. de probat conclus. 1358. numer. 32. Caravit. in Rit. M. C. 144. numer. 2. Gram. conf. 3. numer. 7. Aufrer. de reprob. testium num. 13.*

Fulcitur eorum opinio triplici de ratione, quarum prima est; quia Monachi, & similes Religiosi, non habent nec velle, nec nolle eorumque voluntas à Superioris voluntate dependit *cap. si Religiosus, & §. si Abbatem de electione in 6. cap. fin. de sepul. eodem lib.*

Secunda, quia eorum vox reputatur funesta eamque potius interduci, quam audiri oportet *cap. placuit 2. quæst. 7. cap. si quis 3. quæst. 11. l. penult. C. qui accusare non poss.*

Tertio quia Mortui sunt in Mundo *l. Deo Nobis C. de Episc. & cler. §. illud, & §. si quib. Auth. de Monac. cap. placuit 16. q. 1.*

Cæteri autem veriore agnoverunt opinionem, Religiosos, posse esse testes in testamento ut apud *Clar. in §. testamentum quæst. num. 7.* ubi idem probat de Fratribus mendicantibus *Grass. conf. 9. de sent. excomm. Genues. in prax. Cur. Archiep. cap. 22. numer. 4. Rodriq. tom. 3. quæst. Regularium quæst. 69. artic. 12. Farinac. qui alios secum vehit in tract. de testib. quæst. 6. numer. 126. & seq. Molfes. in summ. Theolog. Moral. tract. 13. de ultim. volunt. cap. 2. numer. 132. tom. 2. ubi testatur sic in praxi vidisse servatum, autumans numer. 133. licentiam superioris non ex necessitate sed potius ex decencia intervenire debere dicens numer. 134. imò posse esse testes etiam in testamento, in quo aliquid relinquitur eorum Ecclesiæ, quia utilitas est Monasterii principaliter, quamvis consequenter singulariter Religiosi commodum inde percipiant, ut in propriis terminis *Dec. conf. 62. addentes ad Jul. Clar. §. testamentum quæst. 65. numer. 14. Bal. Felyn. & alii quos reportat Farinac. in tract. de testib. quæst. 60. num. 46. & seq.**

In hac autem DD. controversia, & pugna poterit licito jure firmari quidquid sit in causa testamenti conditi inter non privilegiatos, si tamen illud favore Miserabilium Personarum sit posse Religiosos pro testibus intervenire, prout ita in facto vidi judicatum per quosdam

Arbitros electos de partium voluntate circa testamentum factum ad beneficium cujusdam Hospitalis.

## PRIVILEGIUM CLXVII.

## ARGUMENTUM.

Testamentum factum ab excommunicato favore Miserabilium Personarum valet.

## SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus potest testari secundum unam opinionem, imò, & contrahere matrimonium, sed vide num. 2. Quid autem favore Miserabilium Personarum, vel pia causa num. 3.

**R**egulam fundarunt aliqui excommunicato licere testari ut *Glos. in cap. decernimus in verbo testificando de sent. excomm. in 6. Gomez in l. Thauri 3. numer. 15. Clar. in §. testamentum numer. 24. fusè Spin. in specul. testam. in Glos. rubr. par. 12. Ripa copiosè in tract. de Actis in articulo mortis cap. 20. præcisè num. 14. Fiv. dec. 96. ubi etiam quod contrahere potest testamentum.*

Alii pariter juxta morem negativam sectati sunt sententiam, ut *Giach. in comm. opin. in verbo excommunicatus idem Fiv. in silva comm. opin. conclus. 260. num. 5. & 6. Rota in novis. decis. 5. numer. 2. de concess. præbend. & alii de quibus in prax. elect. fori sect. 4. quæst. 33. numer. 5. in nova editione quas Ambas opiniones latius habes apud *Gabriel. conclus. 1. de testam. Fachin. controvers. jur. lib. 5. cap. 88. & Cavall. commun. contra commun. quæst. 310. penes quos recurrere poteris, & illis junge Ricciol. in tract. de jure pers. lib. 4. cap. 58. Gall. de excep. lib. 3. except. 10. par. 2. num. 8. & except. 4. tit. 1. par. 4.**

At favore Miserabilium Personarum poterit firmari conclusio, testamentum factum ab excommunicato ad illorum commodum utique valere, uti respiciens piam causam, quo casu valere testari excommunicatum, judicavit de Anno 1616. 20. Junii in Banca Cioffi pro validitate testamenti quondam Notarii Antonii de Ruggiero facti ad favorem Venerabilis Monasterii S. Mariæ Gratiarum de Campoglione Terræ Cajani refert modernè *Thor. in compil. dec. Regni in verbo testamentum fol. 694. col. 2. tom. 2.*

Et juxta hanc opinionem in discursu habito cum Advocatis Collegiantibus fuit in facti contingentia conclusum communi voto.

## PRIVILEGIUM CLXVIII.

## ALLEGATIONES JURIS.

## ARGUMENTUM.

Clausulæ Salutares favore Miserabilium Personarum censentur appositæ in Testamento de ordine Testatoris.

## SUMMARIUM.

- 1 Clausulæ salutares in testamentis an censentur appositæ de ordine Testatoris, vel ex capite Notarii numer. 2. & vide numer. 14. & 15.
- Et quid favore Miserabilium Personarum numer. 3.
- 4 Habens majus privilegium debet præferri.
- 5 Monasteria construenda sunt magis privilegiata, quam constructa.
- 6 Testamentum ad pias causas solemnitates non requirit.
- 7 Concurrentibus duobus privilegiatis conquassantur privilegia, & res reducitur ad jus commune.
- 8 Solemnitas eadem requiritur in dissolvendo actu, quæ in illo faciundo.
- 9 Testamentum in scriptis ex quibus nullum redatur & num. 10. & 11.
- 12 Clausula (omni meliori via) quid operetur.
- 13 Testator quando voluit in scriptis testari.
- 16 Solemnitates quæ requirantur in nuncupativo testamento.
- 17 Testamentum codicillo confirmari nequit.
- 18 Testamentum nullum ratificari nequit.

1 **R**egula certa firmari nequit, si clausulæ salutares, & proficue censentur in testamento appositæ de ordine Testatoris, cum variant inter se DD. censentes aliqui pro affirmativa, cæteri verò pro negativa, quod ex capite Notariorum appositæ censentur sequendo formularium, ut præ cæteris latius est videre apud Menoch. conf. 37. à numer. 156. cum seq. & de arbitr. judic. cas. 144. à numer. 4. Card. Mant. de conjectur. ult. volunt. lib. 1. tit. 10. & lib. 3. tit. 14. Gabr. concl. 4. de consuet. Mascard. de probat. conclus. 300. Cœvall. com. mun. contra com. quæst. 525. Fusar. novissime in tract. de subst. quæst. 550. num. 19. & 10.

2 Attamen favore Miserabilium Personarum poterit practitari opinio affirmativa, ut illæ clausulæ censentur appositæ de voluntate Testatoris, nec ex capite Notarii, sicque etiam respectu clausularum proficuarum appositarum in contractu ad eorum favorem maxime, quia magis communis est regulariter de voluntate Testatoris illas appositæ censeret; ut post antiquiores fundarunt præceteris Intrigliol. de subst. cens. 2. quæst. 79. numer. 17. & seq. Trentacinq. in ejusdem nomin. tract. par. 4. cap. 9. à numer. 9. Theaur. dec. 141. numer. 3. & alii apud citatos Authores videndi.

3 Sed quia hunc articulum, per transfennam pro contraria tamen parte parum pergustavi fovens jura clientuli, placuit hac occasione allegationem imprimi facere, quamvis tota non fa-

ciat ad casum, ejus autem tenor jam sequitur.

**R**everendissime Pater, Gloriatür forsitan & magnum festum facit Monasterium monialium Sanctorum Petri, & Sebastiani hujus Civitatis contra Rever. Fratres Sancti Francisci de Paula Ordinis Minimorum in successione quondam V. I. D. Fabritii Nigo pia, eo sub prætextu, quia secundum testamentum ad ejus cantat favorem, dum illo pro duabus portionibus præfatum Monasterium hæres institutum fuerit.

Sed quia pro dictis Fratribus Sancti Francisci viget primum testamentum omni solemnitate vallatum, (quas solemnitates in ultimo, ut apertè perspicitur considerari manifestum est) succedit, ut de illo nulla sit habenda ratio, quia primum testamentum solemnè ad pias causas non tollitur per secundum minus solemnè etiam ad pias causas, ut latè probat, Reim. conf. 9. numer. 16. 18. & 19. vol. 2. alii pluries adducti in allegatione alias præterata.

Et quamvis possit prætendi contrarium, cum in hoc sint pugnantes DD. tamen advertendum est agi inter duo pia loca instituta, quo in casu habens majus privilegium debet præferri institutione, dum ex diversis testamentis ambo concurrunt in bonis ejusdem testatoris, & certum est duabus causis æquè piis institutis duobus testamentis, utraque succedat, nisi altera sit magis pia, quæ præferretur Decius l. fin. numer. 54. C. de edict. D. Adriani. tollendo, Platon. de acquir. possess. quæst. 14. numer. 47. & 50. quos refert, & sequitur novissime Thomas in tract. de ult. volunt. tract. 10. tit. 2. cap. 173.

Quod autem plus satis privilegiati sint hujusmodi Patres S. Francisci de Paula, patet ex eo, quia fuerunt instituti hæredes in primo testamento ad finem, ut monasterium construerent, & dictum Monasterium Sancti Sebastiani fuit institutum hæres pro duabus partibus cum onere celebrandi Missam unam pro quolibet die.

Certique Juris est, quod monasteria construenda sunt magis privilegiata quam constructa, prout ac Monasterium Sancti Sebastiani, ita docent Anan. in cap. Apost. num. 2. de donat. Afin. in l. si quis sepulchrum ff. de religiof. & sumptibus funer. Barbof. in l. 1. par. 8. numer. 50. ff. solut. matrim. Afflic. in Confit. Regn. in prælod. quæst. 3. numer. 10. & 11. Gizzarelli. decis. 37. numer. 6. par. 6. ubi quod per construendos auget magis religio, & ideo favorabilior est.

Nec obstat tractari de testamento ad pias causas, quod solemnitates minimè requirit & cum esses, & cap. relatum, & ibi DD. de testam. ad quorum ornatum Gizzarel. dec. 45. late Gall. de except. tit. 2. except. 2. par. 2.

Nam talis conclusio esset vera, nisi primum testamentum pariter ad pias causas esset conditum. Undè cum de illius revocatione tractetur solemnitates adhibita in dicto testamento debebant intervenire in secundo; debet enim cessare privilegium omissionis solemnitatum, quod habet ad pias causas testamentum, quando agitur de revocando altero testamento, simil-

7 similiter ad pias causas conditio ex reg. quod concurrentibus pariter privilegiatis conquassantur privilegia, & res reducitur ad jus commune l. sed § milit. ff. de excus. tutor. §. item quaritur ff. de minor. §. sed hac presenti, collat. §. Authent. de sanct. Episc. latè Trenta-cinq. variarum resolut. lib. 1. de rescript. Card. Tusc. concl. 760. lit. P. Castil. dec. 193. quia parum eadem est juris dispositio, & judicium cap. inter corpor. §. c. sicut ergo de transl. Episcoporum, eademque est natura l. si focer in fin. ff. solut. matrim. & eadem esset posita l. si Reg. ff. de dubb. reis.

Unde secluso privilegio restat juris communis dispositio, vigore solemnitates in testamento erant notoriæ.

8 Conducit, quia in dissolvendo actu eadem requiritur solemnitas, quæ in illius perfectione adhibita est Natt. in l. hac consultissima §. ex imperfecto numer. 220. C. de testam. per tex. in cap. omnis res 27. quæst. 2. Barth. in l. Ideo ff. de condit. fur. Cacher. dec. 53. numer. 10. Cum in primo testamento condito ad favorem Fratrum Sancti Francisci interfuerint solemnitates debite, dum deinde illud revocari debebat, erat notorium, quod secundum testamentum adhuc eisdem esset recolitur solemnitatibus juxta theor. Bart. in l. si pacto, quo penam. C. de pact. ubi quod si tenuta fuit data parte non citata, pariter non citata parte potest revocari, quia contrariorum eadem est disciplina l. §. si contra ff. de vulg. §. pup. subtit. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni jur.

9 Quod autem prætensum secundum testamentum ad favorem dicti Monasterii Sancti Sebastiani non sit solemne, imo illud reputetur invalidum, patet cum certum sit illud esse in scriptis & clausum, & tamen constat quod Fabricius Testator non tenuit illud in manus suas, nec dixit quod istud erat suum testamentum, sed Notarius tenebat in manibus suis quoddam cartas, quas coram testibus, & ipso testatore exhibuit, interrogando præfatum Testatorem, si vellet illud esse suum testamentum, qui ex dicto testium nutu cum capite assensus est, & consequenter testamentum potuit esse suppositum, & proinde tale testamentum valere non debet l. hac consultissima C. de testamen.

10 Insuper quia non apparet aliquo modo dictum Notarium fuisse rogatum, quando interrogavit testatorem, si vellet, quod esset suum testamentum quod tenebat in manu, sed ipse interrogavit testatorem, qui ut dicunt testes annuit capite, unde non valet testamentum, ut post alios probat Afflic. omnino videndus dec. 145. ubi pluries sic judicatum in Sacro Consilio testatur, & per plures hujus opinionis sectatores adducit Borrell. in summa dec. tit. de testamentis num. 177. tom. 3.

11 Plus quia dictum testamentum non fuit scriptum, & sigillatum à testibus in præsentia testatoris, sed in alia Camera, ut deponunt testes quo casu irritum redditur testamentum d. l. hac consultissima Afflic. d. decis. 43. sub numer. 3. Marr. alleg. 15. numer. 14. Alfan. col. lect. 431. Verim inter commun. opin. tit. de testam. num. 47.

12 Cumque pars adversa hunc agnoscens scopulum, illum evitare conetur eo sub prætextu quod in dicto testamento adit clausula

salutaris, quod si non valet uti testamentum in scriptis, valeat uti nuncupativum, et clausula ibidem apposita (omni meliori via) quæ talem effectum operatur, Dec. conf. 4. Lana de testament. formul. conf. 1. num. 4. Afflic. decis. 144. Simon. de Petre. de interp. ultim. volunt. lib. 2. interp. 1. dub. 2. fol. 2. nu. 23. §. sequent. Menoc. post alic. de præf. lib. 4. præf. 2. n. 23. §. conf. 1062. Marr. de claus. par. 1. claus. 88. n. 4. Salust. Ti. ber. informul. instrum. lib. 11. cap. 38. nu. 14.

Tamen observandum est in reiveritate Eritii Testatoris voluntatem fuisse in scriptis vel conficere testamentum dum noluit suam voluntatem testibus esse notam juxta theoriam Cymii communiter approbatam in d. l. hac consultissima §. per nomen. pationem, §. Paul. Castr. in l. hæredes palam. col. 11. ff. de testam.

Et quando dicta clausula hunc potest fore effectum, deberet constare, illam esse ibi appositam, de expresse testatoris ordine, alius nihil operatur, cum præsumatur apposita, et capite Notarii ex quadam consuetudine, eorum & stylo formulario, Bar. in l. 1. ff. de jur. Codicill. cujus opinionem communiter approbari tradit Curt. Jun. conf. 101. col. fin. sequuntur. Barb. conf. 43. 48. §. 18. vol. 1. Cavalcan. conf. 27. Alex. conf. 48. vol. 4. Bertrard. conf. 10. vol. 1. Patrif. conf. 19. n. 3. Arétin. conf. ultim. Ruin. conf. 98. vol. 1. Gram. dec. 62. n. 22. Socc. Sen. conf. 170. lib. 2. Reges conf. 112. in fin. Crass. qui testatur de communi lib. 2. comm. op. c. 4. tit. testamentum, q. 16. noviter Ciriac. contro. forens. tit. 2. c. 260. n. 86. ubi etiam hanc communem esse confirmat opinionem, Mant. de consuet. ultim. volunt. lib. 1. tit. 7. nu. 7.

Unde, cum non constet in casu de quo disceptatur, nullam salutem afferre poterit hujusmodi clausula, quæ non debet esse ut herba bettonica singularis deserviens infirmitatibus licet herbam bettonicam illam nuncupent Jaf. in l. petens C. de pact. Ursill. decisio. 144. quæ post hæc scripta vidi.

Confert illud simile, quod clausula renunciationis bonis paternis cum juramento nuncupatur, nisi expresse appareat posita de voluntate filii renunciantis, cum de stylo Notarii censetur apposita; Curt. Jun. d. conf. 101. n. 11. ut respectu clausulæ renunciationis, fraudis, & doli fondarunt Barbat. conf. 42. col. 81. lib. 2. §. Soccin. Jun. conf. 116. n. 21. lib. 2. & respectu clausulæ renunciationis, exceptionis non numeratæ pecuniaræ tutatur Cornes conf. 193. lib. 8. n. 4. & idem in juramento, nec operetur tanquam appositum, ex stylo Notariorum scripserunt pures apud Tirac. in præfat. ad l. si unquam n. 172. C. de revocand. donat. quibus ultra cæteros addo Molin. de just. §. jur. disput. 287. n. 18. tom. 1. Car. pan. ad stat. Mediolan. t. 453. nu. 86. siquæ respectu aliarum clausularum quod non operentur, quamvis censentur appositæ de stylo Notariorum, plura possem adducere exempla, nisi Dominis judicare debenti nota esse, mihi persuaderem, idque maxime quia non apparet lectum coram Testatore Paris. conf. 60. numer. 27. vol. 2. Gall. de except. tit. 3. except. 21. par. 2. fol. 75.



# Tract. de Privileg. Misera. Personarum. 339

15 Et quando (quod tamen non concedo) sed ex abundanti prolatum esse intendo ex tali clausula (omni meliori via) dictum Testamentum evasisset nuncupativum, quomodo uti tale poterit exequi, dum, & pariter claudicat.

16 Certum est enim in nuncupativo Testamento septem Testes requisitos debere esse idoneos, & habiles d. l. hac consultiſſima §. pen. nuncupationem C. de Testam. unaque deficiente illud non valere l. si unus C. eod. tit.

Inter dictos autem septem Testes sunt multi, qui varios patiuntur defectus, & à jure sunt reprobat, ut ex perquisitione, quæ præsentatur, & ex dictis in alia allegatione. Insuper Fabritius testator debebat proprio ore nominare hæredem in testamento nuncupativo alta, & intelligibili voce, ita ut ab omnibus testibus clare audiretur l. hærede palam ff. de testamentis l. jubemus vers. quemadmodum. C. eod. cum hæc sit ratio, quare hoc testamentum dicitur nuncupativum, quia scilicet hæres explicite nuncupari debet, ut patet apud Belamer. conf. 26. cum seq. Manuc. de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. tit. 7. & ubi hæc declaratio in hoc testamento? certè solemnitas, nam videtur facta, cum testes, & Judex ad contractus, qui interfuere, fidem faciant, solum vidisse quosdam certa in manu Notarii, quas coram ipsis exhibuit interrogando testatorem si vellet illud esse suum testamentum, ita ut in præsentia eorum nihil fuit à testatore dictum, ea quo appareret, & constare posset quemnam hæredem institueret vel fecisset ipse testator, imò quod plus est, Notarius, qui fecit testamentum tunc temporis non habebat potestatem excrendi Notariatus Officium, quia erat suspensus, ut ex fide quæ produciuntur, & sic actus fuit factus ab non habente potestatem, qui nullum tribuit jus, cum potestas sit acta rerum factarum moderatrix ad finem, ut valeant unde patiscantur aliquid non esse factum, vel gestum fuisse à non habente potestatem.

Igitur quomodo testamentum vocari poterit istud factum ad favorem Monasterii S. Sebastiani, dum si illud uti in scriptis consideremus, carere solemnitatibus aspiciamus, & si naturam nuncupativi transmigrare facere velimus illas quoque desideret, dum numero testium habitum non sit munitum, legitimo Notario careat, & tandem forma nuncupativi tradita in d. l. hæredes palam, indigeat, & cujus defectu testamentum non sustineri in propriis terminis recenter tutatur Crispo. Martius dec. Senens. 96. ubi quod testamentum nuncupativum non sustinetur quando testator nihil fuit alloquutus in præsentia testium licet coram eis & coram testatore fuerit à Notario lecta scheda testamenti, cum actus nullus dicatur aliquo deficiente.

17 Nec præfatum Testamentum coadjuvatur ex Codicillo, qui supponitur ad favorem ejusdem Monasterii Sancti Sebastiani.

Siquidem nullum juvamen affert ex textu totundo, qui cavillari non potest in l. quod per manus ff. de jure codicillor. ubi aperte legitur testamentum non posse confirmari percodicillum, cum ille sit accessorius, & principalem, ut est testamentum ab accessorio confirmari nequit.

Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.

18 Idque maximè, quia dum supponitur testamentum nullum, succedit regula, ut tanquam legi exorsum nequeat ratificari l. qui aliena ff. de acquir. hæred. l. 2. C. comm. utriusque jud. Viv. decis. 321. num. 5.

Ex his igitur brevitati, studendo (cum agatur coram Doctissimis Viris in quorum pectorum scrinio cuncta sunt nota) satis elicitur justitia Reverendorum Patrum S. Francisci de Paula, ad quorum favorem, ut ex primi testamenti omni solemnitate vallati pronuntiandum esse, & proinde esse immittendos in possessionem juxta l. fin. C. de edict. D. Adriani toll. speratur.

Jo. Maria Novarius l. C.  
Lucanus Advoc.

Causa non fuit decisa, sed transactione finita inter partes.

## PRIVILEGIUM CLXIX.

### ARGUMENTUM.

Testamentum conditum à filio familiaris favore miserabilium personarum est validum.

Ad limitationem Tex. in l. filius familias ff. de Testament.

### SUMMARIUM.

- 1 Filii familias, qui sunt sub potestate patris testari nequeunt.
- 2 Filius familias quidquid querit, querit patri.
- 3 Dispositio captatoris est nulla, etiam in Testamento militis. num. 4.
- 5 Filius familias senator sub patria potestate existens etiam patre consentiente testari nequit.
- 6 Summa Patritias dignitas liberat filium à patria potestate.
- 7 Filii familias etiam in adventitiis in quibus patri non queritur usufructus testari nequeunt, nec etiam cum patris consensu. nu. 8.
- 9 Filii familias favore miserabilium personarum testari possunt, sic etiam, & pia causa.
- 10 Consensus paternus in testamentis filii familias debet esse expressus, nec sufficit sola præsentia.

1 Regula est filios familias, qui sub parentum potestate reperiuntur minimè posse testamentum condere l. filius familias ff. de testam. nec etiam eorum consensu parentum accedente l. qui in potestate ff. de testam. Viv. commu. opin. 121. lib. 1. Faber. decis. 40. C. de sacrosanct. Eccles. Franch. decis. 4. n. 17. Amat. decis. March. 71. n. 2.

Cujus conclusionis rationem, & causam reddunt supracitati DD. diversimodè.

2 Primò quidem illam esse credidere, quod cum filius familias uti paternæ potestati subditus, quidquid querat, ipsi patri querere dicatur l. 2. C. de patr. potest. Bart. in l. 1. g g pla.

placet. ff. de acquir. hered. cum aliis traditis per Viv. com. opin. 130. lib. 1. sequeretur, quod quæretet sibi ipsi, quod non permittitur l. ejus C. de patr. potest. Alii verò secundo loco efficacius dixerunt illam esse rationem qualiter filius familias prohibeatur facere testamentum etiam patre permittente, quia testamentum eo casu ex alterius dependet arbitrio l. illa institutio l. si quis sempronium ff. de hered. inst. l. captatorias C. de testam. mil. Paris. conf. 83. n. 19. Quorum omnium dictum est, quod captatoria dispositio nulla sit, Covarr. in c. cum tibi, de testam. Misinger. observ. 8. incen. 1. Afflict. decis. 371. nu. 5.

4 Institutio enim captatoria etiam in testamento militis est invalida, d. l. captatoris C. de testam. milit. ubi Jaf. num. 1. Paris. conf. 89. num. 43. vol. 3. Surd. decis. 68. num. 5. Gail. observ. 113. num. 5. lib. 2.

5 Quæ sanè opinio adeò vera est quoad filium familias, ut quamvis sit Senator cum sit sub patriâ potestate non potest testamentum facere, licet pater suum præbeat consensum d. l. tam is, & l. penult. C. qui testam. facer. poss. Summa enim patriatus dignitas sola filium à patris potestate liberat, ut voluit Imperator, in §. filius familias in l. i. quibus mod. jur. patr. potest. solut. Faber. lib. 8. tit. 2. decis. 3.

Et illa ratio videtur, quia cum agatur de patria potestate in patriciis illa est major, quia hi solum, qui legitimi patres forent ob honorem, & illi Senatores, patres suos vere ostendere possent, ut percipitur ex verbis Plutarchi in Romulo.

7 Quod procedit etiam in adventitiis, in quibus patri usufructus non quæritur, quoniam filii familias testari nequeunt, Crass. comm. opin. in verb. testamentum quest. 23. nu. 2. Thesaur. quest. 18. Jaf. in l. nemo ex lege nu. 2. C. qui testam. facer. poss. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & sequitur Villalob. commun. opin. §. filius familias nu. 66. qui omnes, hoc non obstante, quod pater non habet in illis bonis usufructum, tamen nec eum patris consensu filius familias testari poterit.

8 non obstante, quod pater non habet in illis bonis usufructum, tamen nec eum patris consensu filius familias testari poterit.

9 Cæterum favore miserabilium personarum posse illos testari dicendum est, cum ut aliàs probatum sit, videatur ad pias causas conditum, quo in casu filiis familias licet testari cum paterno consensu, Alex. in l. 1. §. hoc autem senatusconsultum num. 4. ff. ad Trebell. Abb. in rubr. extra, de testam. Bal. Angel. Dec. Jason. n. 21. & Corn. in l. jenium C. de testam. idem Jaf. in l. hac consultissima §. ex imperfectione. 10. C. de testam. Aret. & Angel. in §. 1. instit. quibus non est permittum facere testamentum, Federic. de Sen. conf. 298. Clar. in §. testamentum q. 5. vers. sed nunquid filius familias, Covarr. in rubr. de test. num. 28. Amat. d. decis. March. 71. n. 2.

Et quamvis, ut nec etiam ad pias causas filius familias testari possit etiam de bonis adventitiis, expressè ex c. licet, in fin. de sepult. in 6. sequitur Thesaur. d. dec. 150. n. 13. & ita est de mente Accursii in p. res autem in verb. disponere in Aub. ut licet matri, & avia, addo Amat. decis. 71. n. 2. Rot. Marchia.

Tamen prima opinio est communi calculo recepta, de quo latius Tiraq. in tract. de pia

caus. privil. 78. Reg. de Pont. conf. 170. vol. 2. Illustriss. Episc. Ricc. in prax. in for. Ecclesiastic. resol. 668. par. 1. in antiq. edit. qui duo probant consensum paternum debere esse expressum, nec sufficere solam præsentiam, ut latius apud eos cerni poterit.

## PRIVILEGIUM CLXX.

## ARGUMENTUM.

Solemnnitas requisita in Testamento caeci non est necessaria ubi disponitur ad favorem Miserabilium personarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Cæcus dicitur qui caret utroque oculo, & omnino non videt.
- 2 Cæcus potest facere testamentum intervenientibus septem testibus, & Notario, aut in ejus defectu alio Teste fallit favore miserabilium personarum n. 3.
- 3 Cæcus ꝑ. faciat Testamentum ad causas sufficienti duo testes.
- 4 Testamentum inter liberos ex defectu solemnitate est validum.
- 5 Testamentum factum à vidente cum duobus testibus favore pia causa valet, quod præcedit si sit à cæco ibidem.

**R**egula est respectu cæci, qui dicitur carens utroque oculo, & omnino non videt l. 1. C. qui Morb. se excus. lib. 10. ne scilicet prohibeatur facere testamentum, sed pro majori solemnitate ultra septem testes, qui in testamentis paganorum sunt necessarii, insuper requiritur Notarius, & in defectum ipsius est necessarius alius Testis, & sic octo testes requiruntur in ejus testamento §. cæcus quibus non est permis. facere testam. ubi Glos. l. hac consultissima §. ex imperfecto, & ibi DD. C. de test. Boer. dec. 210. n. 70. Valq. cap. 1. de test. §. 5. numero 32. & seq. Masc. de prob. conclus. 278. Clar. in §. testam. quest. 17. Tusc. conclus. 120. lit. T.

Claudicat tamen talis regula quando Testamentum faceret ad favorem Miserabilium Personarum, quia tunc solemnitas hæc non esset necessaria, ut in conf. divers. Germ. 113. num. 9. fol. 273.

Recipit coadjuvamen hæc opinio, quia imitatur præallegata regula, quando cæcus testamentum faceret ad pias causas, cum tunc sufficere duos testes probet Dinotom. in comment. ad instit. d. 2. cæcus, quem refert, & sequitur Mosef. in summa Theologia moral. tract. 13. de ultim. volunt. cap. 2. num. 44. tom. 2. quia sicut testamentum imperfectum ratione solemnitatis valet inter liberos d. l. hac consultissima §. ex imperfecto, C. de testam. ita pariter sicut testamentum factum ad pias causas à vidente cum duobus testibus valet, sic etiam dum sit à cæco.

Intelligerem tamen hanc conclusionem respectu dispositorum ad favorem piae causae liberorum, vel miserabilium personarum,

## Tract. de Privileg. Misrab. Person. 341.

ut locus quoad legata facta personis privilegiatis, & extraneis, prout non dicunt DD. id affirmantes, ut testatur *Molfes. loco cit.*

7 Notarius Apostolicus propria causa potest stipulare etiam extra statum Ecclesie, & nu. 8.

### PRIVILEGIUM CLXXI.

#### ARGUMENTUM.

Inhabiles ad testandum favore miserabilium personarum testari valent, nisi inhabilitas sit ex causa intellectus.

#### SUMMARIUM.

- 1 Inhabiles ad testandum, favore miserabilium personarum testari possunt, sic etiam favore pia cause num. 2.
- 3 Furiosus mensa capus, infans, & pupillus nequeunt testari favore pia causa.

1 **R**egula sit, (ne ad infinita pergere adstringar) ut inhabiles ad testandum bene valeant in favorem Miserabilium personarum testari, ita enunciavit *Rota in Romana testamenti coram R.P. Blanchetto*, ubi ad corroborationem adducit *Bart. in l. 1. col. 2. & 3. C. de sacrosanct. Eccles.* qui tamen loquitur, ut testari valeant ad pias causas, de quo articulo diffidentur sunt opinioniones, ut patet apud *Tiraq. de privileg. pia causa priv. 79.* ubi recenset cessare antesignanam opinionem in his, in quibus est defectus intellectus, ut in furioso mente capto infante, imo etiam pupillo *d. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. in verbo judicia, & in verbo voluntates*, quæ quidem non cadere in hujusmodi asseverat, de quibus, & aliis personis late *Card. Tusc. conc. i 94. & 105. lit. T.*

Inde hujusmodi quoque declaratio adhibenda est in casu nostro ne, scilicet habentes defectum intellectus valeant favore miserabilium personarum testari, licet alias inhabiles ex illarum prærogativa bene id agere valeant,

Et juxta hanc opinionem recorder in discussione habita cum literatis viris fuisse conclusum in quadam Academia Juristarum.

### PRIVILEGIUM CLXXII.

#### ARGUMENTUM.

Notarii Apostolici possunt Testamenta condere ad favorem Miserabilium personarum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Instrumenta confecta à Notario Apostolico in Regno non probant, nec liquidari possunt, num. 3.
- 2 Notarii Apostolici non possunt facere publica instrumenta, quod intellige ad profana, non autem ad Ecclesiastica, num. 4.
- 5 Testamenta confecta à Notariis Apostolicis sunt nulla, & potestate carent. Limita favore miserabilium personarum, num. 6.

**R**egula stat instrumentum confectum à Notario Apostolico in Regno non probare, quia videmus hoc Regno hujusmodi Apostolicos Notarios non posse facere publica instrumenta, & in Curiis secularibus illa non admitti determinatur in Sacro Consilio, fuit opinio *Andrea de Ifern. Barthol. de Casua in Consil. Regni Instrumentorum robur*, quos ibi sequitur *Afflic. d. num. 2. & indec. 245. num. 2.* quos refert *Ursill. ibi*, & ita in Gallia observatur, refertur *Boer. decis. 242. num. 4.* sequuntur *Papon. Arrestor. Curie, tit. 237. lib. 4. Arrestor. 2. 4. 6. & 7. Rebuff. ad Const. Gallia in tit. de liter. oblig. glos. univ. art. 2. Mascard. de probat. concl. 348. num. 52. Valasc. decis. 9. Covar. pract. q. cap. 19. Vivi. comm. opin. concl. 543. num. 2.*

Unde illud non posse liquidare Ritus habes apud *Annam singul. 246.* & indices practicitur.

Quæ sanè conclusio declaratur procedere in negotiis, & rebus profanis, secus autem in rebus Ecclesiasticis; ut dicunt *Afflic. in decis. 245. sub. num. 2. Ifern. in d. const. Instrumentorum robur, Covarr. pract. q. cap. 19. Ursil. ubi supra, Anna singul. 245. & 246. & Boer. d. dec. 242. num. 3. Episc. Ricc. de probat. juris patronatus resol. 32. circa finem, & alii recentiores.*

Respectu etiam Testamentorum hujusmodi Apostolicos Notarios carere potestate, & proinde illa non subsistere si per Notarios Apostolicos confecta sint pater pud *Ca pye. decis. 201.*

Cæterum claudicabit regula favore miserabilium si respiciat Testamentum conditum à Notario Apostolico, quia tunc illud valebit, ut enunciavit *Rota in una Illarden. invaliditatis Testamenti coram Reve. P. Comitulo*, ubi quod videtur testamentum tali casu conditum ad pias causas, pro quibus stipulari potest Notarius Apostolicus etiam extra statum Ecclesiasticum.

Recipit juvamen conclusio hujusmodi, quia ad pias causas extra jurisdictionem concedentes potest Notarius Apostolicus testamenta condere, & propriè in hoc Regno Neapolitano, probat *Borrell. in summa dec. tit. de fide instrumentorum num. 114. tom. 2.* ubi adducit *Boer. d. dec. 242. circa finem, & Papon. Arrest. Cur. lib. 4. tit. 13. Arrest. 3. & 4. addo Pegucr. decis. 144. num. 4. & addo Molfes. in comment. Ad consuetud. Neapol. tit. de instrum. confect. quest. 10. num. 6.*

Inde cum casus accidisset trutinari in testamento condito ad pias causas per Felieem Antonium de Ciarlecta in Anno 1634. & prætendebatur pervenientes ab intestato sub hoc prætextu illud esse nullum juxta supradicta audivi fuisse conclusum in quodam collegio habito à divinis Advocatis Sacri Consilii,

PRIVILEGIUM CLXXIII.

ARGUMENTUM.

Relicta nominatim ab intestato ad favorem miserabilium personarum debentur etiam à substituto.

Limitatur Tex. in l. 1. §. id quod ex substitutione ff. ad l. Falcid. & Ampliatur Tex. in l. 4. §. Lucius ff. de Aliment. & cibariis legat.

SUMMARIUM.

1. Relicta nominatim ab uno substituto, non debentur ab alio, fallit favore miserabilium personarum num. 2.
2. Relicta ad pias causas nominatim ab uno substituto, debentur ab alio, ac si Testator eum gravasset, quod idem est in alimentis num. 4.
3. Onus pium injunctum nominatim uni hæredum, qui hereditatem repudixit aliis accrescit, secus quando unum non est pium num. 6.

**R**egula quamvis vigeat, relicta nominatim ab uno minimè debentur ab alio substituto, ut cernitur in l. 1. §. id quod ex substitutione & in l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. Falcid. l. si piores in fin. ff. de leg. 3. l. unica §. his itaque C. de culac. tollend. l. licet Imperator, ubi Bart. Alex. & Dec. ff. de leg. 1. §. in l. duobus §. de legat. 1. vivendi ad materiam latè Præs. de Franch. decis. 58. Ménoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 108.

Tamen ubi relicta tendunt ad favorem Miserabilium personarum, & si reperiantur relicta nominatim ab uno hæredes censentur tacite repetita ab ejus substituto, ut in cons. divers. ultim. voluntat. 19. numero 21.

Justificatur hæc conclusio, quia in simili relicta ad pias causas nominatim ab Instituto censentur tacite repetita ab illius substituto, & ab eo debentur non secus, ac si testator illum gravasset v. q. §. Lucius ff. de aliment. & cibariis legat. cum aliis auctoritatibus cumulatis à Tiraguel. de pia causa privileg. 36. quibus jurget Gradens. de arte testandi tit. de legat. cautel. 45. Gomes variat. resolut. titul. de legat. cap. 12. tom. primo Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 8. tit. 2. numero 16. Medic. in opuscul. 4. numero 50. Surd. de aliment. privileg. 15. numero 2. ubi idem respectu alimentorum, ex d. §. Lucius Simon. de Petr. de interpretat. ultim. voluntat. lib. 4. dub. 11. numero 29. Gratian. qui alios secum vehit discept. for. cap. 104. à numero 45. & cap. 104. à numero 45. & cap. 603. numero 14. & 15. subjungens numero 16. simile esse, quod dicitur de conjuncto, quia si onus pium fuerit nominatim impositum uni ex cohæredibus, qui hereditatem repudiet, vel decedat ante aditionem, portio, quæ, deficit per ejus repu-

diationem, accrescit cohæredi cum onere vendi alimenta, seu alia legata ad pias causas, & pro Testatoris Anima, propter privilegium alimentorum, & loci pii, adducit ad probationem Tex. in l. 3. §. fin. ubi Bart. ff. de aliment. & cibariis legat. Jos. in l. si duobus §. si hæres nu. 14. ff. de legat. 1. Cordubens. in l. quis à liberis §. utrum num. 23. ff. de liber. agnoscend. Ruin. cons. 135. nu. 13. lib. 3. Everard. loco argum. 59. de aliment. ad piam causam num. 7. Gradens. de arte testand. tit. de leg. cautel. 45. nu. 1. tom. 8. part. 1. Magdalen. de num. testium in testam. requisit. cap. 4. var. 2. nu. 32. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 15. nu. 3. quidquid alias quando onus non pium conjunctum est nominatum, uni tantum ex cohæredibus, portio deficiens accrescit sine aliquo onere l. cessas §. fin. ff. de legat. 2. Bart. in l. Titio §. 1. ff. eod. tit. Crass. in §. jns accrescendi, quest. 30. nu. 3. & ita reviviscit tempore meo fuisse discussum in Regia Auctoritate Capitanae Apulæ duabus vicibus.

Cumque alias de hujusmodi casu essem consultus juxta supradicta, respondi in causa nullorum de Arcopinto in currenti Anno 1638.

PRIVILEGIUM CLXXIV.

ARGUMENTUM.

In obscuris favore Miserabilium personarum quod majus est venit secundandum.

Limitatur Tex. in l. in obscuris, & in l. in stipulationibus ff. de regul. jur.

SUMMARIUM.

- 1 Obscuritas in omni dispositione reprobatatur.
- 2 Obscure loquens æquiparatur tacenti verum.
- 3 Obscure respondere, & nihil respondere parificatur.
- 4 Minimum est sequendum in obscuris, & quid favore Miserabilium Personarum num. 5.
- 6 In obscuris attenditur, quod verisimilius est.
- 7 Verisimilitudo est cognata natura.
- 8 Verisimilitudo habetur pro lege.
- 9 Arguens à verisimili dicitur arguere à Natura.
- 10 Testis verisimilia deponens dicitur integer, alias secus.
- 11 Verisimile quod non est præsumitur falsum.

**R**egula stat obscuritatem in omni dispositione esse reprobamam, ut in legibus patet in cap. erit autem lex. 4. distinct. & probant Gabriel. conclus. 7. n. 15. de sentent. Card. Tusc. conclus. 53. lit. O. nu. 13. ita quod obscure loquens æquiparatur tacenti verum Bart. in l. ea ff. de contrahend. empt. Felyn. in proem. decretalium obscure respondere, & nihil respondere, parificentur l. de etate §. nihil interest ff. de interrogat. action. Tiburt. de juram. calumnia cap. 14. num. 73. Suarez tom. 1. comm. opus. lib. 3. tit. 19. num. 139.

Tali modo, ut in obscuris minimum sit sequendum l. semper in obscuris, & l. sepeper in stipulationibus ff. de regul. jur. cap. in obscuris eod. tit. in G. Alciat. respons. 492. nu. 6. Me-

# Tractatus de Privileg. Miserab. Person. 343

*Mench. de presump. lib. 4. presump. 106. n. 17. Inst. concl. 57. m. 3. lit. O.*

At iocundo obfcura in dubio amplianda est erga miserabiles personas, & causas pias; ita ut non minimum, sed quod maximum carum favore est sequendum, ut respectu legati ambigui ad facti favorem dicebatur contingentia in quodam Collegio habito cum nonnullis arbitris electis ad finem decidendi quasdam controversias exortas ex testamento condito à quodam Mario Tripana, & allegabatur ad id *Confil. divers. ultim. volunt. 29. n. 12. § 13.* ubi respectu piæ causæ sic concludi asserebatur.

Et ego uti unus de illis (licet Junior) in hanc eandem descendebam sententiam, quia aperte patebat verisimile esse Testatorem ipsum, sic voluisse disponere in dicto legato facto ad favorem Miserabilium personarum pro ejus animâ, & proinde utebar regulâ communi calculo apud *DB.* receptâ, quod in obscuris attendi debet, & inspicere solet, quod verisimilius est *d. l. in obscuris ff. de regul. jur. Roman. conf. 355. num. 5. Tusc. memorat. conclus. 55. nu. 4. lit. O.*

Cum verisimilitudo dicatur naturæ cognata, & habeatur pro lege, & veritate *Ordin. conf. 13. Bal. conf. 180. lib. 3. Cravett. consil. 28. § consil. 363. numero 36.* ubi quod obtinet secundum locum verisimilitudo, & primum mens *Becc. 101. numero 46. Riminal. Jun. conf. 362. num. 18. Cacher. decis. 170. nu. 8. cum seq.*

Nec non habetur pro lege, & veritate verisimilitudo, ita ut habens pro se verisimilitudinem, legis casum habere censeatur *Cravett. conf. 61. num. 9. Bec. 2. conf. 101. Capul. conf. 287. num. 23.*

Indè arguens à verisimili, dicitur arguere à ratione naturali *Rim. Jun. 2. conf. 352. nu. 18. Cach. dec. antet. 170.*

Hinc descendit, quod quando testis verisimilia deponit integer, & probatæ fidei evadit, ut è contra in verisimilia deponens præsumitur falsus *Dec. conf. 94. col. 2. vel saltem suspectus de falso Abb. in cap. quia verisimile de falsis Cravett. conf. 171. nu. 6. Gram. decis. 103. num. 78. & consequenter illi iusta de causa fides minimè adhibetur *Curt. Jun. conf. 17. num. 6. Cravett. conf. 171. num. 1.**

*Paris. conf. 107. num. 70. lib. 1.* nam verisimilie quod non est, præsumitur falsum *Mascard. de probat. conclus. 1364. num. 4. Menoch. de arbitr. judic. cas. 87. lib. 2.* ubi alios sectatores cumulat reperies.

## PRIVILEGIUM CLXXV.

### ARGUMENTUM.

Indefinita non æquipollent universali, ubi tendunt in præjudicium Miserabilium personarum.

*Limitatur Text. in l. si servus ff. de servit. Urb. grad. § in l. si plures ff. de leg. 3.*

## S U M M A R I U M.

- 1 Indefinita æquipollent universali, ubi tamen subest eadem ratio *num. 2.*
  - 2 Indefinita negativè concepta habent vim universalis.
  - 3 Indefinita æquipollent universali etiam in contractibus alimentis, & omni dispositione.
- Sed quid ubi tenderent in præjudicium Miserabilium personarum num. 5.*

**R**egula est quod indefinita æquipollent universali ad *text. in l. si servitus ff. de servit. Urb. præd. l. si plures, § l. Julianus. ff. de leg. 3. cap. quia circa de privileg. cum iustus recollectis per Mascard. de probat. concl. 1181. à num. 38. Brunor. à Sole in compend. resol. in verbo indefinita Card. Tusc. conclus. 86. § 87. lib. 1.* ubi ad saturitatem, intelligens esse veram, quando subest, eadem ratio omnium sub indefinita comprehensum *Castrens. conf. 153. nu. 3. Alex. conf. 26. num. 3. lib. 4.*

Ita ut etiam indefinita negativè concepta vim habeant universalis *Castren. conf. 38. Decian. conf. 13. Glor. respons. 1. part. 3. numero 153.*

Illaque habeat vim in contractibus, & Renunciationibus *Roman. conf. 251. Serafin. 1008. num. 2. § in Alimentis Alex. conf. 371. lib. 2. Molin. de rit. nuptiarum lib. 3. quæst. 46. num. 12.* tandem in omni dispositione *Fulgos. conf. 136.* ubi loquitur in calculis, & computis, quia calculus de gestis, & factis æquipollent universali, ut comprehendat omnia gesta facta *Alexan. conf. 36. lib. 2.* ubi scribit de renunciacione facta feriis messium indefinitè; ut intelligatur quoad omnes causas, & *num. 9. de constitutione procuratoris.* indefinitè ad causas, qui erit etiam procurator in causa appellacionis.

Cæterùm claudicabit firmata regula, ubi-cunque indefinita, in præjudicium miserabilium personarum tenderent, qui tunc non æquipollerent universali, ita in *conf. divers. ult. volunt. 19. num. 32. in antiqua editione.*

## PRIVILEGIUM CLXXVI.

### ARGUMENTUM.

Clausula Accessoriæ, maximè quæ possunt de per se fieri favore Miserabilium personarum, disponunt.

## S U M M A R I U M.

- 1 Clausula accessoriæ non alterant dispositionem principalem.
- 2 Accessoriæ, clausula regulantur secundum principalem dispositionem cui adijciuntur, nec reservantur, nisi parti dispositionis cui adijciuntur *num. 3.*
- 3 Clausula accessoriæ nihil operantur principali dispositione annullata.
- 4 Clausula accessoriæ non operantur delecto expresso.

6 *Clausula accessoria, quæ possunt de per se stare disponunt in favorabilibus, maxime erga miserabiles personas, & piam causam numer. 7.*

- 1 **R**egula est clausulas accessorias minimè alterare, augere, seu immutare principalem dispositionem, sed potius declarare, *Glos. in clem. 1. de præbend. Felyn. in cap. licet in corrigendis num. 7. de offic. ordinarii Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 118. Marta in suo clausulario par 4. clausul. 21. Scac. de appellat. q. 17. linit. 6. memb. 9. nu. 68.*
- 2 Nec non illæ regulantur secundum principalem dispositionem cui adjiciuntur *Glos. in l. si patronum in verbo Favianæ ff. si quid in fraudein patroni Put. dec. 1. lib. 1. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. lib. 1. resol. 10. Moneta de commutat. ult. volunt. cap. 7. n. ubi probat illas non deservire, nisi illi parti dispositionis, cui adjiciuntur, illiusque assumunt naturam Seraph. de privileg. juramen. privil. 64. nu. 6. Sard. de cif. 7. au. 29. Gratian. forens. discept. cap. 730. nu. 44. Gonzalez in reg. 8. Cancellariæ glos. 66. num. 31.*
- 4 Itaut principali dispositione annullata, pariter ipsæ clausulæ corruant *l. cum principalis ff. de R. 1. Paris. conf. 354. à num. 31. tom. 1. Put. decis. 91. n. 2. lib. 2. Marta cit. clausul. 21. n. 3.*
- 5 Inde clausulas accessorias errore detecto minimè operari probarunt *Menoch. conf. 328. nu. 27. Gratian. forens. discept. cap. 652. n. 28.*
- 6 At hujusmodi clausulas accessorias, quæ de per se possunt stare in favorabilibus disponere fundarunt *Gabriel. concl. 10. n. 10. de claus. Monet. de commutat. ult. volunt. d. c. 7. n. 53.*
- 7 Quam conclusionem eò maximè procedere favore piæ causæ, vel miserabilium personarum dicendum est, prout ita patet inter *Consilia ultimar. volunt. divers. fol. 18. conf. 7. n. 4.*

## ALLEGATIONES

concernentes materiam priv. 157.

*Quia ex errore fuerunt ommissæ hujusmodi allegationes, quæ subsequuntur post privilegium 157. placuit illas hic imprimi facere.*

**T**imebam à principio hanc Provinciam meis humeris imparem, & Atlanticis, ne dicam Herculeis dignam impugnandam aggredi; ne alias detrahendi ansam præbuisssem, rerum amicorum calcariibus impulsus, hoc onus subterfugere nequivi, & libenti animo legi, cum paratus sim à quolibet melius sentiente corrigi, quid sentiam itaque paucis reassumam, & brevi verborum compendio resolvam.

Factum (ut facilius veritas elucescat, secundum tradita in *l. ut responsum C. de transact. & in quo jus oritur l. si in placis §. in clia capitulino ff. ad l. Aquil.*) ita se habet.

Thomas de Petrillo cum voluisset contrahere matrimonium cum nepte D. Jacobi de Simone, dictus D. Jacobus patruus renuebat dictam ejus neptem in uxorem tradere dicto Thomæ, tandem post multa colloquia D. Bernardinus de Petrillo patruus dicti Thomæ,

ut hujusmodi patrimonium concluderetur, & consanguineus futuræ sponse ad illud induceretur, fecit quandam donationem dicto Thomæ ejus nepoti, cujusdam Casteneti, cum reservatione ususfructus ejus vita durante, & hac de causa fuit conclusum matrimonium.

In ultimis constitutus dictus donator, inter cætera quæ disposuit in ejus ultimo testamento fecit hoc legatum.

*Item declara avere fatta una donazione à Petrillo de docati quattrocento in circa de beni stabili consistentino in un Castagneto, in territorio della Rocca, dove se dice allo ferrale, vuole, che detta donazione sia nulla, e la metà di detto Castagneto sia de Gasparo Petrillo, e l'altra metà de esso Tomaso, e contradicendo à questo esso Tomaso vuole, che detto Castagneto, e beni donati, siano tutti à detto Gasparo &c.*

Petit dictus Gaspar legatarius medietatem dicti Casteneti à dicto Thoma donatario, qui statim sequuta morte donatoris fecit se ponere in possessionem illius, vigore instrumenti donationis, cum omnibus clausulis oportunis, maxime constituti, secundum tradita per *Bart. in l. 3. n. 25. C. de pignor. Alex. conf. 83. n. 6. vers. & subdit &c. lib. 2. Mars. lib. 2. var. ref. c. 20. n. 3.* tanto magis hoc fieri poterat stante retentione ususfructus, *l. quisquis C. de donat. vel saltim condemnari hæredem Testatoris ad æstimationem ut de legato rei alienæ conjunctæ personæ relicto, si quidem dictus legatarius erat similiter nepos dicti Testatoris, dubitatur quid juris.*

Quoad primum caput præsupponitur in facto, quod hujusmodi donatio fuit facta contemplatione matrimonii, & licet de hoc in instrumento donationis verbum nullum, tamen per partem fuit articulatum, & bene probatum, unde oritur, quod licet pars adversa nitatur annullare dictam donationem, sub prætextu, quod dictus Thomas præmississet dicto quondam D. Bernardino donatori donationem prædictam retrocedere, tamen hoc non fuit aliter probatum, imò dato quod fuisset probatum, nihilominus hujusmodi promissio, & pactum esset nullum, & omnino donatio esset irrevocabilis, secundum tradita per *D. de Franch. in dec. 250. Viv. dec. 257. par. 2. Font. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. n. 18. & seq. & n. 71. & seq. & glos. 9. par. 1. in multis numeris, Cancr. var. resol. p. 3. c. 2. n. 209. & seq. & par. 1. c. 8. n. 33. & seq. Thoramirus inter conf. Anna conf. 134. vol. 2. & Menoch. ibidem conf. 137. Molin. de pact. nuptial. lib. 3. sect. 2. q. 3. n. 15. & 20. & q. 6. per totam, Larath. conf. 29. nu. 26. & seq. & conf. 112. n. 12. Amat. conf. 74. Pascal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 4. n. 36. & seq.*

Sileat itaque Gaspar respectu capitis nullitatis donationis, & prætenso pacto nihil tamen etiam quia dato, quod probasset, adhuc donatio esset irrevocabilis, ut diximus, & uti donatio inter vivos, statim fuit facta irrevocabilis, & donator abdicavit à se dominium, ut amplius ad se redeat *Mars. lib. 2. var. riar. resol. cap. 26. numer. 6.* maxime stante

## Tractatus de Privileg. Miserab. Person. 345

stante retentione usufructus, allegat, *l. quisquis C. denat. Tiraq. de jure const. par. 1. num. 2. & par. 3. limit. 1. nu. 4. & limit. 9. nu. 10. & seq. Gomez. ad ll. Tauri l. 45. nu. 63. & seq. Cancr. part. 1. variar. resolut. cap. 8. n. 13. & 54. & Reg. Valenz. conf. 23. nu. 7. & seq. conf. 29. nu. 4. & conf. 79. num. 152. tom. 1. Boer. ad conf. Bitur. tit. 9. num. 1. glos. 1. lib. 1. & seq. Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 3. tit. de mun. poss. in presat. num. 91. & seq. 10. de Amic. consil. 69. numer. 4.*

Quoad secundum caput solutionis æstimationis Casteneti, uti delegato conjunctæ personæ rei alienæ relicto hoc opus hic labor.

Gloriatur pars adversa habere pro se illa notabilia jura passim obvia omnibus in legali disciplina versantibus nempe *tex. in l. cum alienam C. de legat. & §. non solum instit. eod.* maximo factu se extollens habere casum legis expressum, & ideo aliquam juris quæstionem cadere non posse, *l. ancilla C. de fure. & cessare conjecturas, & præsumptiones, l. ille, aut ille ff. de leg. 3. l. continuis §. cum iud. ff. de verbor. oblig.*

Veruntamen revoluto mantello, ut utar verbis *Glos. in l. Papinianus exuli §. sed nec impuberis ff. de minor. facti specie exactè perpensa contrariam sententiam jure magis conformem ac Doctorum opinionem notam, & auctoritate roboratam veriore in infrascriptis appareret,*

Primò animadvertendum est, quod articulus iste an ex legato rei alienæ debeat æstimationem, sicut omnès alii ultimarum voluntatum, pendet præcipuè à verisimili mente testatoris, undè si ex conjecturis apparet, quòd ejus voluntas non fuerit relinquere æstimationem, utique ea non debetur, ut in specie adnotarunt *Soccin. Jun. conf. 74. num. 18. lib. 1. Alciat. conf. 31. num. 44. lib. 9. tit. 11. vers. & quod existimatio, & c. Maref. lib. 1. variar. resolut. cap. 105. n. 15.*

Quod voluntas Testatoris fuerit non deberi æstimationem enixè apparet.

Secundò, quia dictus R. D. Bernardinus tempore, quo dictum legatum fecit dicto Casteneti, debebat omnino ad ipsum spectare, & pertinere dictum Castenetum in illa causa non vera, & præsumptio titulo speciali domini, præsupponens donationem simulatè irritam fuisse cum promissione facta à donatario illam revocandi, ut in articulis pars adversa produxit, quod satis probat *l. cum precum C. de liber. caus. quodque cum sit jus extinctum, & causa non vera, ex legato rei alienæ conjuncto relicto æstimationem non deberi, DD. passim unanimiter fatentur l. sticco in fin. ubi Glos. & Bart. nu. 5. ff. de usufruct. l. Covar. in cap. filius nu. 4. de test. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 12. nu. 4. vers. & hoc sanè & c. Maref. eod. loco num. 8. Glos. in l. si domus §. de evictio, quam sequitur tibi Bart. & Alex. ff. de leg. 1. Crass. in §. legatum quæst. 14. n. 4. & Viv. dec. 417. nu. 10. Insuper ex quo legatarius, & hæres ambo sunt personæ conjunctæ Testatori, cessat dispositio *l. cum alienam, voluit Bal. ibi nu. 9. & in l. cum pater §. evictis, ubi Imol. ff. de leg. 2. Viv. decis. 417. num. 7. & hoc erit pro ferendo fundamentum.**

Tertiò quotiescunque res aliena legatur,

quæ possidetur ab ipsomet Testatore, etiam legata conjunctæ personæ, æstimationem non debetur, ut in casu nostro, Castenetum enim tempore quo fecit Testator dictum legatum ab ipsomet possidebatur, ita Bart. in *alleg. l. cum pater §. evict. n. 2. ff. de leg. 2. Mant. de conject. lib. 9. tit. 9. sub n. 4. & Viv. in alleg. decis. 417. num. 11.*

Quarto æstimationem non debetur, quando testator legans rem alienam declarando processit ut casu nostro, ut ex lectura orationis legati videre est, & fuisse decusum in Rota Romana, refert *Maref. ubi supra nu. 17. & seq.* quasi ex eo appareat ex illa voluntas Testatoris æstimationem non deberi, dum præsupponebat donationem esse nullam, & invalidam, & ideo legaverat dimidiam partem Casteneti, non debet itaque relicto egredi legatum ne effectus egrediatur terminos suæ causæ, contra notata in *l. in agris ff. de acquir. rer. dom. & in l. cancellaverat ff. de his qua in testam. delent. & actus agentium operentur præter eorum intentionem l. non omnes ff. si cert. pet.*

Quinto stringit hanc nostram opinionem quia non sumus in filio legatario, sed in persona extranea, secundum tradita *l. accedit C. de rei uxor act.*

Verfatur maximus amor, quod Testator prosequeretur hæredem, & parva affectio quam habebat erga legatarium, hominem fatuum, nullius iudicii, ut est notorium, & patet, quia fecit donationem de dicto legato Cæsari amore, ut in actis, unde non est verisimile voluisse legare æstimationem in pecunia, quæ servando servari non potest, *D. Ricc. meus Dominus in praxi par. 1. resol. 47. num. 3. & ita verisimiliter respondiisset Testator si interrogatus fuisset, juxta tradita in l. cum tale pactum §. fin. ff. de pact. notat Maref. in relato loco num. 27. & seq.*

Præterea, & Sexto Testator semper præsumitur in quantum minus potest voluisse gravare hæredem, *l. unum ex familia §. si rem ff. de leg. 2. quinimo potius toleratur, ut legatum sit inutile, quam quod Testator censetur voluisse gravare hæredem l. mævius in princ. vers. sanè & c. ff. de leg. 2. leg. quod in rerum §. 1. ubi notat Jaf. num. 1. ff. de leg. 1. Aymon. conf. 32. num. 3. & conf. 167. nu. 14. Cavalc. de usufr. nul. rel. sub nu. 77. ad medium hinc si Testator haberet aliquod jus tantum in re legata, illud tamen legasse censetur etiam si morte esset petitum veluti usufructus, *l. quod in rerum §. 1. l. rerum electione §. cum fundus ff. de leg. 1. Ant. Fab. in C. fab. tit. de leg. defin. 12. & 13. Gomez. lib. 1. var. resolut. c. 12. n. 15. & tom. 2. c. 4. nu. 4. Thes. lib. 1. q. forens. q. 55. Portules de consort. c. 45. nu. 4. & seq. Marefcat. lib. 2. variar. resolut. c. 104. Tiraq. in repetit. l. si unquam verbo totum n. 2. & maxime gravaretur hæres, si illius Casteneti æstimatione solvere compelleretur, si quidem hujusmodi æstimatio absorberet ferè totam hereditatem, cum deductis & deducendis servata dispositione *l. subsignatum §. bonass. de verb. signif. parum, aut nihil remaneret, & sequeretur, quod plus voluisset honorare legatarium, quam hæredem, contra præsumptionem de qua in l. filium §. si portio ff. de leg. præst. latè Mant. de conjectur. lib. 6. tit. 11. nu. 24. & plus oneris quam lucri daret contra notata***

tata per *Bal. in l. sed si suscepit §. 1. in princ. ff. de judic.* & iste modus ponderandi valorem hæreditatis potentissima conjectura est ad interpretandam voluntatem Testatoris, *l. quidam in testamento ff. de leg. 2. Bart. in l. 1. numero 14. ff. eodem, Mant. de conjecl. lib. 6. tit. 12. num. 1.* & in hoc casu ad effectum ne videatur relicta extimatio, scribit *Aret. conf. 155. numero 3. Menoch. de præf. lib. 4. præf. 10. numero 25. Mant. de conjeclur. lib. 9. tit. 10. numero 13. vers. sed admonendi &c. & Marefcot. d. loco numero 23. & seq. d. cap. 105. ubi refert ita fuisse decitum in alma Rota Romana.*

Insuper, & Septimo, quod Testatori legando rem alienam debeatur extimatio, & ex præsumpta, & conjectura mente defuncti, ut diximus, sed in casu nostro apparet de contraria, & expressa voluntate Testatoris, ut in oratione legati, legando dimidiam partem Castneti, & in casu contraventionis to-

tum Castnetum enixa colligitur voluntas, non extimationem sed ipsum Castnetum præf. tari, quod patet ad sensum quem sufficit pro lege, allegare, *l. scire oportet. §. sufficit ff. de excusat. tutor. per tam ampia, & geminata verba, quæ quantum operentur enunciant Alvar. de conjeclur. ment. defunct. lib. 3. cap. 2. numero 2. & seq. Borrell. conf. 1. numero 171. & seq. D. Reg. Valenzuel. conf. 25. num. 58. & seq. tom. 1. Maur. de confess. c. 4. Tiraq. in repetit. l. si unquam in verb. revertatur numero 50. & 51. Rebuff. in repet. l. unic. C. ex delict. defunct. num. 26. & seq. Marc. de Maur. allegat. 63. numero 2. Amat. conf. 1. numero 122. & conf. 7. num. 2. & seq. & conf. 74. numero 24. & seq. ex quibus omnibus ita recollectis & perpenfis, expressa colligitur voluntas Testatoris, non deberi extimationem, sed legatum Castneti, quæ facit cessare tacitum, & præsumptum *l. cum filio §. filio ff. de vulg. & pupill. animadverti. Marefcot. d. loco num. 34. & seq.**

L A U S D E O.





JOANNIS MARIÆ  
NOVARIÏ,

JURISCONSULTI LUCANI,

D E

RESTITUTIONIS INCERTORUM  
ET MALE ABLATORUM PRIVILEGIIS  
TRACTATUS ALTER

S I V E


PRACTICABILIS SUMMULA PRIVILEGIATAM  
Incertorum, & malè ablatorum materiam complectens, in qua com-  
plura eorum in Favorem, in forensi usu quotidiana, & frequentia di-  
lucidè, breviter, exactèque tractantur, & exornantur.

OPUSCULUM SANE SINODALE, ET NOVUM  
*cunctis in Scholis & in Foro tum Ecclesiastico, cum Seculari apprimè  
utile, & conscientis pariter non minus necessarium.*

ACCESSERUNT IN CALCE NONNULLÆ ALLEGATIONES

D. FRANCISCI SEVERINI

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.



LAUSONII & COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & SOCIORUM.

M D C C X X X I X.



# SERIES PRÆLUDIORUM

De quibus hoc in Opusculo.

## PRÆLUDIUM I.

Ablatum quidnam sit, & qualiter intelligatur in hac materia fol. 342 b

## PRÆLUDIUM II.

Malè Ablatum restituendum esse demonstratur fol. ibid.

## PRÆLUDIUM III.

Malè Ablata quando sunt restituenda, & dominus est Absens, cuius expensis admittenda sunt fol. 343 b

## PRÆLUDIUM IV.

Malè Ablata quibusnam restituenda veniant fol. ibid.

## PRÆLUDIUM V.

Malè Ablata si restituantur, nec sequatur confessio, & peragatur penitentia, Num peccatum dimittatur fol. 344 b

## PRÆLUDIUM VI.

Malè Ablata, si restitui dilatentur ab hæredibus, num ex hoc Anima illius, qui abstulit in purgatorio detineatur. fol. ibid.

Finis Præludiorum.

# ELENCHUS PRIVILEGIORUM

Quæ in hoc OPUSCULO collecta fuerunt.

## Privilegium I.

Legatum pro incertis, & malè ablati dicitur pium, & omnibus piæ causæ privilegiis potitur, pag. 345 b

## Privilegium II.

Legatum pro incertis, & malè ablati, ut æs alienum detrahitur. pag. 347

## Privilegium III.

Legatum pro incertis, & malè ablati latissimè interpretari debet, pag. ibid.

## Privilegium IV.

Donatio facta pro incertis, & malè ablati est latissimè interpretanda, pag. 348

## Privilegium V.

Legatum pro incertis, & malè ablati filiorum, legitimum minuit, & ante omnia est præstandum, pag. 349

## Privilegium VI.

Filiorum favor non præfertur legatis factis pro incertis, & malè ablati, pag. 352

## Privilegium VII.

Conditio ( si sine liberis dixerit ) non subintelligitur, quando testator reliquit piæ causæ pro incertis, & malè ablati, pag. 351

## Privilegium VIII.

Uxor prohibita legare marito diviti potest ei legare pro incertis, & malè ablati pro exoneratione suæ conscientiæ, pag. 353

## Privilegium IX.

Favor legati pro incertis, & malè ablati, est potentior favore legati ad piæ causas simpliciter & ideo ambobus concurrentibus præfertur ille legati pro incertis, & malè ablati, pag. ibid.

## Privilegium X.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta Ecclesiæ, vel alteri pio loco pro exoneratione conscientiæ, & pro incertis, & malè ablati, bene valet, pag. 354

## Privilegium XI.

Filius non solvens legatum paternum pro incertis, & malè ablati privari debet legitima pag. 356

## Privilegium XII.

In legatum relicto pro exoneratione conscientiæ pro malè ablati, & incertis contra hæredem debet fieri major interpretatio, quam illa, quæ fit in simplicibus legatis piis, pag. 357

## Privilegium XIII.

Donatio ob supervenientiam liberorum non revocatur ubicumque illa pro incertis, & malè ablati facta est, pag. ibid.

## Privilegium XIV.

Donatio facta à Novitio pro restitutione incertorum, & malè ablatorum absque solemnitate Sacri Concilii Trid. valida est pag. 348

## Privilegium XV.

Legatum factum pro incertis, & malè ablati spatio triginta annorum non prescribitur, 359

## Privilegium XVI.

Segetes, seu victualia seminata, adhuc nec collecta sub legato mobilium continentur, maxime si legatum sit factum pro restitutione malè ablatorum, pag. 360

## Privilegium XVII.

Legata aliqua quantitate pro incertis, & malè ablati si postea aliqua pars dictæ quantitatatis fuerit in vita per testatorem soluta debetur quoque aliud residuum pag. 364

## Privilegium XVIII.

Legata pro incertis, & malè ablati, non comprehenduntur sub statuto, quod de legatis solvatur gabella, pag. 365

## Privilegium XIX.

Legato mille aureorum facto pro malè ablati si non sint tot malè ablata residuum non debet remanere pænes hæredem, sed erogatur in pium usum, pag. ibid.

## Privilegium XX.

Donationes factæ pro incertis, & malè ablati infra quindecim dies à tempore stipulationis locis, quibus factæ sunt, per Notarios denunciari debent legata autem infra idem tempus à die aperturæ testamenti, 366

## Privilegium XXI.

Legatum pro incertis, & malè ablati per alienationem rei legatæ, non censetur revocatum, ibid.

## Privilegium XXII.

Contractus factus à muliere, vel alia persona prohibita contrahere absque aliqua solemnitate valet, si fuerit factus pro malè ablati, & incertis ad exonerationem conscientiæ, quamvis solemnitas à statuto requisita non fuerit servata, 367

## Privilegium XXIII.

Legata pro incertis, & malè ablati debentur, quamvis malè ablata aliter content, quam testatoris assertione, pag. ibid.

## Privilegium XXIV.

Donatio pro incertis, & malè ablati excedens summam quingentorum aureorum valet, & si fuerit facta absque insinuatione, pag. 368

## Privilegium XXV.

Fructus rei legatæ pro incertis, & malè ablati debentur à die testatoris, pag. 369

## Privilegium XXVI.


Donatio facta alicui Hospitali pro incertis, & malè ablati revocari nequit sub prætextu, quod in gratitudinem receperit ab Administratoribus, vel Oeconomis, pag. 370

H h 2

Privile-

## Elenchus Privilegiorum.

- Privilegium XXVII.*  
 Confessio facta in testamento in favorem piæ causæ pro incertis, & malè ablati, dicitur potius ex causa necessaria, quàm voluntaria, pag. 371
- Privilegium XXVIII.*  
 Legatum pro incertis, & malè ablati confessati debiti vim habet, & ideo est irrevocabile *ibid.*
- Privilegium XXIX.*  
 Modus appositus in donatione facta pro incertis, & malè ablati non censetur causa finalis donationis factæ pag. 372
- Privilegium XXX.*  
 Dispositio facta pro incertis, & malè ablati dicitur potius facta ex causa necessaria, quàm voluntaria; 373
- Privilegium XXXI.*  
 Damnati ad mortem naturalem possunt testari pro restitutione incertorum, & malè ablatorum ad exonerationem eorum conscientiarum pag. *ibid.*
- Privilegium XXXII.*  
 Damnati ad mortem civilem possunt testari pro incertis, & malè ablati, pag. 374
- Privilegium XXXIII.*  
 Legatum factum pro incertis, & malè ablati in genere, non expresse legatario, vel loco, cui legavit, est validum, & debetur Ecclesiæ matricis loci in quo residet testator, pag. 375
- Privilegium XXXIV.*  
 Tacita pupillaris substitutio contenta in vulgari expressa, quando est substituta pia causa pro incertis, & malè ablati excludit matrem pag. *ibid.*
- Privilegium XXXV.*  
 Legatum factum pro restitutione malè ablatorum, non diminuitur, licet legata transcendant vires hæreditatis. pag. 376
- Privilegium XXXVI.*  
 Loca pia, vel pauperes, quibus malè ablata restituenda sunt adversus exequutorem possunt agere, pag. 377.
- Privilegium XXXVII.*  
 Confessio absque causa pro malè ablati ad exonerationem conscientie valet, pag. *ibid.*
- Privilegium XXXVIII.*  
 Exceptio non numeratæ pecunie, non admittitur adversus confessionem, facta pro incertis, & malè ablati in articulo mortis, pag. 379
- Privilegium XXXIX.*  
 Confessio uxoris pro exoneratione conscientie viri circa aliquid malè ablatum nocet pupillis & re-velat creditorum, pag. 380
- Privilegium XL.*  
 Legatum factum pro incertis, & malè ablati debetur ab hærede non obstante, quod sit intra tempus conficiendi inventarium, pag. *ibid.*
- Privilegium XLI.*  
 Mulier, quæ intercessit pro exoneratione conscientie viri mortui, non juvatur Vellejano pag. 381
- Privilegium XLII.*  
 Revelatio facta à filio contra patrem vigore litterarum monitorialium excommunicationis valet, ubi tendit ad exonerationem conscientie quia agitur de malè ablati factis à patre pag. *ibid.*
- Privilegium XLIII.*  
 Actio oritur ex pollicitatione facta pro incertis & malè ablati pag. 382
- Privilegium XLIV.*  
 Legata relicta pro malè ablati testamento nullo ob præsentationem filii, quem testator ignorabat se habere debentur, pag. 383
- Privilegium XLV.*  
 De legatis factis pro incertis, & malè ablati pro exoneratione conscientie non detrahitur quarta ab Episcopo pag. *ibid.*
- Privilegium XLVI.*  
 Confessio facta pro malè ablati etiam parte absente habet vim debiti confessati, ita quod prodest absenti, & probat debitum, pag. 384
- Privilegium XLVII.*  
 Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam favore legatorum pro incertis, & malè ablati, commodè fit, pag. 385
- Privilegium XLVIII.*  
 Pro restitutione rerum malè ablatorum, hypoteca tacita inducitur super bonis illius; qui res illas abstulit, quæ hypoteca præfertur omnibus aliis privilegiatis creditoribus, pag. 386
- Privilegium XLIX.*  
 Res censui subjecta legata pro incertis, & malè ablati eorum favore absque onere relicta censetur, 387
- Privilegium L.*  
 Confessio dubia in favorem incertorum, & malè ablatorum interpretari debet, p. 388
- Privilegium LI.*  
 Legatum factum pro salute animæ, censetur factum pro malè ablati, & restitutione faciendâ, pag. *ibid.*
- Privilegium LII.*  
 Testatore mandante restitui debitum ex incertis & malè ablati pro exoneratione conscientie si fuerit præscriptum, non potest hæres opponere præscriptionem, pag. 389
- Privilegium LIII.*  
 Falcidia non detrahitur de legatis factis pro incertis, & malè ablati ad conscientie exonerationem, 390
- Privilegium LIV.*  
 Statutum, quod mater non testetur de bonis stabilibus, non urget, quotiescunque testaretur pro restituendi incertorum, & malè ablatorum, pag. *ibid.*
- Privilegium LV.*  
 Legata pro exoneratione conscientie ex causa incertorum, & malè ablatorum factum in primo testamento, non revocatur per secundum testamentum, in quo nulla fit mentio exonerationis conscientie, pag. *ibid.*
- Privilegium LVI.*  
 Episcopus est iudex competens, & exequutor legatorum factorum pro restitutione illicitè acquiritorum, & malè ablatorum, pag. 392
- Privilegium LVII.*  
 Casus respicientes favorem legatorum, vel donationum pro incertis, & malè ablati factorum non comprehenduntur sub generali dispositione, neque sub speciali eis domum afferente, pag. 393
- Privilegium LVIII.*  
 Dos in fideicommissi bonis solvi non potest quando pia causa esset substituta pro malè ablati, pag. *ibid.*
- Privilegium LIX.*  
 Usurarius pro incertis, & malè ablati potest testari, pag. 394
- Privilegium LX.*  
 Mutus, & Surdus bene valent testari pro restitutione malè ablatorum pag. *ibid.*
- Privilegium LXI.*  
 Proculus, & is cui honorum administratio interdicta est ad exonerationem conscientie pro restitutione malè ablatorum testari potest, pag. 395
- Privilegium LXII.*  
 Testamentum sive Codicillus, quamvis sint facta absque tribus luminibus de nocte valent favore incertorum, & malè ablatorum, pag. *ibid.*
- Privilegium LXIII.*  
 Solemnitates Juris Civilis non requiruntur in Testamento facto ad exonerationem conscientie pro restitutione incertorum, & malè ablatorum, pag. *ibid.*



J O. M A R I Æ  
 N O V A R I I J. C.  
 L U C A N I  
 D E  
 R E L I C T O R U M E X C A U S A  
 M A L E A B L A T O R U M P R I V I L E G I I S  
 P r a c t i c a b i l i s T r a c t a t u s.

P R O O E M I U M.

S U M M A R I U M

- 1 **A**varitia omnium malorum Mater, & radix.
- 2 Testatores in ultima vita elogio solent facere legata pro malè ablatis.
- 3 Malè parta, malè dilabuntur, nec illis gaudet tertius heres.
- 4 Malè Ablatorum Materia practicabilis est.
- 5 Operis divisio datur ab Auctore.



U M avaritia omnium malorum mater, & radix. *Auth. in Judices sine quoque suffragio 2. 1. imò illorum radix, cap. bonorum 47. distinct. glos. in cap. quia radix de penitent. distinct. 2. eo creverit in hominibus, ut contra jus, fasque quotidie in proximi perniciem committantur multa, quæ deinde ex conscientie stimulo in hujus labentis vitæ exitu restitutione reparari solent, quia videmus Testato-*

res, legata, & donationem pro incertis, & malè ablatis facere, idque in dies practexor, duplici quidem de ratione, tum ad se extorrandos, & nè eorum vexentur animæ, tum etiam, quia experientia sciunt malè parta, malè dilapidari, & illis non gaudere tertium heredem, ut ex Paulo Apostolo probat Cardin. *Tusc. pract. conclus. tom. 5. litt. M. concl. 25.*

Undè hæc sanè materia in frequenti usu reposita apparet, estque multum quotidiana, & practicabilis, Notarius præsertim, Mercatoribus, Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, Negotiatoribus, & similibus in hoc avarissimo vivendi genere.

Consideravi propterea aliqua utilia conscientis pariter, & auribus delectabilia, circa illius privilegia discutere.

Cæterum solito inherendo stylo, & ne ab insituta serie: qua in aliis operibus usus sum, desistere videar, illam igitur proseguendo Tractatum istum, in duos sejungere sectiones consultò arbitratus sum.

O P E R I S D I V I S I O.

**I**N prima inquam nonnulla præludia generalia, pro eisdem materiæ enucleatione reportabo.

In secunda autem casus, in quibus hujusmodi malè ablata sint privilegia singulatim (Deo Optimo Maximo favente) reponam.

# SECTIO PRIMA

INQUA NONNULLA PRACTICABILIA PRÆLUDIA  
generalia, ad materiam spectantia utiliter recensentur.

## Prælidium I.

### ARGUMENTUM.

Ablatum quid nam sit, & qualiter intelligatur in hac materia.

### SUMMARIUM.

- 1 Nominis origo est in primis agnoscenda atque sequam ad materiam enucleationem deveniatur.
- 2 Ablatum quod dicitur & n. 3. & 5.
- 4 Ablatum verè, vel virtualiter quando dicatur.
- 6 Legatum pro incertis, & malè ablati, quando dicatur.

**E** St quidem nobis tradita regula in cuiusque rei, qua de agitur materia, ejus in primis, nominis cognoscendam originem, ut in l. 1. ff. de just. & jur. ubi de jure acturus Ulpianus sic exorditur *Juri operam daturus, prius noscere oportet, unde nomen juris descendat.*

Quare ejusdem vestigia sectando, Ablati nomen enucleare necessarium esse, ante omnia duci.

- 2 Ablatum igitur nuncupatur, quod manibus peremptum arripitur, *Rom. conf. 164.* ubi bona *Additio Card. Tusc. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 31.*
- 3 Et Ablatum in hac materia dicitur omne illud, quod verè, & virtualiter auferitur, quo casu ostenditur justitia commutativa *Cajet. 2. 2. quest. 62. art. 6. Sor. de just. & jur. lib. 4. quest. 6. artic. 1.*
- 4 Verè ut si quid furto, rapina, & similibus auferatur; virtualiter ut si quid injustè retineatur, *cap. saepe de restit. spoliar.* vel si debitorum purum, & simplex non solvatur juxta modos de quibus per *Navarr. in man. cap. 17. à num. 12.* Vel tandem si aliquod jus probabilitè speratur, & ita in re, vel ad rem impediatur, ut in *cap. fin. de sepult. & in cap. in literis, de Raptorib.* & in aliis speciebus, de quibus apud eundem *Navar. in man. cit. c. 17. n. 69. & 71.*
- 5 At *Caroc. decis. 7. num. 11. ca.* quæ per vim Testator abstulit, malè ablata appellat, imò quovis modo extorta, sub aliquibus figmentis, cavillationibus, & deceptionibus, malè ablata dici posse asseverat, sicque pluries practicatum vidisse testatur, subjungens ulterius legatum (pro incertis & malè ablati) tunc dici, quando personæ incertæ esset

restituendum, secus si personæ certæ, licet vera esset creditor, allegat *Roman. in cit. conf. 164.*

## Prælidium II.

### ARGUMENTUM.

Malè Ablatum restituendum esse demonstratur.

### SUMMARIUM.

- 1 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum & num. 2.
- 3 Reatus ad penam æternam insurgit ex violatione justitiæ.
- 4 Restitutio necessaria est necessitate præcepti.
- 5 Restitutio an sit facienda, quando res perita.
- 6 Restitutio est facienda statim.
- 7 Paupertas excusat à restitutione.

**A** Perti juris est minimè dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum ad *lex. in c. peccatum de regul. jur. in 6. cap. 1. 14. quest. 6. cap. qui repit. 14. quest. 5. cum tu de usur.*

Probatur *Ezechiel. 33.* Ibi, (Non permittitur venia, nisi rapina reddatur,) & ex *Matth. ad Roman. 14.* Ibi, (Reddite omnibus debita, & *Tobia 2.* Ibi, si furivus est, non licet nobis de eo aliquid edere, aut contingere.)

Et in terminis malè ablatorum *Card. Tusc. pract. conclus. lit. R. conclus. 303.* affirmat, quod nisi furtum, rapina, usura exacta, & cætera malè ablata restituantur peccatum non dimittitur.

Assignatur conclusionis ratio, quia reatus ad penam æternam, qui insurgit ex violatione commutativæ, non aliter admittitur, quam si id, quod verè, aut virtualiter ablatum est, restituatur, ut constat ex præcepto decalogi, de quo *Exodi. 20.* (Non furtum facies,) in eo etenim implicet, & reductivè continetur aliud præceptum, licet formaliter sit distinctum, de restituendo ea, quæ contra justitiam commutativam verè, aut virtualiter auferuntur *D. Th. 2. 2. quest. 66. artic. 3. Ledesma 2. 4. quest. 18. art. 2. Sor. de just. & jur. lib. 4. quest. 6. art. 2.*

Unde restitutionem necessariam esse necessitate præcepti asseverant *Valent. tom. 3. disp. 5. quest. 6. punct. 2. 2. quest. 62. artic. 2. controvers. 1.* ubi etiam *Aragon. Lessina*

# Tract. de malè Ablat. Privileg. 343

*Lassus de just. & jur. lib. 2. cap. 7. dubi. 10. Rebel. de oblig. justit. lib. 2. q. 1. numero 4. Sair. in clavi Regia lib. 10. tr. 1. c. 3.*

Etiam, si res ablata perierit sine culpa sua *Glos. in d. c. peccatum*, nam ille, qui furto, vel rapinâ, seu aliâ injusta acceptatione rem habuit alienam, cujus dominium non acquisivit, tenetur eam domino restituere, non tantum ratione rei acceptæ, sed ratione injustæ acceptationis, aded quod si res illa sic ablata pereat, etiam absque levissima culpa ejus qui illam detinet, sed fortuito, tenetur nihilominus restituere, quia qui sic accepit, à die acceptationis dicitur esse in mora, unde ipsi imputatur omnis casus fortuitus *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. Medin. in C. de restit. q. 6. Silvestr. in summa in verbo furtiva, q. 16. Sot. de justit. & jur. lib. 4. q. 7. art. 2. Vasquez in opusc. de restit. c. 5. §. 1. dub. 11. numero 64. & 65. dicens numero 66. quod, si res perit eo modo, quo erat peritura pones dominum, & ita mortaliter intelligeretur futurum, tunc non teneretur fur, vel alios, qui injustè illam acceperat, & detinebat, aliquid domino satisfacere pro re perempta.*

Statimque restitutio facienda est quippe cum restituendi præceptum in septimo Decalogi comprehendatur, & ad semper, & pro semper obliget, quamvis enim præceptum de restituendo sit affirmativum, quia tamen à negativo derivatur, & in eo continetur, ad semper eo modo negativum, à quo derivatur, & in quo includitur, obligat; restituentique præceptum negativum est, quatenus tacitè, & virtualiter non tenere alienum, invito domino jubet, ita *Cajet. in summa, restit. §. 6. Sot. de just. & jur. lib. 4. quest. 7. art. 4. Guierrez canon. quest. lib. 2. cap. 40. numero 1. Molin. de just. & jur. lib. 3. tract. 2. disput. 716. numero 3. & 4. quos cum aliis refert, & sequitur Alvarez de Valasco in tract. de privileg. pauper. q. 27. par. 1. ubi excipit regulam, quando restituere debens esset facienda, quia paupertas à restitutione statim facienda, eum, qui animum restituendi deliberatum habet, excusat, cap. 1. 14. quest. 6. c. quamquam, de usur. in 6. & ibi *glos. latè Rebel. de obligat. justitia lib. 2. quest. 17. sect. 4. ubi testatur de communi.**

quod expensis ejus, qui injustè rem accepit, & detinet, restituenda est, & remittenda ad Dominum ubicunque fuerit, *Silvestr. in summa in verbo restitutio il quarto. §. fin. Hostiens. de usur. §. pena, Covarr. in cap. peccatum de reg. juris numero 7. Vignat. de usur. num. 235. Læpius in ejusdem nomin. tr. comment. 3. §. 2. numero 47. Bertazol. conf. crim. 438. numero 10. Rebel. de just. & jur. lib. 4. q. 13. num. 7. sect. 2. Sot. de just. & jur. lib. 4. q. 7. art. 3. Cajet. in 2. 2. q. 62. art. 5. Vasq. opuscul. de restit. c. 10. dub. 10. numero 26. juxta quorum sententiam consulti à quodam Reverendo Confessario, respondimus, in anno 1626. de Mense Februarii.*

Quam sanè conclusionem veram esse prædicamus, sive debitor, sive creditor à loco recesserint, *Binsfeld. in cap. cum tu, q. 9. concl. 4. de usur. Rebel. de just. & jur. loc. cit. Villagut. de usur. q. 30. concl. 1. & 2. ubi concl. 3. ait, quod tunc subduccendæ essent expensæ, quas in deferendo fecisset creditor si rem habuisset, sequitur Ugol. in ejusdem nominis tr. cap. 19.*

Prout si rei pretium expensæ superent, sitque res magni momenti, suis expensis illam mittere tenetur debitor, quoniam propria malæ fidei possessoris fraus in veri Domini præjudicium prodesse minimè debet, *Binsfeld. memor. q. 9. concl. 6. qui concl. 5. enarrat, quod si magni momenti non esset res, ejusque pretium superarent expensæ, tunc si diligenti facta inquisitione ignoretur, ubi creditor sive ejus hæres essent, pauperibus bene debitum distribui posset, prout etiam sequuntur *Authoris* mox citati, qui pariter affirmant, quod si sciverit debitor, ubi extortus creditor reperiretur, non sufficere debitum pauperibus, aut pijs locis assignare, sed tuto in loco deponendum erit, ut conservetur pro eo, cui significari debet ex *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. addimus Rebel. de just. & jur. d. q. 13. lib. 2. num. 7. sect. 2.**

Et si extortum illud secum creditor à loco, quo deceffit, non detulisset, sed illic vendidisset, propriis expensis pretium illic transmittere debet, cuius extorta res erat, omneque damnum, quod ex carentia illius rei spoliatus sustinuisset, licet quando res extaret, res, illam propriis expensis mittere esset obligatus, *Villagut. in cit. tr. de usur. q. 30. concl. 4. & cum fructibus, si forte res fuisset fructifera, quoniam fundi per usuram acquisiti fructus non fecit suos, Card. Tusc. concl. 249. n. 9. lit. V. Rebel. de just. & jur. q. 15. n. 2. lib. 8. par. 2. ubi tamen firmat lucrum ex re usu consumptibili restituere non debere, quod pariter annuit *Spin. in spec. testam. rubric. 13. num. 29. & Ego dicebam in causæ Annæ Sancinæ cum Martino Bonacore in anno 1626. de Mense Julii.**

## Præliudium III.

### ARGUMENTUM.

Malè ablata quando sunt restituenda, & Dominus est absens, cujus expensis admittenda sint.

### SUMMARIUM.

- 1 Restitutio expensis cujus sit facienda, & vide de n. 2. ubi ampliatur conclusio, & n. 3.
- 4 Fraus mala fidei possessoris prodesse non debet.
- 5 Locum ex re usu consumptibili non restituitur.

Quoties bona malè quæsitâ, & ablata veniunt restituenda, & illorum Dominus fuerit absens, dicendum est, *Jo. Maria Novari Tract. de Privil. Tom. II.*

## Præliudium IV.

### ARGUMENTUM.

Malè Ablata quibusnam restituenda veniant.

### SUMMARIUM.

- 1 Restitutio est facienda veris dominis.

Ii 2

2 Resti-

2 Restitutio debet fieri ei, à quo fuit malè ablatum si sit certa persona, nec pauperibus tunc fieri potest n. 4. sed quando secus n. 5. & 6.

3 Restitutio est actus commutativa justitiæ.

1 Firmanda est conclusio, ut aliis quam veris Dominis, eorumvè hæredibus, & legitimis successoribus sordida, & malè quæsitâ restituenda non sunt, c. cum tu de usur. cap. reintegranda 3. q. 1. c. gravis de restit. spoliat. cap. sicut §. eos de homicid. D. Thom. 2. 2. q. 26. artic. 5. Pacian. de prob. lib. 1. c. 66. n. 125. Ugol. de usur. c. 18. Magdal. de num. testi. in testam. requisit. cap. 2. num. 78. p. 2. Peck. de testam. conjug. c. 22. lib. 1. Lopez. in lib. 2. tit. 15. par. 6. Rebell. de justit. & jur. lib. 2. tit. de restit. q. 11. sect. 1. Card. Tusch. concl. 352. lit. V. & concl. 31. lit. A. ubi quod restitutio

2 debet fieri ei, à quo fuit malè ablatum, si sit certa persona, sive eorum Dominus sit persona Ecclesiastica, sive sæcularis, modo sit dispensatrix, & non dissipatrix sive etiam Dominus non sit, sua intersit honesta ex causa rem non esse sublatam, quia nempe in ea pignoris jus habebat aut usum, vel aliquid hujusmodi, ad text. l. is cujus ff. de furt. Silvest. in summa in verb. restitutio il quarto, Grass. in decis. Aur. cap. 128. lib. 2. par. 1.

3 Si quidem cum restitutio sit actus commutativæ justitiæ, qua res accepta restituitur, vel damnum illatum compensatur ei, cui debetur, ut apud Bonacin. recenter in tract. de contract. & rest. disp. 1. q. 1. & per eam æqualitas constituitur inter personas inæqualia habentes, ut constat ex Peregrin. in suo tract. de duel. quest. 39. num. 9. & seq. & voluit Grass. d. cap. 128. num. 2. igitur legitimè constitui nequit, nisi eidem id reddatur, quod fuerat ei ablatum.

4 Unde nec pauperibus, vel aliis piis locis restituere sufficit, si certi sint, quibus restitui illa oportet, cap. sicut dignum §. eos de homicid. cap. in literis de rapt. quæ jura adducit Peck. in tract. de test. conjug. lib. 1. d. c. 22. num. 2. & ita sensière Bart. in l. 1. C. de sacros. Eccl. Gem. conf. 20 Lap. alleg. 75. num. 5. Abb. conf. 80. vol. 1. Bursat. conf. 226. n. 105. Ugolin. de usur. cit. c. 18. num. 1. Card. Tusch. concl. 352. num. 1. & seqq. lit. V. firmans concl. 349. num. 19. quod si certi sint, quibus restitui usuræ debent nec Episcopus, imò Papa dispensat, quin revolvat, ante eum Abb. conf. 34. vol. 1. quare omnem adhibendam esse diligentiam, ut veri Domini sciantur asseverarunt Archidiaconus in c. non sanè num. 14. qu. 5. & Binsfeld. in d. c. cum tuq. 7. concl. 4. & seq. de usur. asserens concl. 2. ut nec de rebus furto subtractis elemosina scienter fieri permittatur quod pariter approbârunt Villagut. de usur. q. 30. concl. 4. & 5. Rebell. de justit. & jur. q. 14. num. 4. lib. 8. spectatq; ad singulos non de alieno, sed de suo elemosinam elargiri, ut apud Mart. decis. Rot. Pisan. 205. num. 8.

5 Benè verum, ubi certus esset Dominus, & difficilis ad eum accessus, vel cum periculo, aut scandalo, in tali casu restitutio non prohibetur fieri pauperibus, & his magis, qui in loco sunt ubi res subtracta est, quam extraneis, ut novè tutatur Azor. instit. moral. par. 3. lib. 5. c. 11. q. 15. & ante eum Ugolin. d. usur. de cap. 18. §. 2. Grass. in dec. aur. cit. cap. 128. n. 12.

Prout etiam quando ablatæ rei Dominus reperiri nequit locis piis eroganda esse probatur in d. cap. cum tu, ubi Binsfeld. conclus. 3. q. 6. & in cap. quanquam de usur. traditque recenter Giurb. post. hæc scripta visus in comment. ad consuet. Messan. cap. 2. glos. 12. num. 2. par. 1. ubi residet in opinione esse illis tradenda in beneficium animæ, cujus res erat; ex Abb. conf. 34. lib. 1. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 6. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 66. num. 125. Spin. de testam. rub. 13. n. 24. & aliis, firmans pariter d. glos. 12. n. 35. quod si facta ab exequutore pauperibus restitutione compareat Dominus, si fuerit facta diligentia pro illo repudiando, & fuerit convenienti tempore expectatum iterum ad solvendum non cogitur; ex Ugolin. de usur. d. c. 18. §. 2. nu. 6. Lopez. in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 65. num. 61. quamvis conditione sine causa repeti illud posse à pauperibus concludant alii apud Franc. in d. c. fin. in glos. satisfieri, de usur. in 6. Federic. de sen. conf. 153. Ugolin. ubi supra qui scribit melius forsitan esse pio loco sordidum id dare, cum clausula, quod si fortè Dominus apparet, ipsi restituisset.

#### Preludium V.

### ARGUMENTUM.

Malè ablata si restituantur; nec sequatur confessio, & peragatur penitentia, Num peccatum dimittatur.

### SUMMARIUM.

1 Restituens malè ablatum non dicitur absolvens nisi confiteatur peccatum. Et Ratio qua sic n. 2.

Regula illa quod peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum, de qua sulo sermone supra in Preludio 2. suam recipit declarationem, ut etiam facta restitutione illorum quæ ablata fuerint minime remittatur peccatum, & peragat penitentiam, ut probat Card. Tusch. pract. conclus. lit. R. conclus. 303. num. 3. & communis Theologorum Schola docet.

Justificatur hujusmodi assumptum, & axiomatè, quia confessio contra Deum, & contra proximum committitur ex furto, rapina; & similibus, & propterea ultra satisfactionem requiritur contritio, & confessio, Franc. in cap. peccatum num. 4. de reg. jur. in 6. Federic. de sen. conf. 18. col. fin. & conf. 22. num. 2. in fin.

#### Preludium VI.

### ARGUMENTUM.

Malè ablata, si restitui dilatentur ab hæredibus, num ex hoc Anima illius, qui abstulit, in Purgatorio detineatur.



# Tract. de male Abblat. Privileg. 345<sup>b</sup>

## SUMMARIUM.

- 1 Restitutio male ablatorum post mortem penitentis non liberat à pena in alio seculo purganda, nec absolutionis dilationem ab hærede facta Anima in Purgatorio detinetur.
- 2 Pena Purgatorii est temporalis.
- 3 Differentia inter Purgatorium, & Infernum datur.

**E**X multis quidem turatur *Sot. de just. & jur. lib. 4. quest. 6. art. 1.* quod restitutio male ablatorum post Mortem penitentis non liberat à pœna in alio sæculo purganda, nec propter ipsius solutionis dilationem Anima in Purgatorio detinetur, sicque communi calculo per Theologos habemus receptum in *4. dest. 16.* probârunt *Novarr. in man. cap. 17. nu. 68.* & *Cardin. Bellarmin. de Purgat. lib. 2. cap. 16.* Quæ sanè opinio venit omninò amplecten-

da, aliàs iniqua esset lex divina, quæ statueret Animam defuncti in gratia decedentis ex culpabili mora hæredum de non restituendo in Purgatorio detingri.

Præterea, quia ex eadem mora culpabili, pœna Purgatorii temporalis, natura sua, fieret æterna, non ex propria defuncti, sed hæredum culpa, & consequenter Purgatorium eidem animæ redderetur infernus, cum pœcipua inter utrumq; differentia ex perpetua, vel temporali temporis diuturnitate, quod atinet ad pœnalitatem desumatur, & est de fide, eliciturque ex *Sac. Conc. Trid. sess. 6. can. 30.* fateatur *Divus Bonaventura in 4. pist. 20 nu. 34.* ubi *Ovan. proposit. 4. distin. 44. quest. 18*

Et hanc opinionem latius novissimè probat *Barbos. in cap. peccatum, de reg. jur. in. 6. numer. 7.* ubi *num. 8.* respondit ad *text. in cap. in literis, de Raptorib.*

Finis Sectionis primæ, & Præludiorum.

# JO. Mariæ NOVARII

J. C. LUCANI

## De Malè Ablatorum Privilegiis.

### SECTIO SECUNDA

Continens casus, in quibus pro malè ablatis Relicta Privilegiata reperiantur.

#### PRIVILEGIUM I.

#### ARGUMENTUM.

Legatum pro malè ablatis, dicitur pium, & omnibus piæ causæ privilegiis imò majoribus potitur.

#### SUMMARIUM.

- 1 Pia causa quorupliciter consideretur, & num. 7. & 11.
- 2 Leges favent judiciis testatorum quæ quidem semper prædominantur, num. 5.
- 3 Judicia hominum exitum habere publicè interset, & ideo servanda sunt, num. 4.
- 6 Voluntas testatoris, nec à Principe subverti potest, licet bene a Papa, qui illam in totum destruere valet.
- 8 Dos dicitur pia causa, & omnibus piæ causæ prærogativis fruitur, num. 9. Item, & fisci privilegiis potitur, num. 10.
- 12 Legata pro incertis, & malè ablatis, in piæ causam relicta dicuntur, & potuntur privilegiis piæ causæ. num. 13.

**R**Egulam firmo, piæ causam tripliciter in jure nostro considerari posse, largissimè scilicet, largè, & stricte.

Largissimò inquam consideratur, ubi humanitatis intuitu favor aliquis à jure adhibetur; ut circa deficientium voluntates testamentaque; *Jo. Maria Novarii Tract. de Privil. Tom. II.*

contingit, *cap. fin de re jud. l. si pars ff. de inoffic. testam.* cum enim ad ipsorum morientium voluntates amplius non redeat arbitrium, *l. 1. C. de sacros. eccles. merito leges humanitatis, ac pietatis intuitu instantium judicium favoribus prosequuntur, l. in conditionum ff. de condit. & demonst. l. fideicommissa §. item si quis ff. de leg. 3.* undè illud oritur axioma, vestigia testatorum semper esse sectanda, ut in *l. eum quidam C. de neces. serv. hæred. instit. quæ si perspicua sint, non est exquirenda ratio, cur ita senserint aut ita voluerint, cum sufficiat pro ratione voluntas, §. disponat auct. de nup. Binius consil. 266. Prat. de in interpr. ult. vol. lib. 5. interpr. 1. dub. 1. & plenè *Card. Mantica de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3.* publicè enim expedit suprema hominum judicium exitum habere, *l. vel. negare ff. quemadm. testam. aper. Spin. de testam. glos. 38. num. 5. & 6. Galvan. conf. 47. num. 7.* idèò servandam eam dicimus *cap. tua nobis de testam. l. cum antiquitas, & l. si testamentum, ubi Castrensi & Corn. C. detestam. §. si quis autem collat. 1. aut bene, de hæred. & falcid. piumque est, non irati, & tanquam pium deber essequi jura clamant ad text. in l. contra voluntatem C. de testamen. manum. Covar. in cap. cum eses nu. 12. de test. Valasc. decis. 183. num. 4. Galvan. in l. gallus in princ. cap. 4. nu. 134. ff. de liber. & posthum. Bursat; conf. 226. num. 22. Morot. conf. 92. nu. 18. Burz. conf. fin. n. 186. Card. Tusch. conclus. 90. n. 12. lit. T. etiam in dubio *Eugen. conf. 25. nu. 14. Honded. conf. 77. n. 54. vol. 1. Turret. conf. 73. vol. 3. Cavagnol. conf.***

conf. 62. num. 58. vol. 2. Men. de pres. lib. 4. pres. 141. n. 40. Cavalc. decis. 3. nu. 10. par. 3. Mant. de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. tit. 6. nu. 4. Borrell. conf. 44. num. 40. centur. 1. ita quod conjecturatum testatoris voluntatem semper prædominari fatentur, *Bo-logniet. conf. 15. n. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 28. Pancrol. conf. 59. num. 32. Alvarat. de conjecturat. ment. defunct. lib. 1. cap. 4. nu. 28. Surd. decis. 210. nu. 15. Marta decis. 178. nu. 5. Randonf. variar. resol. lib. 1. resol. 37. num. 89. qui in tract. de analog. cap. 34. numer. 117. § 124. firmavit, ut eam nec Princeps subvertere possit, vide latè per eundem decis. Rot. Pisân. 44. Alban. consil. 143. Socc. Jun. conf. 65. n. 11. vol. 2. Menchac. lib. 1. controu. jur. c. 12. Sarriem. select. lib. 1. c. 8. Peregr. de fidei commiss. art. 52. Monat. conf. 31. n. 24. vol. 2. Petra de potest. Princip. c. 24. n. n. 19. Maiteheac. de legat. c. 22. Fachin. controvers. jur. lib. 8. c. 63. Card. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 9. Cástil. controvers. jur. lib. 2. c. 28. ubi alios citat *Marescott. var. resol. lib. 12. resol. 88. n. 5. ubi bene tractat, si Princeps testatorum voluntatem circa fideicommissa, & majoratus, possit mutare, alterare, vel illis derogare, quinimò nec alterare, l. si testamentum C. de testam. de quo latius D. Reg. Tapia decis. supremi Senatus Italiæ 20. nec non videndus in materia *Monet. in suo tr. de commut. ultim. volunt. c. 5. q. 3. quod speciale est in Papa, Clem. quia contingit. de relig. dom. Genuen. in praxi c. 19. Grass. de arbit. confess. c. 69. lib. 2 & noviter D. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 171. par. 4. qui plura cumulat circa materiam, & intellectum disci tex. qui quidem Papa non solum alterare poterit voluntatem testatoris, sed etiam illam abrogare & in totum destruere, ut apud *Phab. de c. Lusitan. 37. n. 9. tom. 1. ita ut derogatio juris quaesiti, non est necessaria in commutatione, vel derogatione voluntatis per Papam facta, ut plena manu tutatur, Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 458. ubi etiam quod citatio non requiritur, quando Princeps, & sic Papa aufert jus alterius ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, vel cum clausula non obstantibus de qua materia latius videndus est *Moneta in speciali tr. de commut. ult. volunt. c. 7. q. 2. 3. § 4.*****

7 Large autem causa pia dicitur, si mulierem pauperem respectu ejus dotis respiciat: animæque favor versatur, cum enim dotis causa præcipua, & favorabilis ubique sit, quia per eam ad matrimonium devenitur, sicque civitatis liberis hominibus repletur, ita ut ex hoc publicus in ea favor versatur, l. 1. ff. solut. matr. l. 2. ff. de jure dot. l. 2. ff. de privil. cred. l. hoc legatum, ff. de condit. § demonstr. hinc dotis jura a usum explicitè favorabilem appellari, probatur in c. fin. de sent. § re judic. eademque ratione ipsam piam causam esse cautum est, in l. cum is, §. si in ea, ff. de condit. indeb. & ultra antiquiores tradiderunt *Cened. in suis quest. canon. c. 27. Illust. Episcop. D. Ricc. in decis. Cur. Archiepiscop. hujus inclitæ Civitatis Neap. 206. n. 3. p. 2. Molfes. in summa tract. 12. de contradit. cap. 16. num. 47. § tract. 13. cap. 15. n. 160. in tit. de ult. volunt. par. 2. Mangilius in suo tract. de imput. § detract. legitim. quest. 120. num. 28. Genuens. in practicab. Eccles. quest. 252. Monet. de com-*

mut. ult. volunt. cap. 4. qu. 2. n. 43. unde illam omnibus piæ causæ prærogativis gaudere fatentur, *Mascard. in tract. de prob. concl. 1176. nu. 24. § Marta in l. 1. art. 4. n. 21. ff. solut. matrim. nam ejus causa in jure semper, & ubique præcipua est, l. 1. ff. solut. matr. & noviter prosequitur *Rodrig. in tr. de commut. credit. p. 1. art. 1. pag. 22. prout in sisco prius passibus ambulare statuit *gles. in l. 2. C. de privil. fisci. § in l. dotis sua C. de jur. dat. & probavit *Bar. in l. 1. n. 26. ff. solut. matr. ubi etiam *Parpal. n. 36. Soccin. Jun. n. 260. § *Barbos. in 7. par. n. 16. Card. Mant. de tract. § ambig. conven. lib. 11. tit. 25. n. 3. & noviter *Modernus *Gaitus in suo tr. de credito cap. 4. quaesit. 11. ubi hoc axioma per plures casus declarat.********

Tandem strictè causa pia appellatur illa, quæ animæ favorem concernit, & sic cum pauperibus erogatur, §. si unum authent. et cum de appellat. cognosc. ibi, & (& ipsorum quoque animæ ex hac piissima causa subleventur,) & §. si quis autem pro redemptione anib. de Eccles. tit. ibi (& hujusmodi plium opes impleri) Confert *tex. in §. sed hoc præserti ad fin. in auth. de sanctiss. Episc. ibi (in redemptionem captivorum, au, egentium alimoniam) & ita causam piam declarat *Bald. Novell. in tr. de dot. par. 5. n. 1. 2. § 3. Sim. de Prat. in tr. de interpr. ult. volunt. lib. 4. dub. 1. n. 3. Rustic. lib. 2. de fideicommiss. c. 3. n. 93. in fin. Molin. de justit. § jur. tr. 2. disput. 34. in princ. Navar. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 26. n. 3. affirmans n. 4. idem esse si relictum fiat consanguineo, vel amico pro anima, dummodo sint pauperes, quod etiam tradunt *Menech. de pres. lib. 4. presump. 115. n. 9. § 12. Sanchez. de matr. lib. 1. disput. 4. n. 9. molin. in tr. de rit. nuptiar. lib. 3. q. 13. n. 32. & vide *Mangil. de imput. d. disp. 20.****

Hinc tutò concludere possumus, quod, & singula, quæ pro incertis, & malè ablatè relinquantur, in piam causam utique relicta dicuntur, nam pro conscientia exoneratione, animæque testatoris salute relicta censentur, juxta *Bar. Theoricam quam reponit in l. 1. n. 35. § seq. C. de sacros. Eccl. ubi *Bul. quoque in eandem devenit sententiam n. 5. quod priter confirmavit in l. hereditas. l. si defunctus ff. de petit. hered. in l. lect. ubi etiam *Angul. & ita similiter scripserunt *Abb. in cap. cum sit n. 6. & ibi *Felym. in fin. de jud. Jas. cons. 110. n. 2. vol. 1. Aretin. conf. 63. cap. 19. Soccin. in l. moribus num. 32. ff. de vulg. Per alt. tit. in l. si quis Titio, ff. de leg. 2. Florian. in l. cum quidam §. si dies ff. de usur. Crecer. in cap. nos quidem testam. §. fin. num. 13. Traquell. in l. si unquam glos. libertis nu. 88. C. de revoc. donat. in tract. de pia causa in præfat. col. 20. vers. item relictum, *Spin. de testam. glos. 31. nu. 40. Sylvestr. in summa in verb. legatum il quarto, *Menech. de pres. lib. 4. d. presump. 115. n. 28. Molfes. in sua summa tr. 13. n. 172. tom. 2. Canceri. var. resol. in tit. de legatis casu 20. n. 103. Gratian. discept. forens. cap. 329. nu. 13. § 14. *Moneta in suo tract. de commut. ultim. volunt. cap. 4. qu. 2. num. 52.********

Et consequenter affirmare debemus, ut singulis privilegii piæ causæ concessis possintur hujusmodi legata quate omnia à Traquell-

# Tract. de male Ablat. Privileg. 347

lo de privileg. pia causa, congesta, uti huc spectantia accommodabis, sic, & alia plura adducta per *Surd. in tract. de alimentis tit. de privileg. aliment.* licet non per hoc intendam firmare conclusionem à contrario sensu, quod in casibus, in quibus non reperitur privilegiata pia causa, neque sint privilegiata legata pro incertis, & male ablatis, si quidem multa prohibentur etiam piæ causæ, quæ conceduntur hujusmodi legatis, tanquam magis favorabilibus, & privilegiatis, & proinde talia legata majoribus fruuntur privilegiis, quibus pia causa fruitur, prout sic practicari quandoque vidi in variis factorum contingentiis.

in l. si cum dotem §. si pater n. 7. ff. sol. matr. Bal. Novel. in l. i. n. 471. ff. sol. mat. Nacha conf. 25. vol. 6. quos refert, & sequitur *Surd. de tract. de alim. tit. 8. priv. 20. n. 4. & diximus in tr. de privileg. miserab. person. privileg. 12. n. 5.*

Et pro corroboratione principalis conclusionis confert, nam secundum communem Theologorum sententiam turpis lucri acquisite, non dicitur dominus, sed ille in quo ablatum fuit secundum legem saltem divinam. *Alens. p. 3. quæst. 66. membr. 4. Silvest. in vers. usura illeto dub. i. Riccard in 4. dist. 15. quæst. 4. & 5. Medin. de rest. fol. 140. Card. Tusc. conclus. 348. lit. V. & latè Cajet. in suo opusculo de usur.*

## PRIVILEGIUM II.

### ARGUMENTUM.

Legatum pro male ablatis, ut æs alienum d trahitur.

### SUMMARIUM.

- 1 Legatum pro incertis, & male ablatis debetur jure debiti.
- 2 Dans elemosinam debitum suum adimplet.
- 3 Legata pia ante omnia solvenda sunt, sic pariter legatum dotis. n. 4.

**R**egulam firmo in favorem legati pro male ablatis, quod illud, ut æs alienum detrahatur; cum potius jure debiti, quam legati relinqui videatur, *glos. & DD. in cap. quanquam de usur. in 6. Bald. conf. 82. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 1180. nu. 155. Card. Tusch. concl. 23. lit. M. Magdal. de n. rest. in test. cap. 2. n. 26. par 2. Costa. de scient. & ignorant. centur. 2. dist. 2. n. 26. Rustic. de fidei commiss. lib. 2. c. 3. num. 3. & 17. nec præstat beneficium, qui impendit debitum, l. i. & ibi Bart. n. 1. C. de imponend. lucr. descript. lib. 10. Alex. conf. 198. n. 11. vol. 6. cum nec à voluntate procedat, quod ab eo sit, qui cogi poterat; nam paria sunt aliquid ex necessitate facere vel necessitatis timore, l. novis. 95. quod à fals. ut act. est quem tex. ad hoc singulare dicitur *Anch. conf. 19. Jaf. in l. 2. n. 4. C. de transact. Aldov. conf. 15. n. 8. Crot. singul. 572. Suar. alleg. 23. & post alios Surd. de alim. tit. 7. q. 12. n. 19. satisque coactus dicitur, qui tactus cordis dolore intrinseco propter animæ salutem restituit, aut restituit mandat ipsa enim cum sit pretiosior omnibus; cæteris præponenda est, l. sancimus C. de sacros. Eccles. l. fit. C. ad l. Jul. repetund. Suar. in tit. de las duedas n. 7. ubi quod si dat pauperibus, non est opus charitatis, sed justitiæ, qui enim elemosinam dat, potius debitum adimplet, quam donat, l. i. C. mendic. lib. 11. reddimus namque id quod nostrum non est, *Binsfeld. in c. cum tu concl. 6. q. 7. de usur.***

3 Ultra quod legata simpliciter pia ante omnia solvenda esse, tanquam æs alienum, tradiderunt *Bertacch. in tract. de Episcopo part. 4. lib. 4. n. 84. Surd. conf. 209. n. 7. vol. 2. Genuen. in practicabil. Eccles. qu. 329. tricen. 11. & Molf. latè in cons. 13. post continent. ad consuet. Neap.*

4 Prout quoque legatum dotis tanquam æs alienum deduci, asseverant *Bart. in l. 2. §. 1. ff. de privileg. credit. Castr. in l. si quis testamento §. apud Jul. n. 4. in fin. ff. de leg. 1. Alex.*

## PRIVILEGIUM III.

### ARGUMENTUM.

Legatum pro male ablatis, latissime interpretari debet.

### SUMMARIUM.

- 1 Legatum in dubio strictè interpretandum est ratio conclusionis est, ut in nu. 2.
- 2 Legatum factum pro incertis, & male ablatis, latissime debet interpretari, prout si pro pia causa.
- 3 Legatum factum conjunctis personis latissime interpretari debet, ubi declaratur etiam, quando legatum conjunctis personis, est factum rei alienæ.
- 4 Anima cunctis rebus est anteponenda.
- 5 Testator quando mandat calicem fieri Ecclesie ab hærede, debet intelligi de calice aureo, non argenteo, vel stameo.
- 6 Privilegia pia causa latissime sunt extendenda.
- 7 Voluntas testatoris ambigua pro pia causa interpretatur prout in dubio in causa dotis.

**R**egulariter, legatum in dubio strictè est interpretandum, l. apud Julianum §. scio ff. de leg. 3. l. unum ex familia §. si rem ff. de leg. 2. *Jaf. in l. non debitum num. 43. C. de leg. Dec. in l. in testamentis nu. 1. ff. de reg. jur. & alii recentiores communiter.*

Cujus conclusio ratio est, nam testator in dubio censetur minus gravare hæredem quam sit possibile, l. Titia §. qui invita ff. de leg. 2. l. si ita relictum, & l. Sempronius ff. de leg. 2. l. servus §. qui Marg. ff. de leg. 1. l. nummis, & l. qui concubinam §. i. ff. de leg. 3.

Tamen ubi legatum factum est pro incertis & male ablatis, latissime debet interpretari, prout sit pro pia causa *Doc. & Cagnol. in l. semper in obscuris ff. de reg. jur. Abb. in cap. indicante col. 2. de testament. Soccin. conf. 247. num. 6. vol. 2. Gozed. consil. 60. num. 15. quos refert & sequitur Surd. de c. 298. nu. 10. & in tract. de alim. tit. 2. quæst. 10. num. 17. vol. 2. Cavagnol. dec. 55. nu. 5. legatum enim pro anima largè est interpretandum, quia cunctis rebus est præponenda, *Roman. in l. si mulier nu. 17. ff. solut. matrim. Soccin. conf. 145. n. 6. §.**

Pro cujus corroboratione confert illud simile de legato facto conjunctis personis, quod pariter latissime interpretari debere consulerunt *Nacha conf. 626. nu. 20. Rol. à Vall. conf. 16. n. 38. vol. 3. Surd. dec. 88. nu. 13. & conf. 72. n. 16. Magnon. dec. Florent. 146. nu. 2. & 8. Garoce. decis. 56. numer. 13. & 18.*

Fontanel de pact. nuptial glos. 3. part. 4. claus. 6. nu. 52 Amat. decis. Ror Marchia 44. num. 20. Et 24. Vivius decis. 417. ante numer. 10. qui idem num. 6. 7. Et 12. firmat, ubi legatum rei alienæ, est factum conjunctæ personæ, ut puta matri, patri, fratri, vel forori, ac cæteris personis conjunctis usque ad quartum gradum, Addit. ad glos. in § non solum instit. de legat. sive testator sciverit, sive ignoraverit legatum prædictum valet, & hæres tenetur ad illius consignationem, ut etiam scripserunt. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 116. num. 15. Et Ludovic. decis. Perus. 23. num. 37. quem videas in facti contingentia.

5 In tantum, quod favor religionis ampliandus est, nam ratio summa est, quæ pro religione facit, & anima cunctis rebus est anteponenda, l. sanc. C. de sacros. §. si de præd. in fin. authent. ut cum de appellat. cognosc. cap. cum infirmitas de penit. Et remiss.

6 Quare tuto firmare possumus, quod si testator mandaverit calicem Ecclesiæ fieri ab hærede, intelligitur de calice aureo, & non argenteo, vel stanneo Bart. in l. Titia §. Seja ff. de aur. Et argent. leg. Cavagnol. decis. 55. numer. 7. lib. 2. Genuen. in practicab. Eccl. quæst. 153. passim enim ampliatur legatum inspectâ conditione personæ, cui fuit relictum, ita ut præsumatur testatorem legasse, quod majus est, non quod minus, l. sticbus ff. de leg. 3. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 25. num. 11. Mant. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 10. cum etiam in relegata, præsumatur magis dilectus legatarius quam hæres, l. si quis eum; Et ibi Bald. ff. de condit. Et demonstrat. Simon. de Petr. in tract. de interpret. ultim. volunt. interpret. 1. dub. 2. num. 7. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 700. num. 16. ubi latè tractat, quando habens facultatem eligendi, possit eligere bona mediocria, & deteriora, & convenientia, ipsi relicto, & causæ, propter quam relinquitur, tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, & quid in causa pia.

7 Accedat pro corroboratione, quoniam privilegia piæ causæ latissimè sunt extendenda, glos. in l. nulli licere C. de Epis. Et cler. Tiracquell. de privileg. piæ caus. privi. 162. Megal. decis. sive cons. 27. num. 2. & voluntas testantis ambigua pro pia causa interpretatur, idem privileg. 165. prout in dubio in causa dotis pro ejus favore judicatur, Palat. in cap. per verbas de donat. inter vir. Et uxor. num. 4. Covar. lib. 1. variar. cap. 2. num. 6. Sayr. in elavi regia lib. 12. c. 19. num. 15. Galganet. de jur. public. lib. 2. tit. 37. num. 56. qui num. 55. ait quoque, quod in causa libertatis ad favorem hominis liberi pronunciat, Cassan. in consue. Burgand. fol. 302. num. 12. cum seq. prout ad favorem testamenti semper judicatur Men. de præsumpt. lib. 4. præsump. 10. n. 12. sicq; favore alimentorum in dubio pro illis est judicandum Lara in l. si quis à liberis §. utrum num. 57. ff. de liber. agnos. Surd. de alim. tit. 9. q. 15. num. 12. sic etiam sententia in dubio ferenda est pro fisco, quando causa agitur cum persona non privilegiata, Menoch. cons. 395. n. 90. Garcia de nobil. glos. 25. num. 9. Peregrin. de jur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 43. Farinac. in fragm. crimin. num. 187. lit. F. par. 1.

## PRIVILEGIUM IV.

## ARGUMENTUM.

Donatio facta pro malè ablatiis, est latissimè interpretata.

## SUMMARIUM.

- 1 Donatio interpretanda.
- 2 Error præsumitur in donatione quando est in facto proprio, Et sic debitor solvens pro carcerato, præsumitur solvisse animo compensandi, Et non donandi, ut in num. 3.
- 3 Ut excludatur donatio qualibet conjectura est accipienda, etiam si actus inutilis reddatur.
- 4 Donatio largissimè est interpretanda, quando est facta pro incertis, Et malè ablatiis.
- 5 Argumentum an valeat de legato ad donat. nem.
- 6 In donationibus latior fit interpretatio, quam in dispositis in ultima voluntate.
- 7 Donatio facta pro incertis, Et malè ablatiis, non dicitur vera donatio, sed hæres alieni restituitur.

**R**egulariter, donatio strictè est interpretanda, quia donare est perdere, l. filius fam. ff. de donat. l. cum de indebito ver. qui non solvit ff. de probat. latè Mascard. de prob. conclus. 555. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 1. nu. 4. cum seq. Illustriss. Episc. D. Ricc. decis. Curia Archiepisc. 173. n. 2. par. 4. unde donare solum nemo præsumitur, l. fin. C. de novat. l. si cum ærum ff. de solut. l. Campanus ff. de oper. libertor. cap. super hoc de renunciat. quia nemo creditur velle jactare suum patrimonium, & ideo lex omnibus modis præsumptioni donationis resistit, & captiosam liberalitatem interpretatio prudentum fregit, l. cum Aquilliana ff. de transact. & ideo in dubio dicimus magis favendum esse repetitioni, quam adventitio lucro, l. non debet §. in re dubia ff. de regul. jur. & nota Jus. inl. sufficit num. 1. ff. de condit. indeb.

Quare potius præsumi errorem, quam donationem, docuit glos. in l. generaliter in verb. causam, & ibi Bald. Et Angel. num. 5. de non numer. pecun. Soccin. Sen. cons. 96. num. 9. lib. 1. Menoch. cons. 1. num. 215. Paris. de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 19. num. 5. Sessa decis. 182. num. 5. Mascard. de prob. concl. 1263. num. 6. Et 7. ubi præsumi errorem in donatione, si esset in facto proprio; & qualibet tacita conjectura excludit donationem, l. dispensatorem ff. de solut. quam adducit Bald. in l. 1. nu. 2. in fin. C. de dot. promiss. Alex. cons. 47. num. 15. lib. 6. Deo. in cap. cum accessissent num. 43. de constit. Cravett. cons. 461. num. 56. D. Ricc. dec. Cur. Archiepisc. 74. num. 3. part. 4. & voluit Rota in Romana pecuniaria de Zahverii die 20. Maji 180. apud Lavretan. unde deducitur, quod si quis donat id, ad quod est obligatus animus compensandi magis præsumitur, quam donandi, Sever. in l. frater à fratre num. 52. ff. de condit. indeb. D. Ricc. d. decis. 74. n. 1. quare si debitor solvat pro carcerato, magis præsumitur solvisse animo compensandi quam donandi, Invol. in l. se animo compensandi quam donandi, Invol. in l. quanvis num. 2. ubi pariter Alex. n. 7. ff. si cert. pet. Bal. in l. sed, Et ideo ff. eod. tit. & si quis pro alio solvit; & non sit debitor magis præsumitur negotium ipsius gerere, quam ei donare, l. sed si ego §. fin. ff. ad Vellejan. & ita tradit Bald. in l. 1. v. 5. C. eod. tit. & in dubio

## Tract. de malè Ablat. Privileg. 349

dubio magis præsumitur mutuum, quàm donatio, *Bal. conf. 236. numero 4. lib. 2. Ruin. conf. 19. num. 4. Cravett. conf. 619. num. 1.* ex quo datur intelligi, quod quamvis traditio intercesserit, donatio minimè præsumitur, ubi alia conjectura capi potest. Hinc si extraneus sit debitor mulieris, & dotem ei dederit, magis præsumitur dedisse animo compenlandi, quàm donandi, *Ancher. conf. 7. numero 4. Corn. conf. 265. numero 14. & seq. lib. 1. Ruin. conf. 16. numero 7. lib. 3. Menoch. de arbitr. Judic. casu 88. numero 43.* de quo vide *Mant. de tacit. & ambig. corvent. lib. 13. tit. 13. numero 10. & seq.* prout si quis mandatum suscepit ad faciendos aliquos sumptus, & fecerit majores, præsumitur eos fecisse magis contemplatione mandati, quàm ex causa donationis, & ideo sine dubio potest eos repetere, etiam si fuerint inutiles, quia mandatum excludit præsumptionem donationis *l. qui proprio §. pen. vers. item contra ff. de procur. Salic. in l. 1. numero 4. C. de neg. gest. & si testator vivens, aliquid dederit hæredi scripto, vel filio, magis præsumitur dedisse, ut sibi imputet in falcidiam, vel legitimam, quam animo simpliciter donandi, Bald. & Alex. per illum tex. in l. cum quæstio §. final. ff. ad legat. falcid.*

Quinimo ad excludendam donationem, quæ habet alia conjectura accipienda est, etiam si actus inutilis reddatur legat. *si non sortem §. si falso ubi Bart. & Aret. numero 2. ff. de condit. indeb. Cravett. consil. 635. numero 5. Nacta conf. 103. num. 5.* & etiam si ex tali conjectura actus illicitus redderetur, quoniam potius actus illicitus præsumitur quam donatio, ut probatur in *l. si cum autem ff. de solut. & in l. eleganter §. qui reprobus ff. de pign. act. in l. si procuratori falso ff. de condit. indeb. Corn. conf. 61. numero 15. lib. 1.* & generaliter fraus potius præsumitur quàm donatio, præsertim immoderata, *Cæpal. consil. 37. numero 78.* donatio semel resoluta, & extincta nunquam reviviscit, *Bart. in l. Titia §. Imperator numero 1. ff. de leg. 2. Valasc. decis. 31. numero 11. Fontanell. de pac. nuptial. claus. 5. numero 63. glos. 8. p. 2. tom. 2.*

His, & aliis licet veris existentibus, tamen aliud dicendum est favore donationis factæ pro incertis, & malè ablati, quoniam in tali casu donatio largissimè est interpretanda, ex traditis per *Genuen. in suis practicab. eccles. q. 2. cum aliis adductis per Nos in tract. miserabil. person. privileg. 23.* ubi firmavimus ita pariter procedere favore miserabilium personarum, donationibus similibus enim multus favor exhibetur, prout piæ causæ, *cap. fin. de re judic. cujus favore, & causa meritò videmus oriri præsumptionem donationis, quam in dote etiam perpendit Bart. in l. quæ dotis numero 6. ff. solut. matrim. Car. Mant. de tacit. & ambig. corven. lib. 13. tit. 11.* ubi latè tractat, quando ex causa pietatis conjectura donationis capi possit.

Confert pro corroboratione, quia supra in legato factò pro incertis, & malè ablati, conclusimus illud esse latè interpretandum, & valet argumentum de legato ad donationem, quia legatum est quædam donatio *l. le. gatam ff. de leg. 1. §. insis. de legat. Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 12. num. 3. Donel. in comment.*

*jur. civil. lib. 8. cap. 1. Pecch. de testam. conjug. lib. 5. cap. 26. numero 2. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 59. numero 5. Card. Tusch. concl. 495. numero 3. lit. A.* ergo dispositum in uno, debet procedere in alio.

Ultra quod in donationibus latior sit interpretatio, quam in dispositis in ultima voluntate, *cap. cum dilecti de donat. cap. quia circa de privil. l. fin. de constit. Princip. Corn. conf. 141. numero 13. & seq. lib. 2. Jas. in l. si quis id quid numero 23. in fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Card. Mant. de tacit. & ambig. corvent. lib. 13. tit. 21. numero 1.* ubi ex hoc infert quod sicut masculinum in legatis; & fidei commissis concipit fæmininum, & filiorum appellatione, filix, tæminæ pariter continentur, *l. si ita scriptum ff. de leg. 2. l. qui duos, & l. semis ff. de leg. 3. & l. si quis ita in princ. ff. de testam. tutor.* ita similiter in donatione, filiorum appellatione filix debent contineri, ex *Corn. in consil. 177. numero 4. lib. Jason. in l. si quis id quod num. 23. ff. de jurisdict. omn. jud.*

Tandem quia hujusmodi donatio facta pro incertis, & male ablati, non dicitur vera donatio sed æris alieni restitutio, quia non est donare, quod suum non est, prout in simili, donatio remuneratoria, nec donatio appellatur ut latè probavimus *lib. 1. q. for. cap. 53.* & novissimè comprobatur doctissimus ille vir nunquam satis laudatus, & semper prædicandus Dominus meus Marchio Corlet olim *Don. Regens Constantius in suis lucubrationibus ad tres posteriores libros Codic. in l. 1. num. 67. C. de vendit. rer. fiscal.* qui meritò ex antesignana ratione, quod quis non dicitur donare, quod suum non est perbellè infert, quod in remittendis pœnis pecuniariis, quamvis summam excederent quingentorum aureorum; non requiri insinuationem, quia ut dixi, non est donare, quod suum non est, sed nolle acquirere, ita inquam firmavit in *l. 1. C. pen. fiscal. credit. præferri. numero 59.* ubi allegat *Bald. in l. 1. C. si restor. Provinc. & conf. 261. lib. 1.* qui dicit remissionem pœnæ non esse donationem, sed lucris omissionem, sequitur *Alex. in l. mulier ff. de condit. ob caus. Imol. in l. Aquilius ff. de donat. Rom. in l. Modestinus numero 13. ff. de donat. latè Tiraq. in l. si unquam in verb. donatione largitus numero 148. & seq. C. de revoc. donat.* quod etiam annuebam in causa Francisci Lombardi, cum Cæsare Lombardo ejus nepote.

### PRIVILEGIUM V.

#### ARGUMENTUM.

Legatum pro malè ablati filiorum legitimam minuit, & ante omnia est præstandum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Lex nature defert filiis legitimam in bonis parentum, ac etiam in bonis maternis, ut in numero 2.
- 3 Legitima filiorum voluntate patris diminui nequit, idem est, quando sunt legata pia, ut in numero 4.
- 5 Legata pia pro exoneratione conscientia, & incertis, & malè ablati minuunt legitimam: quamvis Sverd. in suo tract. de alimentis.

ment contrariam teneat opinionem num. 6. sed  
declara us num. 8.

7 Legatum detrabi debet tanquam æs alienum.

- 1 **R**egula est, quod ex lege naturæ filius defertur legitima in bonis parentum l. nam & si parentibus ff. de inoffic. test. l. cum ratio ff. de bon. damn. in l. si arrogatur ff. de adopt. Card. Tusc. conclus. 181. lit. L. Crass. de success. §. legitima quest. 2. & filialius Cavagnol. in decret. Montiserrat. decret. 73. q. 1. numero 3. etiam in bonis maternis, l. 3. l. filium l. testamenti, & l. filius matrem C. de inoffic. testam. & ideo merito statutum est, quod pater teneatur filium hæredem insituere; vel cum legitima ex causa exhæredare, alias enim ejus testamentum est ipso jure nullum, l. inter cetera ff. de liber. & posthum. nam paterna hæreditas dicitur debita filius, l. fin. §. pen. C. de codicill. l. fin. C. de curat. furios. l. 1. C. de impon. lucrat. desert. lib. 10. §. 1. authent. de trien. semiss. unde licet regulariter cuilibet liberum sit arbitrium disponendi de bonis suis §. disponat. authent. de nupt. cap. ultima voluntas 14. q. 1. nihilominus parentes refrænatam habent disponendi potestatem, cum teneantur saltem suorum honorum legitimam portionem liberis relinquere, quæ tanquam æs alienum à toto patrimonio deducitur, l. Papinianus §. si quis impubes ff. de inoffic. testam. c. i. filius debetur libera absque onere, l. quoniam in prioribus C. eod. ita ut etiam onus reciproce substitutionis inter filios à legitima rejiciatur, ut ex magis communi DD. opinione, refert Gratian. in decis. Rot. Marchia 112. num. 9. cum sep.
- 3 In tantum quod filiorum legitima patris voluntate diminui nequit, Bald. conf. 99. vol. 2. Alex. conf. 69. vol. 1. Paris conf. 30. vol. 3. Tusc. concl. 188. lit. L. numero 11. & 33. & ideo illam legatis non minui asseverant, Burfat. in conf. 132. numero 4. Pinel. in l. 1. numero 87. par. 3. C. de bon. matern. Mag. decis. 85. numero 2. & 3. Carpan. in statut. Mediol. statut. 485. numero 22. par. 2. nec liberalis donatio illam minuit, Bart. in l. litia §. Imperator ff. de leg. 2. Paris. conf. 42. numero 28. vol. 1. Crass. in d. §. legitima q. 44. numero 2. Gratian. discept. for. cap. 247. numero 57. quia lex omnem abhorret modum quo fraudari possit filius in legitima, Alex. conf. 47. numero 3. vol. 1. Cacher. dec. 172. numero 7. & 12. Card. Tusc. d. concl. 188. numero 4. & si minus legitima fuerit filio relicta cum expressa conditione, ne plus petere possit, & ipse legatam simpliciter, & absque ulla protestatione agnoscat nihil sibi præjudicet, quin ejus supplementum petere possit, l. si quando §. & generaliter C. de inoffic. testam. Rub. conf. 43. numero 10. Dilect. de arte testand. tit. 3. caut. 3. Duen. reg. 359. limit. 4. Turvest. conf. 1. vol. 2. ubi contrarius respondet Surd. conf. 357. numero 33. plenè Peregrin. de fideicommiss. art. 36. numero 8. cum seq. Ad eod. quod si generalem fecisset quietationem hæredi, non tamen censeretur legitimæ supplemento renunciavisse, ut inquit Boer. in decis. 4. numero 36.

- 4 Quomodo, etiam si essent legata pia, neque minuire legitimam filiorum, asseverarunt, DD. in l. si quis ad doclinendam C. de episcop. & cler. quod verissimum esse, & nullam habere dubitationem, tradidit Ruin. in conf. 89.

numero 7. lib. 3. Cucc. de legitim. in verb. de usu fructus sub numero 90. quia iniquum factum est sua legitima privari filium pietatis colore, Alex. conf. 4. numero 10. vol. 7. Card. Tusc. conclus. 187. numero 7. lit. L. Borrell. conf. 99. num. 23. & seq. & legitimam deduci debere aut solutionem fideicommissorum etiam ad pias causas, notant Costa de portione rata q. 140. & voluit Gratian. dec. Rot. Marchia 162.

His licet veris existentibus totum contrarium verius est in legatis piis pro exoneratione conscientia, & incertis, & male ablatis, quæ minuunt legitimam, & ante ipsius detractionem solvendum est, & illi præfertur, ut necessarium pro salute animæ, Soc. in l. moribus num. 32. & in l. cum avus num. 46. ff. de condit. & demonst. Bal. & alii in l. Titius ff. de lib. & posth. heret. conf. 93. & conf. 154. Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita num. 1110. ff. ad Trebell. Jaf. in l. præbus num. 8. & ibi Dec. num. 14. & de impub. & alii substit. Magd. de num. test. par. 2. c. 3. n. 94. & 95. Costa de scient. & ignor. cent. 2. dist. 2. num. 26. Intregliol. de substit. cent. 3. q. 73. num. 289. Navizant. in silva nuptial. lib. 6. n. 48. Cas. in suis memorab. in verb. anima, qui factus esse bonam cautelam ad privandum filium legitimam Peregr. dec. Rot. Patav. 85. num. 2. Roland. conf. 65. n. 29. vol. 1. Card. Tusc. conclus. 303. lit. A. concl. 23. lit. M. ubi allegat Dyn. conf. 12.

Et licet Surd. in tr. de aliment. privoil. 95. n. 9. tr. 8. quem refert Viscont. in suis concl. jur. in verb. legitima debetur fol. 162. col. 2. circ. factum in contraria opinione, ut nec per tale legatum factum ob restitutionem male ablatorum legitima minuatur.

Tu autem non recedas à firmata conclusione, quæ de jure est verior, & æquior, quicquid dicant isti, nam certum est hujusmodi legatum detrabi tanquam æs alienum, ut dictum est prius, nec dubitatur æs alienum debere prius solvi, & minuire legitimam, quoniam bona dicuntur deducto ære alieno l. subsignatum §. bona ff. de verb. signif. & ideo deducto prius illo legitima debetur, l. Papinianus §. quarta ff. de inoffic. testam. proponenda C. ad l. falcid. Alex. conf. 45. n. 12. vol. 1. Novius conf. 18. n. 22. & 23. Crass. in §. legitima q. 1. Seraph. decis. 976. n. 4. D. Ricc. collect. dec. collect. 105. plenè Tusc. conclus. 183. 186. & 188. lit. L. inde est filios in petitione legitimæ, creditoribus etiam chirographariis non præferri, Wt. senb. conf. 50. n. 30. vol. 1. & ubi æs alienum hæreditatem superat de filii legitima agendum non est, Bald. in l. fin. §. in computatione quest. 3. C. de jur. deliber. Jaf. conf. 182. vol. 2. Misinger. conf. 3. numero 23. & 24. dec. 12. Felic. alleg. 38. nu. 13. par. 1. cum potentius sit jus creditorum, quam filiorum, Seraphim. dec. 416. numero 5. incertaquæ, legitima est, donec liquidum sit æs alienum, Jaf. in l. non amplius §. fin. n. 11. ff. de leg. 1. Schenard. conf. 9. n. 9. vol. 2. Seraphim. decis. 669. num. 3.

Declara autem hanc opinionem procedere dummodo verè constet de male ablatis, si sequi velis opinionem Alex. conf. 45. in fin. n. 12. & conf. 18. lib. 4. quem refert, & sequitur Cardin. Tusc. concl. 188. num. 21. lit. L.

PRIVILEGIUM VI.  
ARGUMENTUM.

Filiorum favor non præfertur legatis factis pro malè ablatiis.

SUMMARIUM.

- 1 Filiorum favor causa Religionis, & Ecclesia est potior.
- 2 Fortior est præsumptio pietatis paternæ erga filios, quæ erga causam piam.
- 3 Barbatii declaratio contrarium affirmare videtur in hoc assumpto.
- 4 Causa filiorum duplici onere suffulta prævalere debet.
- 5 Causa filiorum præfertur pia causa.
- 6 Præteritio facta à patre ignorante se habere filium, extinguere legata relicta etiam ad pias causas.
- 7 Potior est causa filiorum apud patrem testatorem quam causam religionis.
- 8 In legatis factis pro exoneratione conscientie, & pro incertis, & malè ablatiis filiorum favor minime præfertur, cum agatur de salute animæ ipsius testatoris.
- 9 Legata quando sunt relicta Ecclesie pro malè ablatiis, Ecclesia præfertur, & filiis in sua legitima.

**R**egulariter filiorum favor causa religionis, & Ecclesie potior est, *Barb. & alii in l. Papinianus §. Imperator ff. de inoffic. testam. Alex. cons. 45. num. 21. vol. 1. Rim. Jun. cons. 131. num. 12. Turres. cons. 40. num. 53. vol. 2. Magdalen. de numero testium in test. requisit. par. 2. cap. 3. num. 57. Gabr. conclus. 1. num. 10. de legis. Malvas. cons. 125. num. 53. Mans. de concess. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. numero 11. etiam ultra legitimam, Costa de scient. & ignorans. cent. 2. dist. 2. num. 22. Intriglioh. de subst. cent. 3. quæst. 73. num. 289. latè Menoch. de præsump. præf. 189. num. 126. cum seq. lib. 4.*

**2** Capus conclusionis ratio est, quia fortior est præsumptio pietatis paternæ erga filios, quæ erga causam piam, ita probat text. *cap. fin. 17. quæst. 4.* quo loco dixit Divus Augustin. non esse exhæredandum filium, ut Ecclesia instituat verum scribit *Glof. in l. si quis ad declinandum C. de Episc. & Cler. & in l. Pap. §. 1. ff. de inoffic. testam.* Augustinum loqui respectu legitimæ tantum non autem quoad reliqua, quam sanè interpretationem veram non esse, ait *Barbat. in l. cum acutissimi num. 74. vers. quid autem C. de fideicom. cum verus sit D. Augustinum loqui de tota ipsa successione, & eo loci exhæredatio sumitur pro exhæredatione totius successio- nis juxta declarationem Barb. & aliorum in Auth. ex caus. C. de libert. præf. Non enim loquitur D. August. de exhæredatione facta ob causam ingratiitudinis cum illa à Justiniano centum post annos à dicto D. Augustino introducta fuerit, & à aliter testium præcinito loco Barbat. voluit ergo docere Augustin. quod pater non debet private filium*

**3** sua successione, ut Ecclesiam instituat, quippe suam ipsam malitiam malamque animum non debet hoc colore tegere. Et confert, quod dum pater relinquit filiis est pietas, *l. nam. & parentibus ff. de offic. testam.* & pietas etiam est quod testator relinquet piæ causæ, *l. si quis Titio ff. de leg. 2. §. si autem, authent. de Eccl. & ibi Ang. atque ita utraque causa est privilegiata, at qui cum duo privilegiati concurrunt, is præfertur, qui tractat de damno evitando, ita scribunt Barb. in auth. quas actiones numero 3. C. de sacros. Eccles. Dec. in l. non debet actori §. in re obscura ff. de regul. jur. Marsil. singul. 99. & plures alios congerit Odo de restit. in integr. quæst. 18. num. 33. filia autem agit de damno evitando, ex quo sibi debita est dos, *l. qui liberos ff. de rit. nupt.* ergo est causa præfertur causæ piæ, cum testator nihil tenetur relinquere, & à simili confirmatur, quia pro filiis concurrit votum parentum, ac ratio naturalis, & sic duæ causæ, pro Ecclesia verò una tantum nempè votum testatoris, juxta *c. defunctorum 13. quæst. 2.* & propterea causa filiorum duplici onere suffulta prævalere debet, *authent. itaq. C. commun. de success. & hanc considerationem faciunt Barbat. in d. l. cum acutissimi num. 71. B. de fideicom. & Soccin. in l. cum avus num. 42. ff. de condit. & demonstr. & Dec. in l. licet. numero 5. in fin. C. de pact. His accedit quod licet Ecclesia habeatur loco liberorum §. sed, & hoc præfenti authent. de Sanctiss. Episcop. amb. nisi rogati C. ad Trebell. & in c. in præsentia de probat. Attamen ubicumque Ecclesia concurrat cum liberis, Ecclesia non habetur loco liberorum, ita *Barb. in d. l. cum acutissimi 71. vers. 7. post glof. & Salyc. in auth. si qua mulier C. de sacros. Eccles. & glof. in d. c. in præsentia.***

Constat ergo causam filiorum præferri piæ causæ, & hæc est magis communis, sive recepta opinio, ut leges magis favent filiis, & succedant eorum parentibus etiam ultra legitimam, quam Ecclesie, *Soccin. Jun. cons. pen. num. 76. lib. 2. ubi Concord. citat.*

Suffragatur pariter pro comprobatione opinio illorum asserentium præteritionem factam à patre ignorante se habere filium, extinguere legata, etiam relicta ad pias causas, quia si pater de filiis cogitasset, illa non reliquisset, *Bar. in l. 1. num. 59. C. de sacr. Eccl. ubi etiam Bal. num. 5. & in l. filio præterito num. 8. ff. de injust. & rupt. test. Barb. in d. l. cum acutissimi num. 72. C. de fideicom. & suffragatur doctrina Bal. in l. 1. num. 58. C. de sacr. Eccl. scribentis, quod si pater titulo legati relinquat filio legitimam, & Ecclesiam in residuum instituat, non valet testamentum favore Ecclesie, cum verius sit, ait Bal. causam filii esse favorabilioram, sequuntur *Salycet. Matthesi. quos recenset Soccin. in d. l. cum avus num. 42. ff. de cond. & demonstr.**

Patet ergo ex his, & aliis, quæ brevitate causa omittuntur, potiorum esse causam filiorum apud patrem testatorem, quam causam Religionis.

Benè verum, hæc regula suam patitur fallentiam, quoties sumus in legatis factis pro exoneratione conscientie, & pro in certis, & malè ablatiis factis, quia in tali causa filiorum favor minime præfertur, cum agatur de salute animæ ipsius testatoris, quæ cunctis, & singulis

singulis rebus est præferenda, & antepone-  
da, l. Sancimus C. de sacros. Eccles. Amat.  
dec. Marchia 10. num. 32. & 37.

- 9 Quod probatur etiam, non videmus quod  
quando legata sunt relicta Ecclesiæ pro malè  
ablatis, Ecclesia præfertur etiam filiis in sua  
legitima, ut suo loco in particulari privilegio  
dictum est.

### PRIVILEGIUM VII.

#### ARGUMENTUM.

Conditio ( si sinè liberis decesserit )  
non subintelligitur quando Testator  
reliquit piæ causæ pro malè ablatis.

#### SUMMARIUM.

- 1 Descendes à testatore jussi hæreditatem post  
mortem suam restituere, ità demum in ea-  
dem re gravati censetur si sinè liberis de-  
cesserint ne videatur testator alienas succes-  
siones suis antepone.
- 2 Hac regula habet etiam locum in filio natu-  
rali quem pater hæredem instituit.
- 3 Justi liberi dicuntur nati ex justis nuptiis.
- 4 Existensibus masculis fæmina excluduntur.
- 5 Si causa pia fuerit, substituta, filio sub  
intelligitur conditio ( si sine sine filiis de-  
cesserit.
- 6 Legatum factum pia causa pro malè ablatis,  
ac pro exoneratione conscientie, hoc casu  
non debet sub intelligi conditio.

1 **R**egula est, quod descendentes à Testa-  
tore jussi hæreditatem post mortem suam  
restituere, ità demum censentur in ea-  
dem re gravati, si sinè liberis decesserint,  
ne videatur testator alienas successiones suis  
antepone ità quidem patet aperte in l. cum  
avus ff. de cond. & demonst. & in l. cum  
acutissimi C. de fideicom. & in l. generaliter §.  
cum autem C. de inst. & subst. & hoc tam  
si filius sit, quam si filia, & sic sive masculus,  
sive fæmina cum idem sit in uno, quod  
in altero, sicuti omnes passim admittunt ex  
tex. manifeste in d. l. cum acutissimi, & tra-  
dunt Barr. & Castr. in dict. l. cum avus, &  
Ryn. in consil. 77. num. 15. lib. 2. qui intel-  
ligit veram esse, etiam quando fæmina esset  
exclusa à statuto ob masculos, ut in Regno  
nostro ex Constit. in aliquibus, & si Dec. in  
consil. 15. col. pen. & in consil. 181. num. 4.  
& Riman. Jun. conf. 535. numero 23. lib. 4.  
contrarium teneant, quos ego in facto secta-  
tus fui in causa Raymundi Torbettæ.

2 Quæ sanè Regula habet locum etiam in fi-  
lio quem pater hæredem instituit in ea portio-  
ne, quam ei, secundum juris dispositionem re-  
linquere potuit: Non tamen si pater instituit post  
mortem suam restituere alteri intelligitur si de-  
cesserit sinè filiis, d. §. cum autem. Nam & con-  
jectura pietatis locum habet erga nepotes ex fi-  
lio naturali respectu portionis quæ reliqui potuit  
ipsi naturali. Nec extensio intelligitur de filio  
propriè naturali secus de spurio, ità post alios.  
Suar. in alleg. 27. nu. 12. & 17. Padill. in d. l.  
cum acutissimi nu. 13. C. de fideic. Bero in c. in  
presentia nu. 305. de prob. & est ratio, quia hic  
patrem non habet quem ostendere possit, & ob

id ei nil relinqui potest, & procedit, ut hoc lo-  
cum habeat in filio naturali vel spurio legitima-  
to instituto in totum; Nam & hic gravatus res-  
tituere post mortem suam intelligitur gravatus  
si sinè liberis decesserit, ità Soc. in d. l. cum avus  
n. 57. ff. de cond. & demon. quem hoc in casu lo-  
qui intelligo, & prius Bal. in d. cum acutissimi  
n. 7. & ibidem Barb. n. 229. Alex. col. 1. in fi.  
Jaf. n. 7. Dec. n. 12. de fideicommiss. Tirag. in  
l. si unquam in verb. suscepit liberos nu. 69.  
post Rip. ibid. qu. 30. & alios nonnullos reba  
Padill. in d. l. cum acutissimi n. 17. & veram esse  
sententiam existimo: Et si enim Justin. in d. l.  
generaliter §. cum tamen in fin. C. de inst. &  
subst. dixerit quod constitutum fuit injustis li-  
beris se extendere ad naturales quoad portio-  
nem quæ eis relinqui potest, & justis liberi de-  
cantur nati ex justis nuptiis l. filium ff. de he-  
qui sunt sui, vel alien. jur. Attamen huius legi-  
mati dicuntur consecuti jura legitimorum, & si  
ceat in autb. quib. mod. natur. offic. sui ibi, nisi  
legitimis differentes, illa dictio nihil est univér-  
lis negativa, quæ omnino negat, & si in una  
parte esset falsa, in omnibus falsa redderetur, l.  
is qui ducenta §. urum ff. de reb. dub. Menck.  
de præsump. lib. 4. qu. 89. num. 24. Card. Taf.  
concl. 313. lit. D. Barbof. dictio. dict. 182. Præ-  
terea, & accedit quod sicuti legitimatus excludit  
substitutum vocatum sub conditione, si hæres  
decessisset sinè filiis legitimis, ut dixit Menck.  
de præsump. in præsump. 78. lib. 4. quia legitimus  
existit verè legitimus, ità etiam à patre in-  
stitutus in totum intelligit gravatus secun-  
dum hujus legis dispositionem, & suffragatur, quod  
stante statuto, ut filiis masculis existentibus, fe-  
minæ excluduntur, prout in Regno vigore Cas-  
titiæ. in aliquibus. Masculi legitimi adhuc femi-  
nas excludunt, cum legitimi sint verè legiti-  
mi ità Bal. in l. cum quam n. 26. & in l. cum acutis-  
mi n. 27. & ibi Jaf. colu. 2. C. de fideicom. item  
scripserunt Castr. in l. sed si hac §. patronum l. de  
in jus vocan. Picus in l. Titia cum nubere nu. 69.  
de leg. 2. Menoch. alios adducens in dicta præ-  
sumpt. 78. Idemque dicendum est in filiis suscep-  
tis, à filio ipso gravato dum fuit in deporta-  
tione, ità Bal. in l. cum acutissimi col. pen. & ibidem  
Padill. nu. 42. referens Soc. in d. l. cum avus nu.  
100. attestantem esse communem opinionem, &  
pariter firmatur in filio arrogato, quia in arro-  
gatoris potestatem transit, juxta l. cum adoptivus  
1. de adopt. ità affirmavit in specie Soc. in d. l.  
cum avus nu. 56. vers. sed tu considera, cuius qui-  
dem sententiam comprobatur à fortiori authoritatibus  
eorum, qui idem dixerunt in filio verè adop-  
tivo.

Hujus autem casus ea est ratio, quod hic co-  
currunt jura civilia, & naturalia, hoc est, ratio  
sanguinis, quam conjecturam pietas inducit, & legi-  
s civilis dispositio, quæ effecit hunc esse locum  
cessorem patris adoptantis, & propter in eo lo-  
cum habet ratio l. cum acutissimi in fine, ne si-  
licet testator videatur voluisse alienas successio-  
nes proprias antepone & dispositionem, sive  
conclusionem præfatam procedere etiam in fi-  
lio instituto, & gravato à matre, vel ascendente  
per lineam asseveravit, glos. 2. in fin. l. generaliter  
§. cum autem C. de pact. & subst. ubi etiam Bar.  
n. 1. Aret. in l. 2. in fin. & de inoffic. testam. Cur.  
in consil. 197. col. pen. lib. 3. Jaf. in d. §. cum  
autem col. 2. vers. tertio extende & ibidem Dec.  
num. 4. & idem Dec. in consil. 591. colum. 2. &  
in consil. 416. col. 1. & Tiraquell. in si unquam  
in verb. patronus num. 1. C. de revocan. dona-  
qui.



## de malè Ablat. Privileg. 353

qui, & alios recenſet *Coſta in cap. ſi pater in verb. ſi abſque liberis n. 5. de teſtam. in 6. par. 1. & procedere etiam in filio emancipato poſt Bart. & Comenſ. in d. l. cum avus voluit ibidem Socc. num. 51. & ſectatur Padill. in l. cum acutiſſimi nu. 14. & procedere etiam quando pater una cum filio inſtituit extraneum, utrumque gravavit reſtituere, hoc etiam caſu in perſonam filii ſubintelligitur conditio hæc, ſi ſine filiis deceſſerit, & in perſonam extranei ſubintelligi non poſſit, ita docuit *Soccin. in d. l. cum avus num. 54. de cond. idem Soccin. in l. hæredes mei §. cum ita n. 19. ad Trebell. & idem reſpondit Corn. in conſ. 197. num. 2. & num. 9. lib. 3. & ſequitur Padill. in d. l. cum acutiſſimi nu. 29. C. de fideicommiſſ. & ita ego dicebam reſquiſitus de voto à Magnifico Iudice Civitatis Nolæ in anno 1626.**

5 Quibus veris exiſtentibus (prout veriſſima eſſe fateor) adhuc ſi cauſa pia fuerit ſubſtituta filio, ſubintelligitur conditio (ſi ſine filiis deceſſerit) ita ſcripſerunt *Bald. Caſtr. Felin. Ruyn. Dec. & Socc. Jun. & alii apud Gabriel. concl. 2. nu. 14. de fideicommiſſ. Pariſ. conſ. 19. nu. 95. lib. 2. quibus accedunt plerique alii relati à Pinello in l. 3. nu. 26. C. de bonis matern. idem affirmârunt Ancheran. & Barbatia commemorati à Tiraq. in tr. de privi. pia cauſe privi. 17. & his accedunt *Riminald. Sen. in conſ. 183. nu. 15. lib. 1. conſ. 70. in fin. & in conſil. 86. nu. 14. lib. 2. Coſta in cap. ſi Pater, in 1. part. in verbo ſi abſque liberis, nu. 17. de teſt. in 6. Gomez. in lib. 1. variatarum reſol. cap. 5. nu. 38. Bertaz. in conſ. civ. 78. lib. 1. & Padill. in diſt. l. cum acutiſſimi n. 8. qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem rationibus illam fulciens comprobatur *Mantica de conjeſturis ultimarum volum. lib. 10. tit. 7. num. 4. ubi intelligit hanc opinionem procedere, quando agitur de omnibus bonis ipſius teſtatoris, vel ſaltem de majori eorum parte, at ſecus ſi de re aliqua particulari, & parvi valoris non in tali caſu minime intelligitur præſata conditio ex *Soccino in conſ. 125. nu. 28. lib. 1. Decian. conſ. 1. nu. 205. lib. 2.****

6 Favore tamen legatorum pro incertis, & malè ablatiſ aliud dicendum eſt, nam quando teſtator reliquit piæ cauſæ pro malè ablatiſ, atque ita pro exoneratione conſcientiæ. Hoc ſanè caſu non debet ſubintelligi conditio hæc tacita (ſi deceſſerit ſine liberis) quemadmodum rejeſta opinione *Joan. Sperelli ſcripſerunt Caccialup. in diſta l. generaliter, §. cum autem, Codic. inſtitut. & ſubſtitut. Soccinus in d. l. cum avus, col. 2. & Decian. in d. §. cum autem, nu. 7. verſ. videtur tamen, quos retulit, & viſus eſt ſequi *Gabr. cit. concluſ. 2. nu. 15. Eandem probarunt Barbat. in diſta l. cum acutiſſimi, nu. 182. C. de fideicommiſſ. Coſta in cap. ſi pater, in verbo ſi abſque liberis, nu. 18. de teſtam. Gabriel. in concluſ. 2. nu. 15. de fideicommiſſ. Tiraquell. in l. ſi unquam, in verbo libertis n. 18. C. de revoc. donat. Menoch. de præſ. lib. 4. præſump. 89. num. 124. Carocc. dec. 7. num. 9. Ruſtic. in lib. 2. de fideic. cap. 3. n. 13. qui tamen intelligit hoc, dummodo veriſcent malè ablatiſ, & pauperes ſint ſubſtituti, vel Eccleſiæ; non ſi uxori conjunctus, vel vicinus, prout noviſſimè ſequitur *Giurb. in conſuet. Meſſan. cap. 11. gloſ. 12. p. 1. nu. Jo. Mar. Novar. Traſt. de Priv. Tom. II,***

10. in fin. & ita reſpondi in cauſa Jo. Angeli Piſtachi cum Cappella Venerabilis Sanctiſſimi Sacramenti Terræ Sulmonis.

### P R I V I L E G I U M V I I I.

#### A R G U M E N T U M.

Uxor prohibita legare marito divitiſ, poteſt ei legare pro malè ablatiſ ad ſuæ conſcientiæ Exonerationem.

#### S U M M A R I U M.

1 Statutum prohibens ne uxor poſſit legare viro divitiſ, ſi dicat, ſe marito legare pro exoneratione conſcientiæ, an valeat legatum.

R Regulam firmo, quod ſi ſtatutum prohibeat, ne uxor legare poſſit viro divitiſ, ſi ipſe dicat ſe marito legare pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, quia fortè aliquid ſurripuit, vel rebus ſuis ſecreto damnum intulit, valet legatum, ut apud *Capyc. in deciſ. 7. ſub nu. 15. & noviter habetur per *Giurb. in conſuet. Meſſ. c. 2. gloſ. 12. part. 1. nu. 12. ubi quod licet ulli ſic aſſerenti alius non credatur, niſi probabilibus hoc deduxerit argumentis ex *Rot. Aven. dec. 105. Pecch. de teſtam. conjug. lib. 4. cap. 17. in fin. Gall. in conſuetud. Alexan. gloſ. viginti queſt. 8. num. 48. Cioſſ. conſil. 42. num. 11. vol. 1. Purpur. conſil. 461. vol. 2. Cros. conſ. 194. num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 359. nu. 25. Cavagnol. in decret. Montis Ferrat. ſtat. 74. §. igitur quia nec juratæ teſtatoris confeſſioni ſtandum eſt, Ruſtic. de fideicommiſſiſ, cap. 3. nu. 17. lib. 2. in locis tamen, ubi tale ſtatutum viget, ſecus eſſe dicit, ſi in ultimis ſuis uxor viro, aut alteri leget pro malè ablatiſ, & ſuæ conſcientiæ exoneratione, & hæc eſt veritas, ſecundum quam conſulti reſquiſitus quid ſentirem, & præcipue in cauſa Nuntii de Averſa, cum hæredibus Magnificæ Ciericis Quintanæ, de Anno 1625. Quamvis noviſſimè *Hodiern. in repetit. l. hac editali C. de ſecundis nupt. q. 37. conetur probare legatum à conjug. in arbitrium ſecundi viri relictum, ut illud pro anima diſtribuat ſubjacere diſpoſitione d. l. hac editali.****

### P R I V I L E G I U M I X.

#### A R G U M E N T U M.

Favor pro malè ablatiſ eſt potentior favore legati ad piæ cauſas ſimpliciter, & ideo ambobus concurrentibus, præfertur ille legato pro malè ablatiſ.

#### S U M M A R I U M.

1 Legata pro incertis, & malè ablatiſ ſunt potentiora cæteris legatiſ ad piæ cauſas.  
2 Major eſt utilitas teſtatoris in legato pro incertis

- incertis, & malè ablati, quàm in cæteris legatis ad pias causas.*
- 3 *Privilegiatus potentiori privilegio præfertur alteri privilegiato.*
  - 4 *Ecclesia cui fuit relictum legatum pro malè ablati est præferenda alteri Ecclesia pro legato ad pias causas.*
  - 5 *Regula quod concurrentibus duabus piis causis in aliqua dispositione privilegium cessat.*
  - 6 *Privilegia utriusque in exercitio concurrunt, hoc est, quando est privilegiatus in specie, secus quando est genere, ut ibidem.*

**R**egulam firmo absque ulla dubitatione quod legata pro incertis, & malè ablati sunt potentiora, & magis privilegiata, quàm cætera legata ad pias causas, cum ipsa respiciant exonerationem conscientie testatoris; & ideo potentiora debent appellari, quia legatum pro incertis tractat de evitando damno animæ testatoris, quæ bona aliena usurpavit, legatum verò ad pias causas tractat de lucro tantum animæ testatoris, ut ex illo legato ad pias causas aliquod refrigerium sentiat anima sua, & tale donum Deo factum eximat se à parte poenarum, quas pati teneretur ob sua peccata juxta tradita per nos in praxi elect. & variat. fori quest. 62. numer. 24. sect. 4. ubi quod potentius dicitur, & judicatur privilegium ejus qui tractat de damno evitando, quam alterius qui certat, ut lucrum consequatur, Bartol. in Authent. quas actiones vers. si vere, C. de sacrosanct. Eccles. Albert. in l. vorum §. fin. numer. 7. de minor. Caphal. consil. 508. numer. 33. volum. 4. quare videmus quod una Universitas, vel Republica, quæ tractat de damno evitando, restituitur adversus aliam Universitatem, vel Rempubicam, quæ certat, ut lucrum consequatur Castr. cons. 37. numer. 5. part. 2. & hinc una Ecclesia tractans de damno evitando restituitur adversus aliam Ecclesiam, quæ tractat de lucro captando, Roman. cons. 166. numer. 14. quia magis favendum est ei, qui tractat de damno evitando, quàm de lucro captando, Anton. variarum resol. lib. 2. resol. 8. num. 60. Oser. lucub. Rom. disput. 2. n. 8.

2 Accedit pariter pro comprobatione, nam major est utilitas testatoris, in legato pro incertis, & malè ablati, quàm in cæteris legatis ad pias causas, cum in illis tractetur de exoneratione suæ conscientie, ergo potentiora illa debent appellari, cum privilegium potentius dicatur, in quo major vertitur utilitas. Decian. cons. 147. Bald. in l. hac consultiissima, col. 16. qui testamentum facere poss.

Additur quod duabus causis egregiis institutis duobus testamentis utraque succedat nisi altera esset magis pia, quæ præferretur, Dec. in l. fin. n. 54. C. de edit. div. Adrian. tollend. Paltron. de acquirend. possess. q. 14. num. 47. Thomas tract. de ultim. voluntat. tract. 10. cap. 173.

3 Qua Regula vera existente, cum habeamus alteram non falsam, ut privilegiatus potentiori privilegio præferatur altero privilegiato, l. verum §. finali. ubi Bartol. & Bald. ff. de minor. idem Bartol. in d. authent. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. Dec. d. cons. 147.

Ideo merito fatemur, quod si concurrat una Ecclesia pro legato facto pro incertis, & malè ablati, & alia pro legato ad pias causas, illa Ecclesia, cui fuit relictum legatum pro malè ablati est præferenda.

Quamvis, si ambæ concurrerent pro legato ad pias causas, tunc conquassarentur privilegia, quia Regula est clara, ut concurrentibus duabus piis causis in aliqua dispositione privilegium cessat, ex quo privilegiatus contra pariter privilegiatum, suo non utitur privilegio, l. verum §. fin. ff. de excus. tut. c. caus. de præbend. l. 2. C. de priv. Eijci, latè D. Reg. Tapia, in l. fin. cap. 8. ff. de const. Princ. & nos plenius docuimus in praxi elect. & variat. fori d. quest. 62. ubi lubeat videre quia utilia sunt cumulata.

Notare tamen non desinas ad ornatum talis Regulæ, quod ipsa locum sibi vindicat, quando privilegiatus propter aliquam causam, vel qualitatem concurrat cum privilegio ejusdem qualitatis; & sic quando uterque est privilegiatus in specie respectu causæ, de qua agitur, & sic privilegia utriusque in exercitio concurrunt; At secus quando quis est privilegiatus in genere, sed non est in ea causa, de qua agitur; nam tunc privilegiatus utitur privilegio suo, contra alterum privilegiatum, ut probatur in l. finali, ff. ex quibus caus. major. & tradunt communiter Gloss. Bart. Bald. Castrens. & Jaf. in dicta authentica quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. Abb. in cap. ad aures, extra de rescript. latissimè Trentacinq. variat. resolut. lib. 1. tit. de rescript. ubi plura cumulata.

## PRIVILEGIUM X.

## ARGUMENTUM.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta Ecclesie, vel alteri pio loco pro exoneratione conscientie, & pro malè ablati bene valet.

## SUMMARIUM.

- 1 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum est invalida.
- 2 Stipulatio contra bonos mores non valet.
- 3 Definitio donationis.
- 4 Donatio invalida dicitur, quando est contra civilem, & naturalem rationem.
- 5 Donatio omnium bonorum si in ea inter venerit juramentum neque valet.
- 6 Donatio hac si fuerit facta Ecclesie, vel alteri pio loco non valet, & vide n. 8.
- 9 Donatio quando ferret alicui Ecclesie, Xenodochio, hospitali, vel alteri loco pro exoneratione conscientie, & pro incertis, & malè ablati, valet.

**R**egula est, quod donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum est invalida, & nulla in totum Bartol. & DD. in l. stipulatio hoc modo concepta n. 5. & in l. finali, n. 12. & 16. C. de pact. Bald. in c. in presentia n. 36. de probat. Angel. in l. 1. in princ. n. 2. ff. de pign. & communem fate-

## de malè Ablat. Privileg. 355

fatetur *conf. 365. num. 1. Roman. conf. 171. num. 2. Castr. in l. Julianus, num. 3. de acquir. hered. Abb. conf. 48. nu. 1. & 2. lib. 2. Aret. conf. 54. num. 2. & in conf. 514. n. 1. Corn. conf. 251. num. 3. & 6. lib. 3. Dec. in l. fin. numer. 30. C. de pact. & conf. 30. num. 1. Ruin. consil. 65. num. 3. lib. 4. Croti. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 57. ff. de verbor. oblig. asserens in consulendo, & judicando ab hac opinione non esse recedendum, sequuntur Ripa in l. resp. c. 14. n. 1. lib. 3. Cephal. conf. 485. num. 125. Alciat. in dicta l. fin. num. 35. C. de pact. & Men. in conf. 184. n. 1. Clarus in §. donatio q. 19. Vivius op. 207. Gam. dec. 386. Praeses de Franch. dec. 594. Peguer. decis. 136.*

<sup>2</sup> Quæ sanè regula fulcitur primò, quia si quis ità stipulatus fuerit, si me hæredem non fecerit tantum dare spondes, non valet stipulatio ea ratione, quia est contra bonos mores dicta l. stipulatio, & ratio rationis illa est, quia per eam auferitur libera testandi facultas, ut dicunt omnes Doctores per illum *textum*; ergo simili modo non debet valere donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quia per eam etiam indirectè auferitur libera facultas testandi, non enim potest aliquem hæredem invenire argum. l. quod de bonis, §. 1. ff. ad leg. falc. nam falcidia locum non habet in donatione inter vivos, l. ubi ità donatur, de don. caus. mort. & hanc rationem probat etiam *Castrens.* per illum *textum* in l. Julianus in princ. n. 3. de acquir. hered.

<sup>3</sup> Secundò pariter probatur, quia hæc donatio in effectu complectitur hæreditatem, quæ est successio in universum jus, quod defectus habet, l. nil aliud est hæreditas, ff. de verbor. signific. atque prohibita est donatio hæreditatis l. hæreditas C. de pactis convent. l. cum donationis C. de transact. ergo similiter censetur prohibita donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quia non verbis, sed rebus leges imponimus, l. scire leges ff. de leg. l. 2. in fin. C. commun. deleg. & l. fin. C. de usur. nam lex sic debet intelligi, ut non possit circumscribi, & reddi elusoria, c. si civitas de sentent. excomm. lib. 6. l. 2. §. sed quia veremur, & sequenti de iurejur. propter calum. & l. 1. §. pecuniam, col. sequen. ff. de calumn. Glos. in c. quamquam de usur. lib. 6. & quod in fraudem legis factum est ipso jure nullius est momenti, l. hoc modo de condit. & demonstr. l. non dubium, C. de leg. l. si Libertus, ff. de jure patr.

<sup>4</sup> Et tandem tertio considerare debemus, quod hujusmodi donatio est contra civilem, & naturalem rationem, quia per eam liber homo in tali statu constituitur, ut nihil sibi possit acquirere, & consequenter non possit tentari, l. inter stipulantem §. sacram, ff. de verb. oblig.

<sup>5</sup> In tantum, quod etiam si interveniat juramentum adhuc talis donatio non valet, ità *Bart.* in dicta l. stipulatio, hoc modo concepta num. 5. & alii communiter sequuntur, ut testatur *Castrens.* in conf. 82. lib. 2. *Abb.* consil. 48. n. 1. *Corn.* consil. 60. nu. 9. & 10. *Socc. sen. conf.* 126. n. 8. lib. 3. *Rimin. conf.* 514. nu. 5. & 6. *Curt. jun. conf.* 25. n. 9. *Rip. respons.* l. 3. c. 14. n. 2. *Purpur.* in l. fin. n. 240. & ibi etiam *Cagnol.* n. 220. C. de pact. quam *Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.*

etiam communem fatetur *Cravett. consil.* 129. n. 9. & sequitur *Roland.* in conf. 39. & consil. 65. lib. 1. *Valer.* in diff. inter utrumque forum in verbo donatio diff. 9. eà nimirum ratione, quia cum auferat liberam testandi facultatem intelligitur contra bonos mores, d. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obligat. cui consequens est dicere, & juramentum superinde interpositum nullius sit momenti; cap. non est obligatorium, de reg. jur. in 6. & ità pariter tradunt *Honed.* conf. 39. volu. *Pascal.* de patria potest. p. 2. c. 8. n. 116. *Viscont.* in conclus. Jur. in verbo donatio omnium bonorum.

<sup>6</sup> Quinimo si donatio hæc fuerit facta Ecclesie, vel alteri pio loco neque erit valida, *Angel. conf.* 179. n. 5. & conf. 365. nu. 2. *Anchar. consil.* 231. n. 2. *Rom.* in l. pactum dotali n. 7. C. de collat. & plenius in d. l. stipulatio hoc modo concepta n. 10. ubi etiam *Alex.* n. 20. & *Butrigar.* n. 12. nam hujusmodi donatio est bonis moribus inimica, & ex parte recipientis directo contradicit caritati; cum hominem liberum constituat in statu perpetuæ paupertatis, quod Ecclesie, & Religiosis minimè congruit, quia donatarius ad antiodota est obligatus, l. sed & si lege, §. consuluit. ff. de pet. hered.

<sup>7</sup> Ultra quod illa conventio, per quam impeditur libera testandi facultas bonis moribus est contraria, & apud homines sæculares utique ità habetur ad *textum* in pluries cit. l. stipulatio, ergo à personis Religiosis multò magis debet observari, ne bonis alienis, & lucris temporalibus videant inhiare, cum cælestibus magis debeant inhiare, cap. ex parte in fin. de censibus, qua ratione omnis actus; qui bonis moribus non congruit in personis Ecclesiasticis, & Religiosis multò magis improbat, §. cogitandum, in authent. de Monach. quo axiomate utebar in quadam causa vertente inter *Lucam Statellum*, & *Nardum Scallum*.

<sup>8</sup> Contrarium tamen tenent *Bartol.* in l. find. n. 13. C. de pact. *Bald.* in authent. si qua mulier, n. 15. C. de sacrosanct. Eccles. *Abb. conf.* 58. n. 3. lib. 2. qui fatetur esse communem opinionem, *Dec. consil.* 448. n. 4. & 5. sequitur *Ruin. conf.* 82. n. 12. & conf. 128. lib. 1. *Crot.* in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, ubi pariter hanc communem opinionem appellat *Felyn.* in cap. in præsentia num. 7. & 8. de probat. & alii recentiores.

<sup>9</sup> Quidquid sit in casu simplicis piæ causæ, ego firmiter credo, quod quando talis donatio fieret alicui Ecclesie Xenodochio orphanotrophio Hospitali, vel alteri pio loco pro exoneratione conscientie, & pro incertis, & malè ablati, tunc donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum bene valeret, & ità consului ad favorem Venerabilis Cappellæ Sanctissimi Sacramenti Civitatis Suevæ in anno 1623. & iterum in causa Venerabilis Monasterii Sancti Francisci de Paula, siti in hæc Urbe Neapol. extra Portam Capuanam.

## PRIVILEGIUM XI.

## ARGUMENTUM.

Filius non solvens legatum paternum pro incertis, & malè ablatis privari debet legitimâ.

## SUMMARIUM.

- 1 Hæres extraneus non adimplens testatoris voluntatem, privatur ipsa hereditate.
- 2 Filius monitus à Judice Ecclesiastico legata pia relicta in paterno testamento solvere si intra annum neglexerit, legitima portione privatur, sed idem n. 3.
- 4 Filius negligens in libertate concedenda ex testamento patris non amittit legitimam.
- 5 Filius non adimplens legata pia relicta in testamento patris, non amittit legitimam.
- 6 Legatum, quando est factum pro exoneratione conscientie, & pro malè ablatis, tunc si filius illa non curaverit executioni demandari debet privari legitima.
- 7 Legata quando respiciunt commodum animæ paternæ, debent quam citius adimpleri.

- R**egula est, quod hæres extraneus, qui non adimplet testatoris voluntatem privatur ipsa hereditate, l. si patroni §. quid ergo, l. fideicommissariam §. legatum, ff. ad Trebell. authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. Covarr. in cap. si hæredes n. 5. de testi. quod quidem existimant Doctores ipso jure fieri, quia verbum privatio de quo in dicta authentica denotat privationem ipso jure, ità Glos. in l. criminali, C. de jurisdic. omn. judic. & in §. si quis autem in auth. de hæred. & falcid. & probat tex. in cap. licet universis de voto, ibi (ordine genituræ privandum) & verbum privetur dicunt Doctores ibi, & ut ipso jure fiat privatio, non expectata sententia, quam opinionem sectantur Bal. & Salic. & Jaf. dicens communem in Authent. hoc amplius, Spin. in Specul. testam. glos. 28. n. 67. quamvis ego in facto ad favorem Jo. Aloysii Sancini, in anno 1623. contrarium prætenderim ex Purpur. in conf. 482. vol. 2. ubi concordantes refert Gloss. in l. jubemus nulli, §. æconomus in verbo privetur. C. de sacr. Eccl. & in e. cum tu, in verbo privetur dos de usur. & in c. propter, in verbo privetur, ubi Abb. nos. de elect. Gloss. in c. præterea, de jure patron. & in c. cupientes. §. si verò in discordia, in verbo priventur de elect. in 6. Hostiens. in cap. de multa de præbend. Doctores in c. 1. ne prælat. vic. suas, latè Tiraq. qui plura in proposito cumulat; in l. si unquam, in verbo revertatur, n. 166. & seq. de revoc. donat. ubi n. 9. resolvitur in dubium esse sumendam interpretationem, ut privatio fiat per sententiam, & non ipso jure, quam opinionem sequitur Padill. in dicta Authent. hoc amplius, n. 24.
- 2 Et si filius comminatus à Judice Ecclesiastico legata pia relicta in paterno testamento

solvere intra annum neglexerit, etiam legitima portione privabitur, ità Archid. & Domin. in cap. Sylvester 11. q. 1. per illum textum Joan. Andr. Anch. Butr. & Hostiens. in cap. si hæredes de testament. ubi Imol. dicit communem opinionem arg. tex. in d. Authent. hoc amplius, C. de fideicom. & l. licet, C. de Episcopis, & Cler.

Verùm totum contrarium dicunt esse verius post alios antiquiores Cytier. intra de primog. lib. 3. q. 6. Cucch. de legitim. in Rubric. legitima Nullum gravamen admittit, n. 42. & eam approbatam, & veriorum opinionem fatetur Vasq. de success. §. legitima quest. 46. Covar. in d. cap. si hæredes, num. 9. ubi probat hanc opinionem variis mediis.

Primo, quia dicta auth. loquitur in legato libertatis, & tandem filius negligens in libertate concedenda ex testamento patris non admittit legitimam; ergo bene sequitur, quod filius negligens legata pia solvere non perdit legitimam, quia legatum libertatis est pium, l. 1. §. si autem, C. comm. serv. manum. ubi & Jaf. cum aliis quos retulimus in praxi elect. & variat. fori quest. 51. sect. 2.

Secundò, quia in jure minimè legitur filium amittere suam legitimam, ex eo quod non adimpleat legata pia relicta in testamento patris, neque hæc est de causis contentis in auth. ut cum de appell. cogn. §. aliud quoque Capitulum, collat. 7. c. Quintavallis, de jurejur. maximè quia legitima non est lucrum, quod filius consequitur ex hereditate paterna, sed quasi debitum patrimonium; l. si quis legatum, fin. ubi gloss. ff. de fals. l. fin. §. non enim, C. de cond. insert. ergo cum tantummodo lucrum testamentarium auferatur, si negligentes fuerint in adimplendo pia legata, sequitur quod illa pœna lucri ad legitimam filiorum non potest extendi, ità Segur. in l. 3. §. fin. ff. de liber. & posthum. Lopez in l. Hisp. fin. tit. 10. par. 6. in vers. legitima.

Quidquid tamen sit in casu piæ causæ aliud dicerem esse, quando agitur de legato facto pro exoneratione conscientie pro malè ablatis, nam tunc si filius non curaverit illa executioni demandare juxta ordinem, & mandatum patris, debet privari suâ legitimæ in pœnam.

De qua quidem opinione datur ratio, si quidem talium legatorum præstatio executioni debet mandari, quam citius cum illa respiciant commodum paternæ animæ, à qua filius omne esse, & bonum habet, ità quod dum filius ipse spernit gerere id, quod miser pater reliquit pro exoneratione suæ conscientie, & in ipsius animæ disgravamen redundat videtur esse multum ingratus, & propter ingratitudinem debet excludi à dicta portione, quia ingratitudo exsiccat fontem pietatis, ut probat Riccius Collect. 197. Additur noviter Thomas in tract. de ult. volunt. tract. 10. cap. 164. Quatenus probat filium privari prælegatis ob non soluta legata pia, Alvarad. de conject. ment. defunt. lib. 2. cap. 2. n. 29.

PRIVILEGIUM XII.

ARGUMENTUM.

In legato relicto pro exoneratione conscientiae pro malè ablati, & incertis contra hæredem debet fieri major interpretatio, quam illa quæ fit in simplicibus legatis piis.

SUMMARIUM.

- 1 *Ampla interpretatio in testamentis adversus hæredem fieri non debet.*
- 2 *In legatis piis, quod majus est interpretari debet.*
- 3 *Gradus pia cause tres reperiuntur.*
- 4 *Legatum factum Ecclesie pro vasis, & ornamentis, hoc casu debet fieri interpretatio magis ampla, & lata.*
- 5 *Res Ecclesie possunt alienari pro redemptione captivorum.*
- 6 *In legato relicto pro exoneratione conscientie, & malè ablati esse faciendam interpretationem amplissimam.*

- 1 **R**egula est, quod in testamentis ampla non fieri debet interpretatio adversus hæredem, ut communiter esse receptum fatetur *Cagnol. in l. in testamentis ff. de regul. jur. num. 3.* ubi etiam illam sequitur *Dec. Gloss. fin. in l. si plures ff. de cond. inst.* quam ad hoc commendat *Jas. in l. pecuniam ff. si cert. pet. num. 2.* & illam probat *Tex. in l. apud Julianum §. Sejo, ff. de leg. 1.* & in *l. nam quod liquidè ff. de pen. leg. & in l. nummis ff. de leg. 3.*
- 2 In legatis tamen piis quod majus est, interpretari debet, ut probat *tex. in d. l. Titia §. Sejo ff. de aur. & arg. leg. secundum literam veriore* et commendat *Rom. singul. 515.* & est communis DD. sententia, ut fatetur *Barbat. in cap. judicante num. 12. de testam.* ubi alii id testantur, & præsertim *Covarr. n. 5. Gom. in l. 36. Thaur. sub num. 2. in fin. vers. 12.* ubi quod licet regulariter quando legatum fit genericè, & obscurè, & debeat intelligi de minori re, vel summam, tamen fallit, si fiat propria causa, *Capra cons. 3. n. 2.*
- 3 Sunt tamen qui putant reperiri tres gradus causæ piæ, quorum antesignanus est, quando aliquid relinquitur Ecclesie pro clericis, & presbyteris, sive religiosis, quo in casu, licet favorabilis causa censeatur, sufficit tamen, si minimùm præstetur, ad *tex. in c. ex parte de testam. juxta verum intellectum dicti text.*
- 4 Secundus gradus est quando aliquid relinquitur Ecclesie pro vasis, & ornamentis, quæ immediatè conceduntur pro cultu Dei, & hoc casu debet fieri interpretatio magis ampla, lata, quam in præcedenti, & consequenter in eo præstatur id quod minus est ad *text. in c. fin. de testam. & in citata l. Titia Seja.*
- 5 Tertius gradus est quando aliquid relinquitur pro redemptione captivorum, & hic fu-  
*Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.*

premus est, & præfertur secundo, ad *sex. in c. Apostolicos, & in cap. Sanctorum 12. quest. 2. l. sancimus C. de sacros. Eccles. §. sanctissimos auth. de alien. emphyteuf.* in quibus juribus cavetur, quod res Ecclesie possunt alienari pro redemptione captivorum, continent enim maximam pietatem captivos redimere, ad tradita per *Padill. in l. cum quidam ff. de leg. 2.* ubi etiam *Sarmien.*

Ego autem quartum addendo dico, in legato relicto pro exoneratione conscientiae, & pro malè ablati, & incertis esse omnino faciendam interpretationem amplissimam contra hæredem, ita quod si concurrent legata pia, & similia facta pro incertis, & malè ablati, deberent omnino præcedere ampliatio in legato facta pro malè ablati, & ita dicebatur in facti contingentia in Tribunali Rev. Fabricæ S. Petri hujus Civitatis.

PRIVILEGIUM XIII.

ARGUMENTUM.

Donatio ob supervenientiam liberorum non revocatur, ubicunque illa pro incertis, & malè ablati est facta.

SUMMARIUM.

- 1 *Donatio revocatur ipso jure ob supervenientiam filiorum.*
- 2 *Si instrumento donationis expressè esset renunciatum, neque donatio revocatur.*
- 3 *Quod non procedit in donatione facta pro incertis, & malè ablati, ac pro exoneracione conscientie.*
- 4 *Donatio onerosa non appellatur donatio, quia potius dicitur solutio.*

**R**egula est, quod donatio ipso jure revocatur ob supervenientiam filiorum juxta vulgatum *tex. in l. si unquam C. de revoc. donat.* ubi omnium latissimè, *Tiraq. in verb. revertatur, Clar. in § donatio q. 22. Vivius in sylva comm. op. concl. 210. Gabr. concl. 2. de don.* quod procedit in utroque foro, ut post alios probat *Seraph. dec. 829. & 837. & Molf. in sua summa in tit. de contract. c. 17. n. 65. tom. 2. latè Fontanell. de pact. nupt. clausul. 5. glos. 8. par. 3. tom. 2.*

Quinimo etiam si expressè in instrumento donationis renunciatum esset, *d. l. si unquam* adhuc procreatis liberis illam revocari asserendum est saltem quoad legitimam quia secundum *Clar. loc. cit. vers. sed contraria non posse revocari beneficio dictæ legis magis benignæ, & aqua est opinio*, secundum illam plures iudicatum maximè in Senatu Mediolanensi, de quo meminit *Thessaur. decij. 112. post. n. 7. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. privil. 31. q. 2. Mising. observ. 63. n. 4. cent. 5. Franciscus Steph. & ibi addit. dec. 35. Costa de portio. rata q. 152. Mart. decij. 9. Pascal. de patria potestat. part. 1. cap. 8. n. 111. ubi post Guttier. in tract. de contract. jurat. cap. 9. n. 10. & seq. distinguit hujusmodi renunciationem valere quoad ipsum donantem, itaut non possit illam amplius impugnare sub prætextu filiorum postea susceptorum, verum eam renun-*

nunciacionem nihil operari quoad ipsos liberos postea susceptos, quin possint pro eorum interesse donationem à patre factam impugnare, ità ut saltem usque ad eorum legitimam revocetur, quoniam favore filiorum tale prodit privilegium juris, quo quidem filii postea nati habent actionem proponendi quærelam inofficiosæ donationis pro legitima eis debita in bonis paternis, *toto tit. C. de inoffic. donat.* & ideo filiis quoque hanc revocationis actionem competere, ait *Molf. loco cit.* prout donans Ecclesiæ omnia sua bona retento usufructu, si postea habeat filios revocari quoad legitimam, talem donationem firmat *Valer. in different. inter utrumque forum in verb. donans differ. 10.*

- 3 Quidquid tamen sit tex. in dict. l. si unquam C. de revoc. donat. non procedit in donatione pro incertis, & malè ablati facta ab aliquo ad suæ conscientie exonerationem, ut probat *Tiraq. ibid. in verb. libertis nu. 72.* & post eum firmarunt *Mascar. de probat. concl. 1280. nu. 155. & Caroc. dec. 7. num. 8.*
- 4 Assignatur hujus dicti ratio si quidem non est, quod gratuitum, sed rei debitæ restitutio, *Rustic. de fideicommiss. lib. 2. cap. 3. nu. 3.* Nec d. l. si unquam in onerosa dispositione procedit, sed in gratuita l. 1. ubi notat *Bald. C. de pact. & ibid. Rip. nu. 24. & 25.* ubi testatur de communi DD. sententia, *Tiraqu. loc. citat. in verb. donatione largitius num. 140. Gabriel. conclus. 2. num. 4. de donat. Cancr. variar. resol. lib. 3. cap. 15. nu. 74.* quia onerosa non appellatur donatio, sed potius solutio ut infra in privileg. sequenti probatum fuit, & ità communi voto pronunciatum ad favorem Marii Torelli reminiscor.

#### PRIVILEGIUM XIV.

#### ARGUMENTUM.

Donatio facta à Novitio pro restitutione incertorum, & malè ablatorum absque solemnitatibus sacri Concilii Tridentini, valida est.

#### SUMMARIUM.

- 1 Renunciatio faciendà à Novitio qualiter, & quando fieri debet, & vide nu. 6. 7.
- 2 Licentia requisita in donatione, sive renunciacione faciendà à Novitio, an possit concedi ab Episcopo nondum consecrato.
- 3 Qui possunt concedere hanc licentiam, & an requiratur quid sit in scriptis concessa num. 4.
- 5 Duo menses de quibus loquitur Concilium sess. 15. de Regular. c. 16. qualiter computatur.
- 8 Donatio facta à Novitio pro incertis, & malè ablati absque solemnitatibus Concilii valet, & quare nu. 9. idemque esset ubi donatio fieret ob remunerationem, num. 10.
- 11 Donatio remuneratoria est species permutationis, debiti solutio, & titulus onerosus, dicitur facta ob causam, & ideo natiuitate filiorum non revocatur n. 12.

**R**egula est, quod dispositio bonorum temporalium fieri prohibetur à Novitio cum primum recipiunt habitum, sed intra duos menses ante professionem intervenientis Episcopi, vel ejus Vicarii licentia, ut dispositum est per sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. de Regularibus cap. 16. sub horum verborum formula, *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio ante facta etiam cum juramento, aut in favorem cujuscumque cause pio, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, & non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, aliter vero facta, etiam cum hujus favoris expressa renunciacione etiam juratè fiat, sit irrita, & nullius effectus.* De cujus materia tractaverunt *Miranda in Manual. Prælatorum questio. 33. tom. 1. Egid. in repetit. leg. unic. Codic. de sacrosanct. Eccles. part. 4. §. Anonin. variar. resol. lib. 1. casu 62. Gratian. decisio. Rota Marchia 37. De Ricc. collectan. dec. 454. Valasc. de partit. bonorum cap. 16. Garcia de beneficiis parte 11. capit. 9. num. 10. cum seq. Molf. in commen. consuetud. Neapol. questione 16. & questione 17. titul. de renunciat. & ut alios omittam *Sanch. in sua summa lib. 7. capite 5. tom. 2. firmans num. 65.* hanc licentiam sufficere obtineri ab Episcopo confirmato, quamvis nondum consecrato, eo quia illis à tempore confirmationis competunt singula tangeant jurisdictionis exercitium, quale est id, deducens præterea num. 65. Archiepiscopum consecratum, qui nondum pallium recepit, posse talem licentiam in sua diocesi impartiri, nec non hujusmodi facultatem quoque tributam esse Capitulo Sede vacante, vel ejus Vicario, ut firmat num. 67. prout quoque illam concedere posse Abbates, & reliquos inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem nullique Episcopo subiectos in eorum diocesi annuit, num. 68. ubi etiam assentitur Archiepiscopum in suffraganei carere potestate elargiendi talem licentiam, nisi Ordinario eam denegatæ ad illum via appellacionis causa devolveretur, addens num. 75. Prælatos Regulares hujusmodi facultatem concedere minime posse in monasteriis exemptis, & sibi subiectis, quia hoc Concilii decretum tantum Episcopi licentiam ad hanc renunciacionem petit, & ità pariter affirmavit *Rodriq. quest. regul. tom. 2. qu. 47. art. 14.**

Quæ quidem Episcopi licentia, aut supradictorum jurisdictionem quasi Episcopalem habentium licentia non requiritur, quod sit in scriptis, quia Concilium loco cit. nullam de scriptura mentionem faciat, licet non sufficiat; quod sit petita, sed requiritur, quod cum effectu fuerit obtenta & quamvis præcedere debeat, sufficit tamen eam esse tacitè habitam ex ratihabitione de præfenti, ut in propriis terminis sigillatim advertit *Sanch. loco nuper citato num. 76. & seq.* Advertens insuper num. 80. circa aliam ejusdem Concilii solemnitatem petitam, nempe, ut renunciatio, & obligatio fiat intra duos menses, & perfectioni proximos non esse necessarium illam fieri integro bimestri ante professionem, sed sufficere, quod fiant toto illo bimestri, licet immediatè ante professionem virtute (dictionis intra) qua utitur Concilium.

5 Et num. 81. annuit computandos esse prælibatos duos menses de numero ad numerum secundum quod occurrit mensis in Kalendario, affirmans num. 82. nihil referre facta semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitimam faciendam, ut quia transacto bimestri est completa ætas, & annus novitiatus differri professioni, & quocumque causâ dilatio contingat, ut decisum refert *Armen-danz. in addit. ad Recopil. leg. Navar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 18.* affirmans quoque decisum num. 22. subsistere renunciationem quam aliquis fecit ante professionem per duos menses, licet ante expletum 16. annum.

7 Et juxta *Sanchez. loco sapius cit. numer. 83.* advertendum est, ut stante dispensatione Pontificia, ut Novitius nono mense professus sit, vel minor 16. annorum, neque poterit renunciari bimestri justo ante professionem, sed renunciatio est faciendâ, ut eodem, vel præcedenti die, dicens similiter observandum num. 84. quod si Novitius ante finem anni professionem deserat, sive tacita, sive non factâ renunciatione, & iterum pænitentia ductus redeat, renunciatio illa, quæ ipso egressu irrita reddita erat non convalescere.

8 His autem licet veris, existentibus firmandum est tamen quod donatio facta à Novitio pro incertis, & malè ablatis absque prælibatis Concilii Tridentini solemnitatibus valida est eorum favore.

9 Si quidem donationem taliter factam non esse veram donationem, immò alieni debiti restitutionem, patet ex dictis per *Cardin. Tusc. conclus. 144. lit. L.* ubi quod non præstat beneficium qui solvit debitum; & quando Novitius facit donationem, vel renunciationem, aut obligationem, non animo gratuito donandi, sed potius solvendi, quod debet Concilii, dispositio in hoc capite non procedit, ut dicit in terminis *Cenedus in quest. canon. cap. 6. numer. 12.* per ea quæ pulchrè advertit *Rodrig. in summa cap. 7. num. 4. par. 2.* & nos diximus *quest. forens. 53. num. 13. part. 1.* ubi merito firmavimus donationem remuneratoriè factam à Novitio absque solemnitatibus Sacri Concilii validam esse, ex eo quia ipsa non dicitur donatio,

11 sed impropriè, nam est quædam species permutationis debiti que solutio, & utulus onerosus, ad text. in *l. Aquilius Regulus ff. de donat. cum adductis per Card. Munt. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 2. num. 7.* dicitur donatio ob causam, & non simplex *Cabed. decis. Rot. Lusitan. 119. numer. 12. part. 2.* *Regens Tapia decis. Supremi Senatus Italiae 6. numer. 24.* & ideo illam non revocari nativitate filiorum, firmat *Phebus decis. Portugal. 86. tom. 1. quod habui in factò in causa Mariana Cicala cum hæredibus Pancilli de Storace.*

## PRIVILEGIUM XV.

## ARGUMENTUM.

Legatum factum pro incertis, & malè ablati spatio triginta annorum, non præscribitur.

## SUMMARIUM.

- 1 Legatum spatio triginta annorum ab hærede præscribitur.
- 2 Legatum dotis etiam præscribitur tali tempore, procedit etiam cum mala fide, & antequam legatarius acceptet, ut in n. 3.
- 4 Legatum pro incertis, & malè ablati nullatenus præscribi potest; neque legatum factum Ecclesie num. 5.
- 6 Mala fides an consideretur in hærede, quando legatum ab eo non petitur.
- 7 Præscriptiones tot requiruntur in legato annuo quot sunt anni.
- 8 Relicta Ecclesie, & oblata censentur relicta potius pro redemptione animæ Testatoris, quam pro Sacerdotis commodo.

**R**egulariter legatum spatio triginta annorum ab hærede præscribitur, §. pro temporali auct. de Eccles. titul. Corn. conf. 224. col. 1. *Clemen. in tr. de patr. potest. effect. 16. nu. 51. Grass. de success. lib. 2. §. collatio bonorum q. 13. n. 4.* ubi de communi Doctorum voce testatur *Vivius decis. 465.*

Unde legatum dotis præscribi tali tempore, apparet ex *l. in rebus §. fin. C. de jur. dor. tradunt, Rub. conf. 6. & Decian. conf. 13. nu. 55. lib. 2.* sic pariter legatum alimentorum, ut consului *Bald. conf. 484. num. 3. lib. 4. quem sequitur Becc. conf. 48. in princip.* prout similiter legitima, *Bald. in l. si quis filium num. 6. C. de inoffic. testam. Alex. conf. 8. num. 25. lib. 3. Marzar. conf. 31. num. 4.* ubi testatur de communi, *Tiraq. de tract. lign. §. 36. glos. 2. num. 37. Pinel. de bon. matern. num. 21. Bald. de præscript. q. 2. 3. 4. part. prin. nu. 5.* & loquendo in supplemento legitime, tradiderunt *Castr. conf. 109. lib. 1. Dec. conf. 14. Paris. conf. 32. vol. 3. Suarez,* qui testatur de communi in *l. quoniam in prioribus num. 7. C. de inoffic. testam. Puteus decis. 127. lib. 2. Palaez. de major. Hispan. q. 6.* ubi pariter omnis actio, & via agendi spatio triginta annorum diruitur, *l. 1. §. ad hæc; C. de Annual. except. l. 2. C. de constit. pecun. Bal. in conf. 137. in fine lib. 5.* & ante eum *glos. in l. nemo potest de leg. 1.*

Quorum sanè opinio procedit etiam cum mala fide antequam legatarius acceptet; nam per spatium annorum triginta adhuc hæres præscribit, ut censuit *Becc. conf. 48. vol. 1. & testatur Roland. à Vall. conf. 21. nu. 55. vol. 2.* & plenè *Caval. in tract. de usufr. mulier. relicta. num. 186.* quos refert, & sequitur *Pascal. in tract. de patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 166. addo Surd. conj. 6. nu. 16. ubi alios citat concordantis.*

His tamen veris existentibus, totum contrarium determinandum est in legato factò pro incertis, & malè ablati, nam nullatenus

præscribi potest spatio triginta annorum, quoniam censetur relictum pro redemptione animæ Testatoris, & non pro commodo alterius, in tantum quod legatum hujusmodi nullo tempore præscribi potest, *Rota in una Imolen. legati coram R. P. Lugdunen.*

Pro cuius opinionis confirmatione conferunt ea, quæ consideravit *Genuen. in practicabil. Eccles. qu. 586.* ubi legatum factum Ecclesiæ, & intra quadraginta annos non petitum, nullatenus posse dici præscriptum, firmavit per hæc verba.

Quæstio est notabilis, an legatum annuum relictum Ecclesiæ pro anniversariis, vel aliud legatum non annuum præscribatur si non fuerit acceptatum sive agnitum, vel petitum per quadraginta annos, & videtur quod nullo tempore præscribatur per malam fidem hæredis qui scribebat legatum esse relictum in testamento; malæ fidei enim possessor nullo tempore præscribit *cap. fin. de præscript. regula malæ fidei, eodem in 6.* Contrariam opinionem tenet *Anchar. in cap. sine possessione de reg. jur. in 6.* ex quo dicta regula quod malæ fidei possessor nullo tempore præscribit procedit, ubi agitur de jure quæsito tollendo secus ubi agitur de jure quærendo, quod quis potest acquirere, & non acquirit, non petendo, nec acceptando legatum, tunc enim non potest considerari mala fides in eo à quo non petitur legatum. Facit quod hæreditas antequam adeatur, & jus adeundi non dicitur esse in bonis nostris, *l. pretia rerum ff. ad leg. falcidiam, & ibi DD.* & hanc opinionem tenet *Socin. Sen. conf. 2. lib. 2. Bald. de præscript. 2. part. tertiæ partis princ. q. 13. Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 9. n. 5. Natta conf. 498. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135.* sequitur *Thessaur. lib. 1. qu. forens. q. 81.* videtur enim ex longi temporis taciturnitate inducta quædam legati remissio, *l. apud eum ff. de censibus l. si eo tempore ff. de remiss. pign. & secundum opinionem Anchar. in Senatu Pedemomano tradit Thessaur. loco citato, ut admitteretur præscriptio præteritis pensionibus annuis legatis pro anniversariis, quia in legato annuo tot requiruntur præscriptiones quot sunt anni, l. 3. ff. de annuis leg. l. si Stichum §. stipulatio ff. de verb. obligat. eandem opinionem etiam *Anchar.* meliorem dicit alios allegans *Gratian. discep. foren. cap. 118.* Nisi daretur culpa hæredis in occultando testamentum, vel non monendo legatarium de legato, quia tunc hæres peccat, & facit contra conscientiam, ideo non potest præscribere, ut tradit *Cuman. conf. 137.* & dicit *Gratian.* procedere etiam si ageretur præscribendo legato factò pauperibus, non enim imputandum hæredi, quod sit in mala fide, sed potius legatario non agnoscendo legatum, nam illud non acceptando, & negligendo pœnitere videtur abjecisse, & ibi eleganter distinguit inter ea, quæ sunt facultatis, an & quando possint præscribi, ad quem te remitto. Hæc autem omnia, & si fortè possint procedere in legato factò privatæ personæ; in legato tamen factò Ecclesiæ dico opinionem *Anchar.* nullo modo posse procedere, quia jus adeundi hæreditatem, vel agnoscendi, legatum dicitur esse in bonis nostris quando est in nostra facultate adire, vel non adire, acceptare, vel non acceptare legatum, secus autem quan-*

do possumus compelli actione, vel officio Judicis adeundum, ut in fideicommissario qui potest officio Judicis compellere hæredem, ut adeat tunc tale jus dicitur esse in bonis nostris, ita *Rip. singulariter in l. cum filio familiaris 75. ff. de leg. 1. alleg. l. rem in bonis ff. de acq. hered. actiones, & officium Judicis sunt transmissibiles ad hæredes, l. Pantoniuss ff. de acqu. hered. l. unica C. ut actiones in hered. Ecclesia vero semper datur officium Judicis qui potest compellere Rectorem ad adeundum, & acceptandum legatum, ut clarum est, & sæpius diximus; ergo tale jus dicitur esse in bonis Ecclesiæ, & sic cum agitur de jure quæstio secundum eund. *Anchar.* non procedit præscriptio contra legatarium, quod est adeo verum, quod si prælatus potuit Ecclesiæ acquirere, & non acquisierit quocumque modo tenetur refarcire de suo, & debet puniri *cap. quicumque 14. q. 2.* & alibi diximus item facit *glos. notab. in cap. contingit de senten. excommun.* ubi dicit quod actio injuriarum non est in bonis nostris ante litem contestatam, *l. injuriarum ff. de injur.* & tamen prælatus non potest remittere injuriam factam Ecclesiæ, quia est procurator, non dominus, *cap. fin. 12. q. 1.* satis est sit quæsitæ actio Ecclesiæ. Præterea legatum factum Ecclesiæ continet refrigerium animæ potius, quam commodum Rectoris, *cap. Pontifices 12. q. 3.* ibi ille qui donat Ecclesiæ pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis, & probatur offerre, & sic in legato factò Ecclesiæ agitur principaliter de refrigerio animæ Testatoris, cujus consensus non potest præsumi in non acceptando legatum, & ille principaliter attendi debet cum secundariò veniat ad commodum Rectoris *dist. cap. Pontifices,* qui non potest præjudicare animæ defuncti cujus voluntas fuit, ut præstaretur legatum, & post mortem mutari non potest, & quod principaliter sit, attendi debet, & quia agitur de favore animæ omnes juris facultates sunt abjiciendæ, *Archidiacon. communiter receptus in cap. scriptum est 6. q. 3.* Concludo igitur legatum factum Ecclesiæ nullo modo ab hærede posse præscribi.*

## PRIVILEGIUM XVI.

## ARGUMENTUM.

Segetes, seu victualia seminata, & adhuc non recollecta sublegato mobilium continentur, maximè si legatum sit factum pro restitutione malè ablatorum.

## SUMMARIUM.

- 1 Mobilium appellatione quid veniat, & numerus segetes appellatione mobilium veniant, numerus 2. & vide numerus 10. & 19.
- 3 Fructus à solo separati connumerantur inter mobilia, ac secus fructus pendentes numerus 4. & sunt pars fundi numerus 5. ita quod de eis potest fieri supplementum legitime numerus 7.
- 6 In confiscatione rerum mobilium non veniunt fructus. 8 Ha-



## de malè Ablat. Privileg. 361

- 8 Habens partem in fructibus habet partem in prædio.
- 9 Prohibitus alienare aliquam rem, prohibetur fructus pendentes alienare.
- 11 Vendito fundo, fructus pendentes quoque veniunt.
- 12 Feudum publicans, fructus pendentes quoque publicat.
- 13 Res ubi restitui debet, intelligitur cum fructibus.
- 14 Res feudalis, vel emphyteoticaria absque assensu domini alienari nequit.
- 15 Vassallus nequit constituere usumfructum in feudo.
- 16 Verba legati intelliguntur secundum tempus testamenti, & vide n. 17.
- 18 Quæ destinantur ad unum usum pro factis habentur.
- 20 Aloysius Riccius Doctissimus vir, & clariss. Eques, ab Authore memoratur.

dum Bal. in cap. 1. col. ult. vers. *quæro quid de fructibus tit. de pace tenen.* Propterea Affl. in conslit. Regni col. 3. in 4. notab. scribit, quod in confiscatione bonorum mobilium non veniunt fructus pendentes cum sint pars soli, quod, & idem voluit in conslit. incip. si quando aliquem in 9. notab. & iterum ante fin. & reprobat glos. ibi contrarium tenentem & in ante eum videtur sensisse Bal. quem eum allegat in d. c. 1. de pac. ten. & ibi quoque Laud. col. 2. vers. *quæro cum tex. dicat.* & Alex. col. pen. vers. *cujusdam iniii.*

Et adeo hi fructus censentur pars fundi, ut Ang. in d. l. fructus ff. de reivend. adleveraverit, posse de hujusmodi fructibus fieri supplementum legitimæ filio, quamvis habere debent ipsam legitimam de substantia bonorum patris & non de fructibus, l. scinius §. repletionem, & auth. novissima, & utrobique Doct. C. de inoffic. test. quod dictum dicit Jaf. in d. l. cum filiosam. col. ult. ff. de leg. 1. sed, & hoc voluit licet Jaf. non meminerit, idem Ang. in l. centurio col. 2. ff. de vulg. & pup. subst. & ante eum Butr. quem citat Ang. in posteriore loco in l. jubemus C. ad Treb. & eos sequitur Socc. cons. 93. circ. princ. col. 8. vers. *prob. etiam dicta opinio lib. 1.*

Et ex hoc fit, ut qui habet partem in fructibus ratione decimæ, aut alias habet partem, & in fundo cum fructus sint pars fundi, ideo potest prohibere domino, ne fructus eo inscio colligat, ut hac ipsa ratione voluit Spec. & post eum Jo. And. & Bal. in addit. ipsius tit. de decim. §. 1. col. ult. vers. *ultimo queritur, idem Jo. And. post alios antiquiores à se ipso relatos in c. ex par. il. 2. & ibi quoque Collect. & Panor. ext. eod. t. Luc. de Pen. in l. 2. col. 5. in ver. aspect. C. quan. & quib. lib. 10. Flor. cons. 146. Alex. in l. divortio §. ult. col. ult. vers. juxta hoc unum ff. sol. mat. Guid. Pap. qui ita dicit fuisse judicatum in Curia Delph. dec. 283. & cons. 20. n. 1. vers. ad primum, Aufr. in dec. Thol. q. 109. & qu. 432. Jac. à S. Geor. qui hos non citat, sed alios qui id tamen non dicunt in tract. de royd. sive oper. col. ult. vers. *rursus quæro homines mei.**

Quibus illud quoque consequens fit, ut quemadmodum fundus ipse res est immobilis, ita, & fructus quoque pendentes cujus pars sunt, immobiles sunt, eo argumento, idem juris esse in parte, quod in toto l. jurisgent. §. ideo vers. si agitur in totum ff. de pact. & l. qua de tota in princ. & ibi glos. & Bar. ff. de rei vend. & l. pars ff. pro derelict. & l. qui scit in princ. ff. de usur. & l. si servus ff. de acquir. hered. & c. pastoralis §. sed cum totum de offic. deleg. cum similib. sicut ergo in fundo integro locum habet retractus, ita, & in parte ipsius ideo in fructibus pendentibus habere debet, ut pars suo toto conveniat, c. que contra 1. dist. & ita tenuit expressim Affl. in tract. prothom. col. 10. vers. *tertiò nota, & etiam nulla illius mentione facta Casan. in consuetud. Burgund. de retract. §. 1. in verb. heritaige, & in l. 2. vers. sed juxta hoc quæro, & Ferro loquens de magnis arboribus nondum excisis dividendis in consuetudinem, Burgund. de retract. §. 15. per l. Quintus ff. de act. emp. & loquens generaliter*

- 1 Regulariter mobilium appellatio generalis est pro omni re, quæ alienis viribus movetur, & proinde sub tali nomine veniunt ea, quæ de loco ad locum moveri possunt, dicuntur alias se moventia, l. moventium ff. de verb. signif. Oldrad. cons. 219. Dec. cons. 472. num. 4. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 5. §. 3. num. 7. Mascari. de gener. statut. interp. concl. 3. num. 15. Card. Tusc. concl. 103. lit. B. ubi latè discutit materiam.
- 2 Num autem segetes, seu victualia seminata, & adhuc non recollecta sub legato, mobilium contineantur quæstionis est in cujus resolutione aliorum lapsum considerare volens, Gasp. Thess. in sua forens. quæst. 26. lib. 1. sub n. 1. cum seq. ipse meo quidem judicio in foveam cecidit, nam tenet talia sub legato mobilium venire non posse.
- 3 Quam suam opinionem fundare videtur, ex eo, quia inter mobilia fructus à solo separati connumerantur, l. fin. ff. de requir. reis, Rebuff. in d. l. moventium, quod esse de proprietate sermonis dicit Nat. in cons. 117. in fin. quia de uno loco ad alium moveri possunt, Dec. cons. 44. num. 86. lib. 4. Card. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 6. addimus Card. Tusc. in memor. conclus. 103. & adducimus pro ejus sententia quod fructus pendentes inter immobilia reponuntur à Spec. in tit. de fruct. & interest. §. 1. vers. sed pone prælatus. Flor. in l. si fur. ff. de usufr. Bal. in c. 1. col. fin. ubi etiam Alvar. & Affl. de pace ten. glos. in c. 1. §. sciendum in verb. coherentibus de feud. cogn. ubi ex hoc dicit feudum posse in his constitui, sequuntur Alvar. & Card. Alex. ibid. & Zaf. in epith. feud. par. 4. col. 1. ubi id dicit communiter teneri à DD. Nam hujusmodi fructus pendentes sunt pars fundi, l. fructus pendentes ff. de reivend. Idque non solum in reivendicatione, sed, & in actione personali, l. ult. §. fructus ff. qua in fraud. cred. & planè declarat Bar. in l. si filiusfamilias §. cum secundum in fin. & ibi Bal. Ang. Bapt. Imol. Paul. de Castr. & Alex. ff. de verb. oblig. Bal. plenius Salyc. in l. fructus C. de act. emp. & Angel. cons. 33. col. 1. Aret. in l. cum filio. & ibi quoque alii recentiores ff. de leg. 1. Ideo & de his judicandum est, ut de feudo cum quæritur, an cedant mobilibus, an immobilibus, secun-

ter in fructibus pendentibus videlicet 125. *eiusd. tit. in fin.*

- 9 Nam & alias videmus, quod prohibitus alienare aliquam rem, prohibetur, & ejus fructus nondum perceptos alienare; quod hinc planum fit, quod ejus rei non potest constitui usus, & usufructus, l. ult. C. de reb. alien. &c. non liceat in princ. ibi, nec in usufructu jura dare 12. q. 2. & notat Bart. in l. codicil. §. instituto ff. de leg. 2. & Fulgos. conf. 93. col. 2. vers. item loquitur, & facit auth. novissima C. de inoff. test. & de feudo voluit glos. ut solet à nostris citari in c. 1. §. 1. in verb. alienationes de c. Cor. Blan. in sua summa tit. quib. mod. feud. amittatur verb. numquid possit usufructum. Arditz. etiam in sua summa eod. tit. §. cum prædictum sit vers. numquid poterit usufructus, Iser. in cap. Imperialem in princ. de probib. feud. alien. per Fed. Alex. qui eam glos. dicit communiter approbari conf. 18. col. 1. lib. 5. quod reperitur consil. 118. lib. 6. Jac. de S. Giorg. in tract. feud. in verb. ita etiam quod si ipsi col. pen. vers. subsequenter quæro, Curt. Jun. in eod. tract. in 4. par. princ. col. 44. vers. decimo quinto, quæro Affl. in d. c. 1. §. si quis hominem col. 2. n. 12. t. de pace ten. & idem de emphyteusi tenuit Rom. sing. 222. Tortus in l. jubemus la 2. in princ. C. de sacr. Eccl. sed nec aliter potest vassallus, vel emphyteuta vendere futuros fructus feudi, vel emphyteutis secundum Azon. in summa instit. de usufr. §. 1. in fin. sed, & si quis ex statuto non possit ultra quartam partem bonorum relinquere extraneo, nec notatur quoque de fructibus disponere ultra eam partem, ut ex facto respondit Soc. d. conf. 93. in 3. dub. quod est in 2. col. ver. circa tertiam dubitationem, & duab. col. seq. lib. 1. ubi ad hoc multa allegat.

- 10 Ego tamen cum Lauren. in decis. 16. Rot. Avenion. descendo in opinionem contrariam sub legato. s. mobilium, grana seminata, & adhuc non recollecta, venire, & deberi legatario ut ante eam voluerunt Cast. in cons. 132. lib. 1. & Dec. in cons. 482. quos sequuntur Machael patroc. 15. & 16. & Duran. caut. 53. in tit. de leg. in tract. de art. testan.

Et rationabiliter quidem, nam certum est primam opinionem fundari ex eo, quia fructus pendentes sunt pars fundi, quod ipse planè fateor cum considerantur tamquam accessorii, ac veluti appendices ipsius fundi, s. vendito

11 fundo fructus pendentes comprehendantur in venditione cum adhuc illi inhæreant, l. Julianus §. si fructib. ff. de act. emp. & d. l. ult. §. fructus ff. de his que in fraud. cred. & idem in fundo dato solutum, respondit Aret. conf. 190. colum. 6. vers. circa quintum, & idem in concessio ad affectum respondit etiam Rom. conf. 10. & idem quoque in legato fundo, ut etiam fructus veniant, dicunt, Jac. Aret. in Bal. in l. si quis verum ff. de leg. 1. col. 2. vers. quæro quid de fructibus C. de usur. & fruct. leg. cum concord. tradit à Corn. cons. 200. col. 3. vers. ex quo infertur lib. 4. & est bonus tex. in leg. si pendentes ff. de usufr. & in leg. falcidia placuit ff. ad legem falc. idemque de fideicommissio respondit Jaf. conf. 331. col. pen. vers. quinto dum quæritur lib. 2. & idem in feudo concessio in feudum voluerunt Dyn. Bar. Sabyc. Imol. Florian. Raphael. Cumon. Paul. Cast. Pet. Belu. Ang. Aret. Alex. Fran. Aret. &

Jaf. in l. cum filiofamil. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 1. q. 14. ff. de rer. divis. per d. §. fructus. & idem Bal. in d. consil. 1. col. ult. vers. adde quod dicit, & ibi quoque Alex. col. 2. vers. not. text. ibi tit. an agnat. vel filii per d. §. si fructib. Anch. & Imol. in c. per tuas ad fin. ext. de don. & Alvar. in c. 1. §. his consequenter, t. hic fin. lex. & qui feudum diverso amittit, & fructus quoque pendentes omittit, Bal. in d. c. 1. col. ult. vers. quærit an agna vel filii, & qui fundum publicat, & fructus pendentes publicat, Bal. in c. 1. in princ. col. ult. tit. de pace ten. Aret. conf. 10. col. 1. ubi id dicit valde notabile, & qui fundum vendere certo pretio damnatus est, nullus fructus rei excipere potest quia id pretium ad totam causam fundi pertinet, l. qui concubina §. si fundum ff. de leg. 3. & cum res restitui debet intelligitur cum fructibus pendentibus, Bal. in c. 1. §. si qui ex parte in ver. succedere tit. de pace constan. & sententia quæ rem adjudicat; cum iis quoque fructibus intelligitur, ut videre licet apud Affl. dec. 188. col. 1. & si dominium fundi in alium transfertur ipso jure intelligitur cum fructibus pendentibus; quod ex facto respondit, Berran. conf. 8. lib. 1. & qui sacerdotio quod vulgò beneficium vocant renunciat, & illius quoque fructibus pendentibus renunciare dicitur, Alber. in l. divortio vers. ex prædictis ff. sol. mar. & rei vindicatio, quæ datur ad fundum competit etiam accessorie ad fructus pendentes, & ita intelligitur d. l. fructus pendentes, quæ ob id sita est sub t. de rei vend. & aliæ similes, & in ratione pignoris fundi comprehenduntur fructus pendentes, ut est tex. in l. filiusfam. §. 1. ff. de verb. oblig. vide glos. & DD. ibi reddentes rationem differentie, & Glos. in l. videamus la secunda §. actionem ff. de usur. & Alberi in l. ultim. §. non solum n. 1. ff. qui in fraud. cred.

Verum si separati, & divisim considerentur, ut quia sine fundo, statim à fundo separandi, debent censer, tamquam si jam essent separati, tum arg. tex. in l. cetera §. sed si separavit, & ibi not. ff. de leg. 1. & l. pen. ubi Bart. ff. de mil. test. qui quidem Bar. in l. divortio §. interdum vers. quando quidam ff. sol. mar. dicit per gl. in vers. reddet, quod fructus proximè recolligendi habentur pro collectis, & sequitur Jaf. ibi col. fin. & in l. admonendi col. 11. ff. de jur. jur.

Tum etiam, quia finis ad quem quodlibet negotium tendit, potius inspicendus est, qua quod præsens est, l. si idem §. ult. & ibi Cast. ff. de jurisdic. omn. jud. & l. si domum ff. locat. & l. qui bona §. qui inter ff. de dam. infec. & l. adeo §. illud ff. acquir. rer. dom. Nam finis ipse declarat qualis sit res censenda l. sed, & si quid §. 1. de usufr. &c. fraternitatis §. ult. ff. de frig. & malefic. & voluit per eos tex. Specul. ex hoc probans aliquid esse censendum, mobile, vel immobile secundum finem in t. de fruct. & interesse §. scias igitur vers. sed quid si habeo, nam, & istud est à fine omnia denominari, secundum Aristotel. quem citat, ex nostris Bald. conf. 272. col. 1. lib. 1. & idem dicit ipse Bal. in repet. l. Emilius col. 4. vers. & scias quod libellus ff. de minor. & Alb. in l. 1. col. 2. vers. & an sit ff. de orig. jur. per l. novam C. de jud. & alia jura & Signor. cons. 23. col. 3. sub n. 16. & facit etiam l. si qui adulterii C. de adul. & l. repre-

reprehendenda C. de inst. & subst. & quod scribit ipse Bal. conf. 250. col. 1. lib. 1. & Socc. in rub. ff. de V. O. col. ult. paulò ante fin. ubi dicit, quod ejus natura est finis ejusdem sunt, & ea quæ tendunt ad eum finem per l. Oratio ff. de spons. At finis, intentioque eorum qui hor fructus emunt eisque uti fruique volunt, ea est ut statim quam maturi fuerunt, eos ad eorum usum decerpant & ità mobiles faciant, ut proinde furti teneantur qui eos à fundo separaverint omnino contrectandi, d. l. fin. fur. ff. de usufr. & l. si certæ, & l. si servus communis §. locavi, & l. inficiando §. ult. l. Fullo §. 1. ff. de furt. quamvis ea actio pro solis mobilibus detur, l. quare ff. de usufr. cap. & §. quod autem inst. eod. tit. ex quo illud planum fit hos fructus pro mobilibus censerì.

Tum postremo, quia non necessario concludit illud argumentum de toto ad partem glos. in l. 1. §. si ex dodrante in verb. argumentum ff. de collat. bonor. nec simpliciter quidem sed secundum quid, ut voluit glos. in l. si quid earum §. 1. ff. de leg. 3. & horum est bonus text. in l. si quis aliam ff. de solut. & in l. tuor vergentibus §. 1. ff. de minor. & in l. statu liberos, l. 1. §. 1. ff. de stat. lib. Numquam vero procedit cum est diversa ratio totius, & partis, l. cum de indebito vers. sed hoc ità, & ibi Saly. in 4. not. ff. de prob. & l. sed si lege §. adeo, & ibi glos. in ver. dimidiam ff. de peti. hered. & l. Papinianus §. sed nec impuberi ff. de inoffic. test. & l. ex mille ff. de evict. & tradit alia quoque glos. in l. qui haminem in pr. in verb. Titio de solut. Petr. de Bellapert. in repet. l. jurisgent. §. adeo col. 2. in 2. compos. & ibi quoque Bar. etiam in 2. oppos. Alber. col. 2. vers. item opponit, & etiam recentiores ff. de pact. Cyn. Salyc. & alii in l. cum notissimi §. in his C. de prescript. 30. vel. 40. annor. Alber. in l. si plures paulo ante fin. ff. de accus. Card. Flor. Panor. Barb. & Felyn. in cap. pastoralis §. item cum totum ext. de offic. deleg. Corn. conf. 10. col. 4. vers. nec obstat argumentum lib. 3. Dec. in l. cuius effectus ff. de reg. jur. & Everard. in locis legalibus in loco de toto ad partem, inde videmus fructus pendentes non censerì partem fundi in nonnullis aliis casibus scilicet in extinctione fundi donati ad effectum insinuationis, neque enim fructus ipsi augent extinctionem, l. in adibus §. 1. & l. cum de donatione ff. de don. quod non ob aliud est, quam quod in eo casu est diversa quæpiam ratio. At hic longè est diversa ratio utriusque scilicet fundi, & fructuum, imò verò in fructibus cessat omnino ratio nostræ consuetudinis, quæ est ut bona conserventur in familia, nam manere non possunt fructus statim perituri, sive eos decerptos, sive intactos in feudo relinquant, cum manere id tantum dicatur, quod durat, l. uli. §. ult. ff. de liber. legat. & cap. quia in omnib. in fin. de usufruct.

14 Et hinc videmus, quod licet feudum vel emphiteusis non possint alienari, vel obligari sine consensu domini per jura vulgata; nec item accipi in causam judicati, ut per omnes contra glos. in l. finita §. si de vestigalibus ff. de dam. infec. Possunt tamen eorum fructus vendi, vel donari ad modicum tempus, vel etiam quamdiu vixerit vassallus secundum diversitatem opinionum, possunt item

in causam judicati, ut de primo scilicet alienatione voluit Andr. de Iser. in cap. Imperialem in princ. & ibi Bald. col. 3. vers. quæro nunquid si ex consuetudine, ubi tamen distinguit Alvar. & Mart. Laud. col. 2. vers. nunquid vassallus & Alex. col. 4. vers. quæro an vassallus possit, de prohib. feud. alien. per Feder. ubi dicunt quod licet vassalus non 15 possit constituere usumfructum in feudo, l. arboribus §. ult. de usufr. potest tamen vendere fructus totius illius temporis, quo fundum apud se facturum est, quia prohibetur vendere rem non prohibetur vendere fructus illius, d. l. codicillis §. instituto ff. de leg. 2. & l. pater in pr. ff. de leg. 3. Item Isernia in c. eod. tit. de leg. Corr. & in c. 1. tit. an agna & inst. Const. Regni incip. Constitutionem divæ memoriæ in fin. & ibi Affl. conf. 7. vers. item quæro utrum habens Andr. in sum. tit. quib. mod. feud. amitt. §. item quæritur an possint vendere jus recipiendi fructus, Alber. in l. monumenta in fin. C. de leg. Bal. in l. voluntas col. 2. vers. illud certum est C. de fideic. ubi dicit, quod vassallus potest vendere fructus ad modicum tempus, quia illud non est alienatio, & in l. usufructu, col. ult. vers. illud est certum, & ibi Alex. in pr. ff. solut. matri. ubi idem dicit ipse Bald. in c. donare in princ. tit. qualis feud. alien. potest. Nam non dicitur (inquit) rem alienare qui fructus alienat, argum. d. l. in adibus §. 1. ff. de don. & idem Bald. in c. §. aut si libellario col. 6. quib. mod. feud. amitt. l. 1. per illos tex. & l. peto §. prædium ff. de leg. 2. & l. communi dividundo §. cum de usufructu ff. communi dividundo, Rainal. in §. habito col. xi. in parvis, vers. quæro cum quid vassallus de prohib. feu. alien. per Feder. Alex. conf. 68. lib. 1. & conf. 165. lib. 2. col. 3. & d. conf. 18. col. 2. lib. 4. Jas. in l. filius §. divi col. 11. vers. duodecimo limita ff. de leg. 1. in 2. lect. Affl. in Const. Regni incip. si quis post litem col. 5. Zasius in epit. feud. par. 10. cbar. 11. vers. tertia conclusio.

Nec tenenda hanc opinionem obstat, quod 16 verba legati intelliguntur secundum tempus testamenti, l. si ità ff. de aur. & arg. leg. uxorem §. testamento ff. de leg. 3. Ideo cum tempore testamenti, & mortis adhuc exterminata in terris, & non à solo separata inter mobilia non videbatur contineri, l. si cognatis ff. de reb. dub. Capella Tholoj. in decif. 190.

Nam respondetur, talia legata regulari se- 17 cundum tempus testamenti, quia testator legando argentum suum, vestes, vel domos suas non excogitavit se habiturum aliud argentum, vestes, vel domos, nimirum si acquisita post testamentum non veniant, Ruyn. conf. 122. num. 13. lib. 2. sed si testator tempore testamenti divinasset, vel cæpisset habere illud quoque contineretur, qui habuit ortum à tempore legati propter spem quam habebat, ut illud consequeretur, l. & si non sint, §. quid ergo de auro ff. de aur. & arg. leg. Bar. in l. cetera §. fin. ff. de leg. 1. & in l. fin. ff. de requir. reis; ità similiter seminata devinatione patrisfamilias inter mobilia censerì debent, ut per Castr. de quo memor est Rota Aven. apud Laurent. in dec. 16. in fin. quæ pariter sub n. 3. quod licet pugnare videantur juris regulæ, quod de conjunctis, & accessoriis loquitur:

loquitur: Tamen inquit illa, quia in habitu sperantur fieri res mobiles, & ad hoc ordinati sunt isti fructus, & destinati secundum eorum propriam naturam, perinde est, ac si tempore testamenti essent mobiles, *argum. tex. in l. fundi §. fin. cum l. seq. ff. de alt. emp.* si Regulæ detractæ ab ædificio, ut reponatur ædibus accedunt ita quæ sunt in fundo reposita, ut deinde amoveantur, non debent dici esse fundi, *arg. à contrario sumpto l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.*

18 Idem quia quæ destinantur ad unum usum pro factis habentur, *l. si quid earum §. inter emptum ff. de leg. 3. l. & si non sint d. §. quid ergo ff. de aur. & arg. leg.* Grana enim seruntur terris, ut deinde colligantur, nam, ut ibi perpetuò maneant & sic non debet haberi ratio illi modico tempore quo fundo fuerunt adjecta, cum parum duraverit, *l. si pro parte §. versus ff. de in rem verso.*

19 Quæ omnia considerando tantò magis illa procedere asseverabam, dum legatum de quo agebatur erat factum Cappellæ Sanctissimi Sacramenti cujusdam Civitatis ad exonerationem conscientiæ pro incertis, & malè ablati, ubi enim de favore animæ agitur apices juris non sunt attendendi, tantò magis, quia dum hæc scribo terræ motus in hac Civitate sunt adeò frequentes, ita ut quotidie illis inesse negare non possum credo propter peccata mea (ne dicam & totius Urbis) quæ certè Dei respiciens iram adeò pœnitentiæ, ciliciis, & religioni se dedit, ut speculum, & sanctitatis imago videatur, assistente, in ejus Cathedrali Ecclesiâ loco Apostolorum Dei verbum prædicante Admodum R. P. F. Hiacynto à Casali Ordinis Cappuccinorum, qui hodie in domino requiescit; & respectu Sedis vacantis gubernante tamquam Vicario Generali Illustriss. & Reverendiss. illo Equite clarissimo, & totius legalis scientiæ optimo genitore D. Aloysio Riccio numquam satis laudato viro, nunc Episcopo Vici Equense.

vita, censetur ademptum legatum, unde pater legavit filiæ dotem in testamento, & deinde superveniens filiam nuptui tradat, & eandem, vel majorem summam pro dote promittat, legatum censetur extinctum, & cum dote compensatur, *l. filia legatorum, cum ibi not. per doct. C. de leg. & l. Lucius la prima ff. de leg. 2.* prout in specie affirmant Soccr. Jun. *conf. 79. num. 18. lib. 3. Ruyn. conf. 81. num. 7. lib. 2. Surd. conf. 119. num. 10. & seq. lib. 1. Phanuc. de lucro dot. gl'of. 8. num. 83.*

Quæ sanè conclusio procedit etiam si legatum esset, simplex, & non in causam dotis, prout ex magis communi DD. opinione tutantur, *Jas. in l. hujusmodi §. cum pater num. 16. & seq. ff. de legat. 1. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 24. Anna qui alios citat concordantes conf. 91. num. 5. & seq.*

Quod si pater legavit quadringentum pro dote, & deinde vivius maritavit filiam cum ducentis, alia ducentum minimè debentur, ita quod residuum nullatenus potest peti iuxta Dyn. sententiam in *dist. l. Lucius ff. de leg. 2.* ubi etiam *Imol. Cast. & Cuman. Imol. in cap. filius extra de testam. & in dist. l. hujusmodi §. cum pater ff. de leg. 1.* quorum sanè opinioni non adversatur regula *sex. in dist. l. Lucius in fin. ubi permittitur petitio residui, quia ibi legatum relictum erat absque causa, sed isti loquuntur in legato pro dote.*

Contrarium tamen tutantur *Oldr. in cit. l. Lucius, Ancher. d. cap. filius, Angel. Bald. Jacob. Castr. & Salyer. in l. filia legatorum C. de leg. qui tenent filiam posse petere residuum ex eo, quia legato factio cum taxatione quantitatis numquam diminuitur per adjectionem causæ, l. creditor, & l. si inter ff. mand. l. Lucius ff. de aliment. leg. & hanc esse communem DD. vocem testatur Ann. *dist. conf. 91. adde Præf. de Franch. decisio 422. n. 6.**

Quidquid tamen sibi ipsis contradicant Doctores in hoc casu, tu tamen intrepidè firma, quod favore ligati pro incertis, & malè ablati, si fuerit aliqua quantitas pro tali causa legata, & deinde Testator superveniens aliquam partem solverit, debebitur quoque aliud residuum, ita quod non censetur per solutionem partis revocatum residuum, ad instar quando quis legat mille pro dotanda cappella, & deinde supervivens eam dotaverit cum ducatis quingentis, eo decedente non mutata voluntate debetur residuum usque ad integram quantitatem legatam, ut fuit originalis opinio *Jacobini in dist. l. filia legatum n. 5.* quem sequitur *Covar. in cap. officii num. 10. in fin. de testam. & Ann. dic. conf. 91. num. 19.* & modernè post hæc scripta *visus Paschal. in tract. de patr. potest. part. 2. cap. 6. num. 38.* juxta quorum sententiam requisitus de voto respondi in causa *Joan. Felicitis Sallani hæredis Magnif. Pauli Emilii Ronchegalli, qui legaverat ducentos aureos pro ædificanda quadam cappella sub titulo, & invocatione Constantinopolis, & deinde vivens impenderat centum viginti aureos, dixi consultus posse peti residuum ab Oeconomis dist. Cappellæ.*

## PRIVILEGIUM XVII.

## ARGUMENTUM.

Legata aliqua quantitate pro incertis, & malè ablati, si postea aliqua pars dictæ quantitatis fuerit irrita per Testatorem soluta, debetur quoque aliud residuum.

## SUMMARIUM.

- 1 Quantitas aliqua quando legatur, si postea pars per Testatorem solvatur in vita, censetur ademptum legatum, sed hoc procedit quando legatum est simplex, & non in causa dotis, ut in n. 2.
- 3 Patre legante quadraginta pro dote, si deinde vivius maritavit filiam cum ducentis, alia ducendum minimè debentur.
- 4 Legatum factum cum taxatione quantitatis numquam diminuitur per adjectionem causæ.
- 5 Favore legati pro incertis, & malè ablati, si est soluta pars debet repeti residuum.

1 Regulariter quando aliqua legatur quantitas, si postea pars per Testatorem solvatur in

## P R I V I L E G I U M X V I I I .

## A R G U M E N T U M .

Legata pro incertis, & malè ablatiis non comprehenduntur sub statuto, quod de legatis solvatur Gabella.

## S U M M A R I U M .

- 1 Statutum ut delegatis solvatur Gabella non comprehendit legata pro incertis, & malè ablatiis.
- 2 Statutum quod de legatis ad pias causas solvantur duo denarii pro libra, non valet, sed pro oneribus respicientibus causam piam potest cogi, ut in nu. 3.
- 4 Idem est ubi imponeretur gabella pro reparanda Ecclesia, vel pro liberanda Civitate ab aliquo morbo contagioso. Idem est quando imponeretur pro manutenendo studio in Civitate, ut num. 5.
- 6 Privilegium l. si quis Decurio C. de decur. lib. 10. quando non procedat.

pietatem respicere dicitur quando gabella imponeretur pro manutenendo studio in Civitate, quod etiam approbârunt *Rim. Jun. conf. 574. num. 4. lib. 5.* & alii supra allegati, & ratio est, quia causa studiorum fruitur privilegiis Ecclesiarum, & clericorum, illique æquiparantur, *Bald. & Jaf. in l. 1. ff. solut. matrim. Lutus in tract. de privileg. scholar. privil. 2. per tot.*

Quare meritò privilegium l. si quis decurio C. de decur. lib. 10. concessum patribus habentibus duodecim filios, non habere locum, in illis oneribus, quæ pestis, vel belli causâ imponuntur, cum ab eis nemo immunis, & exemptus censeatur, tradiderunt *Bursat. conf. 16. num. 51. lib. 1. & Thesaur. lib. 1. q. for. q. 13. num. 5.* quos refert, & sequitur Eruditissimus D. Marchio Corleti olim Regens Constantius in suis comment. ad tres libros Codic. d. l. si quis decurio nu. 44. ubi inter cæteras limitationes hanc præcipuè adducit, atque reponit.

## P R I V I L E G I U M X I X .

## A R G U M E N T U M .

Legatis mille aureis pro malè ablatiis, si non sint tot malè ablata, residuum non debet remanere penes hæredem, sed erogatur in pium usum.

## S U M M A R I U M .

- 1 Quando Testator mandat dari mille pro malè ablatiis, si non appareant tot malè ablata superfluum quod debetur, sed vide num. 2. & 3.

Regulam firmo, quod quando Testator mandavit dari mille pro malè ablatiis, deinde non apparentibus tot malè ablatiis, superfluum quoque erogabitur in pium usum pro anima Testatoris.

Quamvis *Butrig.* & post eum *Bald.* fingendo casum in testatore, qui mandavit distribui in pios usus mille pro tot malè ablatiis, si deinde non appareant superfluum debent hæredi concludat, nisi aliter testatoris voluntas fuerit, puta quod in aliam causam converterentur, & videtur in eadem residere opinione *Gennens. in pract. eccles. qu. 526.*

Sed ego à firmata regula minimè recedo, nam cum testator firmaverit certam summam pro malè ablatiis, tantam esse præsumendum est, sufficit enim assertio testatoris, nec aliunde probanda sunt malè ablata, ut infra in eodem opusculo firmatum fuit particulari privilegio.

Quare caveant exequutores testamenti fortè dati in contrariam inclinare partem sed omnia erogent in beneficium pauperum, vel alterius piæ causæ.

- 1 Regula fit quod statutum, ut de legatis solvatur Gabella, non comprehendit legata pro incertis, & malè ablatiis, *Bald. in l. si servo ff. de hered. inst. Brunor. à Sole in suo compend. resol. in verbo Gabella. Corjet. in suis singul. in verb. statutum il 18. Ryff. de fideicom. lib. 2. c. 3. num. 6. Carocc. dec. 7. nu. 10.* quoniam hujusmodi legata nullum debent agnoscere onus.
- 2 Quinimò asseverant infra citandi Authores, nec esse validum statutum quod de legatis ad pias causas solvantur duo denarii pro libra, *Butr. conf. 40. & 45. Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria num. 94. de consuet. Abb. conf. 25. lib. 1. Masc. de gener. stat. interpr. concl. 1. nu. 22.*
- 3 Licet pro oneribus respicientibus causam piam, quilibet possit cogi ad solutionem gabellæ, etiam si sit privilegiatus, & alias immunis, si quidem conclusio illa, ut privilegiati, & exempti à solutione Gabellarum non possint cogi à gabellotis, non procedit, neque locum habet, quando onus imponitur pro causa, quæ respiceret pietatem, ut pro satisfaciendo prædicatori, vel pro solvendo Medico, *Bellamer. conf. 47. num. 1. Bursat. conf. 16. num. 23. lib. 1. Natta conf. 311. num. 4. lib. 2. Cavalc. decif. 44. numer. 10. Alvar. in spec. jur. pontif. cap. 35. vers. & dicitur munus, Remigius de Gonn. in tract. de caritat. subsid. q. 62. num. 37. Capra regul. 96. num. 18. Guttier. alleg. 10. num. 2.*
- 4 Idemque esset ubi Gabella imponeretur pro reparanda Ecclesia, *Aloys. de Leo in auth. cassa num. 19. C. de sacrosanct. Eccles. Surd. conf. 62. num. 12.* ut pariter quoties Gabella imponeretur pro liberanda civitate ab aliquo morbo, seu contagio, ut puta à peste, *Duen. regul. 100. fallen. 17. Pur. in tract. de reintegr. feud. cap. 14. numer. 26.* ubi loquitur de Ecclesia, *Menoch. conf. 800. num. 21. Sfort. Odd. conf. 746. num. 4. lib. 1. Decian. conf. 14. num. 24. lib. 1. Caval. dic. decif. 44. num. 100.* ubi etiam, quod *Ja. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.*

## P R I V I L E G I U M XX.

## A R G U M E N T U M.

Donationes factæ pro incertis, & malè ablati infra quindecim dies à tempore stipulationis, locis, quibus factæ sunt, per Notarios denunciari debent, legata autem infra idem tempus à die aperturæ testamenti.

## S U M M A R I U M.

- 1 Donationes factæ pro exoneratione conscientie, vel pro malè ablati debent denunciari per Notarios loci, quæ denunciatio debet fieri infra quindecim dies.
- 2 Legata facta Hospitalibus, & aliis locis debent denunciari per Notarios infra mensem.
- 3 Terminus unius mensis currit à die publicationis ad denunciandas dictas dispositiones, sed de faciendis constituitur tantum terminus quindecim dierum.
- 4 Legatum quod est factum alicui Hospitali, quod multum distaret à loco ubi residet Notarius duplicatur terminus dicto Notario ad denunciandum.
- 5 Legata pia denunciari possunt à quolibet de populo.

1 **R**egula sit in hoc nostro Regno Neapol. quod donationes factæ pro exoneratione conscientie, vel pro malè ablati, debeant denunciari per Notarios loci, quibus factæ sunt infra quindecim dies à tempore stipulationis, & si fuerint legata, sive fideicommissa, aut codicilli infra idem tempus, & terminum à die aperturæ testamenti notificare debent locis, quibus relicta sunt, ita cautum est in *prag. 1. sub rubr. de legatis piis*, quæ quidem fuit confirmata ab Illustriss. & Excellentiss. Comite Mirandæ Regni Prorege per aliam *pragmaticam* situatam in *rubric. de Notariis*, & propriè est finalis, ut testatur *Roviti. in comment. ad citat. prag. 1. in princ.*

2 Et quamvis novissimè *Horatius Viscontus in suis conclus. jur. in verb. legatum licet alicui factum sit fol. 158. col. 1.* vigore dictæ *pragm. 1.* editæ per Eminentissimum Cardinalem de Granuela, asserat infra mensem debere Notarios legata facta Hospitalibus, & aliis piis locis denunciare.

3 Tu tamen Regnicola adverte, nè erres, nam *pragmatica* illa, dum assignat mensem Notariis ad denunciandum donationes, legata, fideicommissa, & dispositiones, loquitur de donationibus, & aliis dispositionibus factis per prius, & illis *pragmatica* dat terminum unius mensis à die publicationis ipsius ad denunciandas præfatas dispositiones, sed de faciendis constituit tantum terminum quindecim dierum.

4 Bene verum velim notes pro coronide, quod si legatum esset factum alicui Hospitali, quod multum distaret à loco ubi residet Notarius (ut puta, esset factum legatum Regii Ecclesiæ Civitatis Gaetæ) tunc hoc distantiam loci, esset

multiplicandum tempus Notario ipso, ita quod licet infra terminum quindecim dierum non denunciasset Oeconomis dictæ Ecclesiæ legatum factum, excusaretur Notarius quousque videbitur arbitrio boni viri, & sic Judicis.

Nec desinens observare, quod de jure communi legata pia denunciari possunt à quolibet de populo, *Bald. in l. nulli num. 13. C. de Episcop. & cler. Surd. de aliment. tit. 3. q. 8. num. 4.* ubi etiam, quod quilibet de populo potest implorare judicis officium, per quod exequutor cogatur voluntatem testatoris executioni mandare, ex *Roman. cons. 69. nu. 3.* sicque pariter firmat favore alimentorum, ut videre poteris.

## P R I V I L E G I U M XXI.

## A R G U M E N T U M.

Legatum pro incertis, & malè ablati, per alienationem rei legatæ non censetur revocatum.

## S U M M A R I U M.

- 1 Legatum fundi, domus, vel alterius rei censetur revocatum ex ipsorum alienatione voluntaria, quæ conclusio procedit etiam si donaretur res legata num. 2.
- 3 Ex alienatione rei legatæ, præsumitur revocatio quamvis legatum esset factum pie causæ.
- 4 Res legata pro exoneratione conscientie, & pro malè ablati non censetur adempta si alienetur.

**R**egulariter legatum fundi, domus, vel alterius rei censetur revocatum ex ipsorum alienatione voluntaria, §. *si rem in st. de legat. l. rem legatam ff. de adimend. leg. l. fideicommissio §. si rem ff. de leg. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 167. firmans præsumpt. 37. num. 13. lib. 3.* alienationem voluntariam cognosci quando testatori nulla necessitas urget alienandi, & tamen alienat.

Quæ sanè conclusio procedit, etiam, si donaretur res legata, *glos. in d. §. si rem in st. de leg. in verb. alienaverit*; quinimò etiam si alienatio esset invalida, *Mascard. de prob. conclus. 1280. nu. 93. Surd. de aliment. privil. 21. numer. 2. tit. 8. Mantie. de conject. ultim. volun. lib. 12. tit. 6. num. 2.* & etiam si alienatio esset facta cum pacto de retrovendendo, *Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 12. in tit. de leg. fol. 132.* de quo memor est *Præf. de Franch. decis. 183. num. 2.* nisi tamen tempus adjectum in tali pacto adhuc non esset elapsum, *Ludovic. dec. Perus. 23. dub. 2.*

Et ex rei legatæ alienatione revocationem præsumi asseverant infra citandi Doctores procedere, quamvis legatum esset factum pie causæ, nam hoc non obstat per ipsius rei legatæ voluntariam alienationem revocatum censetur, ut consuluit *Natt. cons. 613.* & scribunt *Fusc. in singul. jur. lit. L. plenè Mascard. de prob. dic. concl. 1280. numer. 102. cum seq. Menoch. de præsumpt. dic. c. 167. numer. 17. Mantie. de conject. ult. volun. lib. 12. tit. 6. num.*

## de malè Ablat. Privileg. 367

num. 5. *Surd. de aliment. dic. privil.* 21. ubi tractat si legatum pro alimentis factum super aliqua re, si voluntariè alienetur, censeatur revocatum, & quid si postea recuperetur.

4 Bene verum ubicumque legatum alicujus rei esset factum pro exoneratione conscientie, & pro malè ablati, tunc licet res ipsas voluntariè alienentur, non per hoc censeatur ademptum, legatum quia ut alias dictum est, tale legatum est onerosum, & ideo detrahetur ut æs alienum, certumque est, quod revocatum non censeatur legatum per alienationem, ubicumque legatum fuit factum ex titulo oneroso, *Ceph. conf.* 379. nu. 49. *Simon. de Pret. de interp. ultim. volunt. lib. 4. num. 9. Alex. conf.* 169. num. 4. & seq. *lib. 5. Gabr. conf.* 103. num. 4. *lib. 1. Menoch. conf.* 154. nu. 5. *lib. 3.* quos refert, & sequitur *Grarian. lib. 2. discept. forens. cap. 251.* quo in loco plenissimè explicat, quando legatum censeatur revocatum per alienationem rei legatæ voluntariam, sive necessariam pignorationem, locationem ad longum tempus, constitutionem usufructus, vel census permutationem. exactionem debiti sponte, vel coactè factam, aut receptionem in solutum, & in similibus casibus, de quo pariter ultra allegatos Authores poteris videre *Costam in tract. de portione rati q. 232. & Ludov. concl.* 24.

lier, sive alia similis persona donat pro tali causa pauperibus, vel pio loco, non læditur, prout ratio finalis statuti dictat, cum elemosyna utilissima sit, ad præsentem, & futuram vitam, ad *rex. in §. 1. vext. nam corporalis 42. dist.* eamque faciens, non solum abundantiam fructuum recipit, sed etiam sanitatem corporis, & animæ consequitur *cap. decima 16. q. 1.* tantò magis quia donatio facta pro incertis, & malè ablati, non dicitur facta in vim elemosynæ, sed potius in debiti solutionem, & oneris disgravamen, ut pluries alias diximus.

3 Ultra quod generaliter in causa pia statutariæ solemnitates minimè sunt necessariæ *glos. in l. si quis Titio ff. de leg. Bart. in l. Lucida inde alimen. legat. Corn. conf. 38. in fin. lib. 3. & voluit Rota Toletana pecuniaria 26. Januarii 1590. coram R. P. Perusino, & alias in Romana datis 29. Maii 1602. coram R. P. D. Ottembergo,* ubi latè discutitur quando statutum generaliter loquens comprehendat causam dotis.

4 Unde videmus quod tale statutum non procedit in oblatione facta Ecclesiæ, quia si mulier, vel minor offerat se sua bona, vel tantum sua bona non requiruntur solemnitates hujusmodi statuti, nam si offert se, & sua alicui loco pio est actus spiritualis, super quo statutum non potest disponere, si verò offerat solum bona est devotio, in qua locus pius est privilegiatus, *Abb. in cap. relatum; & ibi Add. de testam. Bald. in l. generali C. de sacrosanct. Eccles. Dec. in cap. presentia num. 35. de probat. Vivius in sua Sylva commun. opin. concl. 796.* ubi communi DD. voce testatur *Granui. theorem. jur. 25. num. 37.* ubi sic firmat in contractu facto à minore, vel muliere cum Ecclesiâ, vel aliò pio loco, & in quocumque alio contractu ad pias causas testimonium perhibens de magis communi scriptorum sententia, *Felyn. in cap. qua in Ecclesiarum num. 71. de constit. Ceph. conf. 109. numer. 18. lib. 1. Verat. dec. 194. part. 3. Carpan. in statut. mediolanen. cap. 328. num. 111. Boccac. in Const. Marchie glos. 8. numer. 48. Tiraq. qui alios concordantes coacervat de leg. connub. glos. 8. num. 162. licet ibid. num. 165. multos allegando pro contraria parte illos fovet, & comprobatur pluribus rationibus usque ad num. 173. ut ibi videre poteris.*

Quare meritò novissimè *Gratian. discept. forens. lib. 5. cap. 831.* firmavit recognitionem bonæ fidei pro exoneratione conscientie potuisse fieri per mulierem absque solemnitatibus, juxta notata per *Præsid. de Franch. dec. 237. num. 2. & 4.*

### P R I V I L E G I U M XXII.

#### A R G U M E N T U M.

Contractus factus à muliere, vel alia persona prohibita contrahere absque aliqua solemnitate valet, si fuerit factus pro malè ablati, & incertis pro exoneratione conscientie, quamvis solemnitas à statuto requisita non fuerit servata.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Statutum prohibens mulieres minores, & similes, contrahere nisi cum presentia duorum conjunctorum, non procedit quando donant pro exoneratione conscientie ob incerta & malè ablata.
- 2 Mulier donans pro elemosyna pauperibus vel pio loco, lædi non potest.
- 3 In causa pia statutariæ solemnitates minimè sunt necessaria, sed num Statutum hoc procedat in oblatione facta Ecclesiæ n. 4.

1 **R**egula sit quod si fortè in aliqua Civitate (prout in Alma Urbe) vigeat statutum, ut Mulieres minores, & similes personæ non valeant contrahere nisi cum præsentia duorum conjunctorum, & mulier donet aliquam pecuniæ quantitatem pauperibus, vel alicui loco pro pro exoneratione suæ conscientie ob incerta, & malè ablata, quamvis in tali contractu non fuerit servata solemnitas intervenus duorum propinquorum juxta statuti mandata, non per hoc rescindi potest contractus donationis factæ.

2 De qua quidem regula dubitandum non est, cum ratione non careat, si quidem dum mu-  
*Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II;*

### P R I V I L E G I U M XXIII.

#### A R G U M E N T U M.

Legata pro incertis, & malè ablati debentur quamvis malè ablata aliter non consentent quam testatoris assertione.

## S U M M A R I U M.

- 1 Legata facta pro incertis, & malè ablati tenent quamvis non constet nisi ex testatoris assertione.
- 2 Bart. & alii dicunt, quod legata facta pro incertis, & malè ablati debent constare per testes vel instrumenta.
- 3 Satis durum videtur ea quæ in conscientia hominis consistunt testibus probanda esse.
- 4 Quæ dependent à conscientia alterius statur ejus dicto.
- 5 Assertioni miserabilium personarum eligentium forum se perhorrescere potentiam adversariorum statur.
- 6 In his quæ dependent ab animo statur simpliciter dicto cujusque in foro conscientie.
- 7 Donatio ob merita requirit probationem meritum.

1 **R**egulam firmo, omnino debere legata facta pro incertis, & malè ablati, quamvis talia malè ablata aliter non constent, nisi ex ipsiusmet testatoris assertione, ut patet ex Carroc. decis. 7. n. 13.

2 Et licet non desint contrarium tenentes, qui firmarunt malè ablata debere constare per testes, vel instrumenta ut fuerunt Bart. in l. qui uxori. ff. de aur. & argen. l. & in l. 1. col. 7. vers. tertio quæro C. de sacros. Eccl. ubi Bald. in repet. q. 9. col. pen. Alex. conf. 46. numer. 17. vol. 1. & conf. 17. lib. 4. Rol. in tract. de lucr. dot. q. 80. num. 7. Cost. in tract. de scientia cent. 2. dist. 2. nu. 29. Peregr. de fideicommissis art. 4. sub num. 14. Laurent. decis. Avenion. 105. qui omnes affirmant talia malè ablata, & incerta esse probanda aliter quam per assertionem testatoris.

3 Tu tamen potius stabili ratione, quam Doctorum numero contentus non recedas à regula, nam durum satis videtur ea, quæ in conscientia hominis consistunt, & absque testibus plenius committuntur, testibus probanda esse, & gravare (si nam probetur) defuncti conscientiam propriis terminis post hæc scripta visutatur noviter Giur. in consuet. Messan. cap. 2. glos. 12. part. 1. num. 15. ubi dicit, statutum suum huic difficultati occurrere, & ideo mandari, ut credendum sit testatori absque testibus.

4 Quæ quidem opinio confirmatur ex illo juris axiomate, ut quæ dependent à conscientia alterius, statur ejus dicto, Bald. conf. 423. col. 1. Alban. conf. 60. num. 7. Alex. conf. 16. latè Illustrissimus Riccius magno cum populi Neapolitani applausu Archiepiscopalis Curie Vicarius generalis & deinde Episcopus Vici Equensi decis. ejusdem Curie 4. part. 1. Nam certior probatio, quam per assertionem ejus in cujus animo qualitas consistit, haberi nequit §. alie instit. de act. l. si cui §. iidem ff. de accus. Bar. in l. inter omnes §. recta ff. de furt. & ideo, quæ in animo consistunt curata assertionem, probantur Roman. conf. 76. n. 5. Seraph. in tr. de privil. juram. priv. 1. Masc. de prob. concl. 954. n. 5. & in iis quæ ab animo alicujus dependent, sive si in affirmativa, sive si in negativa ejus assertioni statur gl. communiter recepta in cap. significasti il. primo ext. de homic. Hercul. qui alios adducit concordantes in tract. de

negativa proband. num. 375. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 39.

Quare merito in prax. elect. variat. fori. q. 2. §. sect. 1. firmavimus standum esse assertioni miserabilium personarum eligentium forum, qui dicunt, perhorrescere potentiam adversariorum sequuti sententiam Affl. & Foller. in const. statuumus, Rot. in antiq. decis. 23. de prob. & in novis dec. 3. de rescript. & Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. n. 14. de citat. tom. 1. de quo juramento perhorrescentiæ plura noviter Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 6. n. 629. sect. 7.

Quinimò in his quæ dependent ab animo, statur simpliciter dicto cujusque in foro conscientie cap. si vero de sentent. excomm. ubi Felyn. Valer. in different. inter utrumq. forum in verb. instrumentum diff. 1.

Quamvis donatio ob merita requirat probationem meritum, Navarr. in summa cap. 17. num. 145. idem Valer. in verb. donatio differ. 1. Clar. in §. donatio q. 3. num. 2. Cardos. qui alios citat concordantes in prax. Jud. & Advoc. in verb. donatio num. 7. Franc. Stephan. in decis. 26. ubi tractat quando merita donationi inserta à donatario probanda sint, Valasc. dec. 55. num. 5. Mantie. de tac. & ambig. convent. lib. 13. tit. 15. num. 41. Bellac. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 32. num. 174. & seq. Mantie. de tac. convent. lib. 13. tit. 15. nu. 41.

## P R I V I L E G I U M X X I V.

## A R G U M E N T U M.

Donatio pro incertis, & malè ablati excedens summam quingentorum aureorum valet, & si fuerit facta absque insinuatione.

## S U M M A R I U M.

- 1 Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.
- 2 Donatio favore piæ causæ valet, licet insinuatione vallata non reperiatur, & presertim favore donationis facta pro incertis, & malè ablati, ut in num. 3.
- 4 Donatio prædicta præsumitur facta pro exoneratione conscientie.
- 5 Pater donans filio summam ascendentem ad legitimam ex causa dicta legitima videtur dari ad sui exonerationem.

**R**egula est, quod donatio excedens summam quingentorum aureorum debeat insinuari ut in l. sancimus, & in l. penul. ubi glos. C. de donat. adeo quod si absque illa fuerit facta non valet Gom. de contract. cap. 4. num. 6. Clar. in §. donatio qu. 7. Capoll. cautel. 33. etiam si insinuationi expressè renunciatur, ut per Guid. Pap. conf. 33. & per Rebel. de oblig. just. part. 2. lib. 18. q. 6. lib. 6. Gom. loco cit. qui dicit communem nisi tamen adesset juramentum Castr. in leg. si quis pro eo ff. de fidejuss. Corn. conf. 69. lib. 2. Clar. qui de communi testatur dict. §. donatio qu. 18. Seraph. decis. 472. Molf. in summ. tract. 12. de contract. c. 17. n. 50.

Tamen favore piæ causæ bene valet hujusmodi donatio licet insinuatione vallata non



## de malè Ablat. Privileg. 369

- non reperiatur, *Spec. in tit. de instrum. edit.* §. porro *vers. item nota*, latè *Tiraq. in tract. de pia causa privileg.* 124. *Gabr. concl.* 1. *de donat. Portius concl.* 15. *lib. 1. Rimin. de donat.* §. 2. *num. 96. & seq. Azor. instit. moral. lib. 11. c. 7. par. 3. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 38. Thomas qui alios adducit de ult. volunt. tract. 10. lib. 2. c. 115. Santarel. variar. resol. q. 69. nu. 4. Faber dec. 12. de don. Barb. plures cumulans de jure Ecclesiast. univers. lege 3. cap. 13. num. 22. Genuens. in practicab. Eccles. quest. 296. ubi etiam loquitur in donatione facta Ecclesiæ.*
- 3 Ergo tanto magis fatendum est favore donationis factæ pro incertis & malè ablati, prout sic in puncto modernè scribit *Giurb. in commen. ad consuetud. Messan. glos. 12. cap. 2. par. 1. num. 11.*
- 4 Pro cujus opinionis corroboracione confert, nam hujusmodi donatio facta pro tali causa, videtur facta pro exoneracione conscientiæ, & sic quoad purificacionem in foro poli, certumque est, talem donationem simpliciter factam valere in foro interiori, si careat insinuacione, constat apud *Valer. in differ. inter utrumque forum in verb. donatio different. 8. vers. in foro verò conscientia.*
- 5 Hinc videmus, quod cum pater donans filio summam ascendentem ad legitimam ex causa dictæ legitimæ, videatur dare ad sui exoneracionem, quamvis non ex causa de præsentia, sed in futurum obligatoria, propterea non requiritur in tali casu insinuatio, *Rebuff. ad consuet. Gallic. in tit. de donat. art. 1. gloss. 1. num. 33. Palaz. de major. Hisp. quest. 23. num. 14. part. 1. Peregr. consil. 76. num. 34. vol. 1. ex Bald. in lege illud quest. 3. C. de sacrosanct. Eccles. noviter Gturba ad consuet. Messan. capit. 1. glos. 12. num. 17. vers. tertia fuit, quoniam filius in legitima est creditor, lege cum ratio ff. de bon. damn. Curt. Sen. consil. 13. num. 15. Jas. in lege licet C. de pact. nu. 6. Gayl. observ. 119. nu. 4. lib. 2. Berlich. novissimè in decis. 110. num. 3.*

- 7 *Voluntas testatoris scindi non potest.*
- 8 *Legatarius, ubi plures res ei sunt relicte, potest unam earum acceptare, & alteram repudiare, nisi legatum sit factum sub nomino universali peculii, suppellectilis, & similibus.*
- 9 *Habens electionem, si unam rem acceptat, alteram repudiare tenetur.*
- 10 *Fructus rei legatæ ante acceptationem ad legatarium non spectant, nisi res fuerit propria testatoris, quo casu fructus illi debentur à die aditæ hæreditatis, etiam ante acceptationem, nisi legatum sit conditionale, num. 11. & 12.*
- 13 *Legatum conditionale non transit in legatarium nisi purificata conditione.*

**R**egulariter fructus rei legatæ non pertinent ad legatarium, nisi illi, qui collecti sunt post aditam hæreditatem, unde si Testator legat fundum plenum fructibus, & isti percipiuntur ante aditam hæreditatem, non debentur lege *si tibi homo §. cum servus ff. de legat. 1. l. quod servus ff. de leg. 2. Bart. in lege omnia in princ. num. 4. ff. de legat. 2. & esse communem ait Jas. in lege servo legato ff. de legat. 1. Lopez in lege 37. tit. 9. parte 6. glos. verb. los fructos, Pa' ill. in lege eam quam numer. 81. C. de fidei-comm. Menchac. de succ. creat. §. 21. nu. 125.*

Cujus conclusionis ratio est, nam fructus rei sequitur dominium, lege *ex diverso, & lege in fundo ff. de rei vendic. Angel. consil. 55. Eugen. consil. 8. numer. 61. tom. 1. Ludov. decis. Lucens. 7. num. 6. Anna alleg. 104. nu. 5. Menoch. de præf. lib. 3. præf. 20. nu. 55. veluti accessorii domini rei, l. fructus, & l. non solum §. meum, & l. Herennius ff. de usur. cum aliis de quibus in lib. 1. q. for. cap. 5. n. 11. & 12. ubi subeat videre, & ante aditam hæreditatem dominium non transit in legatarium, l. à Titio ff. de furt. glos. in l. Herennius ff. de usur. & in l. fin. C. eod. tit. Barbof. in l. divortio in princ. par. 2. n. 82. ff. solut. matr. unde per multa concludit *D. Ricc. decis. 282. par. 4. pænam appositam in Concilio Trident. sess. 25. can. 9. de refor. editam contra patronos ingerentes se in beneficiis juris patronatus locum habere contra gerentes se in fructibus ipsorum beneficiorum, quod habui in facto in causa nonnullorum de Rotundis.**

Tamen ubicumque legatum esset factum pro malè ablati, & sic pro exoneracione conscientiæ, tunc mihi persuadeo deberi fructus rei legatæ legatario à die mortis testatoris, & sic ante aditam hæreditatem, quia dicta aditio requiritur ex subtilitate juris, quæ in foro animæ & æquitatis non attenditur, cum apices juris non curantur in foro conscientiæ, quinimo nec abmittuntur, neque excusant, *Arch. in cap. scriptum, 6. quest. 3. Dec. in cap. dilecta de confr. util. Viv. dec. 60. nu. 10. cum aliis de quibus apud Valer. in diff. inter utrumque forum in verb. Judicium diff. 3.*

Tum etiam si legatum debetur mihi à morte testatoris, cur etiam non debebitur fructus ipsius, *arg. tex. in l. questum ff. de acquir. rer. dom. ubi si hæres sciat rem aliquam mihi esse legatam, debet mihi restituere*

L1 3 fructus

### P R I V I L E G I U M X X V .

#### A R G U M E N T U M .

Fructus rei legatæ pro incertis, & malè ablati debentur à die mortis Testatoris.

#### S U M M A R I U M .

- 1 *Fructus rei legatæ non pertinent ad legatarium nisi qui collecti sunt post aditam hæreditatem.*
  - 2 *Fructus rei requiritur dominium.*
  - 3 *Fructus rei legatæ pro incertis, & malè ablati debentur à die mortis testatoris.*
  - 4 *Hæres sciens rem aliquam mihi esse legatam, debet mihi restituere fructus ejus à die mortis testatoris obvenientes.*
  - 5 *Fructus rei legatæ hæreditate jacente pertinent ad legatarium.*
  - 6 *Legatarius partem rei legatæ acceptare, & partem repudiare non potest.*
- Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.

fructus ejus à die mortis testatoris obvenientes, per regul. tex. in l. certum C. de rei vend.

- 5 Ultra quod non desunt *Authores* simpliciter Scribentes, quod fructus rei legatæ hæreditate jacente pertineant ad legatarium, ut fuerunt, gl. in l. aquis & l. Herennius ff. de usur. & in l. fin. C. eod. tit. Socci. Jun. conf. 182. num. 22. vol. 2. Gualdens. in tract. de arte testand. 1. 7. caut. 11. Guttier. lib. 2. præct. quæst. cap. 33. Gom. tom. 1. var. resolut. cap. 12. nu. 22. & alii plures, quos coacervat Cævall. in lib. præct. quæst. commun. cont. commun. qu. 79. num. 7.

Sed an, & quando fructus rei legatæ ante acceptationem legatario debeantur, declarat *Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 69.* per hæc verba.

- 6 In ore omnium posita est illa juris conclusio, quod legatarius rei legatæ partem acceptare, & partem repudiare minimè potest l. legatarius pro parte ff. de leg. 1. l. nimirum de leg. 1. l. minimum de leg. 2. idem est in hæreditate l. 1. & 2. de acqu. hered. l. quidam elogio de jur. deliberand. Ratio est quia voluntas defuncti scindi non potest, l. eum qui pro parte ff. de his quibus, ut indig. l. nam absurdum ff. de Bon. libertor. Et istud quidem obtinet, quando una legatur, secus si plures legantur, quia tunc non censetur unum legatum sed plura, quod circa legatarius, unam rem acceptaret, & alteram repudiare poterit, nisi sub nomine universalis legatum sit factum, veluti si quis leget suppellectilem argentum seu peculium, hoc enim casu, legatum etiam si plures res contineat, tamen unicum est, nec poterit legatarius rem unam acceptare sprete alterâ l. quoties 2. ff. de legat. 2. In legato autem alternativo, legatarius habens electionem potest rem unam acceptare, & aliam repudiare tenetur l. si illud, aut illud ff. de leg. 2.

- 10 Sed dubium est, an fructus rei legatæ ante acceptationem, ad legatarium spectant, & dicendum est non spectare, nisi res fuerit propria Testatoris, & cujus recta via potuerit transferri dominium, quia tunc fructus illius à die aditæ hæreditatis legatario debentur, etiam ante acceptationem per tex. in l. Herennius la prima ff. de rerum dom. Bal. in l. 1. nu. 2. ver. 2. appono C. de Usuris, & fruct. legat. Aret. in l. cum res legata, nu. 1. vers. sic 2. nota ff. de leg. 1. ubi Jason. num. 9. vers. tertio diligenter Ruin. conf. 50. num. 10. vers. & ubi legatum, lib. 2. Socci. Jun. conf. 182. num. 21. vers. quibus sic stantibus lib. 2. Covar. lib. 1. var. resolut. cap. 9. numer. 9. vers. sic illud profectò.

- 11 Unde si res fructifera legetur ad effectum constituendi dotem fructus, etiam deberi tenent Rot. in una præmissa hæreditatis die 1. Februarii 1580. coram Vicecomite, & faciunt decisiones *Cesar. de Grass. 1. & 2. de usur.* quod procedit licet mulier nondum acceptaverit legatum sibi factum ratione dotis, quia sufficit, quod non repudiavit, ut ratione domini, quod ad illam pertransivit à die aditæ hæreditatis interim donec repudiet fructus debeantur etiam ante acceptationem l. apud Julianum alias est l. cum servis §. 1. ubi Bal. num. 2. in fin. Paul. de Castr. nu. 3. & communiter *Doctor. ff. de leg. 1. Covar. lib. 1. variar. resolut. cap. 9. nu. 5. vers. nam licet*

legatarius, limita nisi legatum esset conditionale, nam pendere conditione non debentur fructus ex quo dominium, est hæredis, *Covar. ubi supra num. 5.* circa medium, nam conditionale legatum non transit nisi à die purificationis conditionis, *Jas. in l. 1. ff. de legat. 1. nu. 115. vers. 5. nu. 126. vers. ult. & ita tenuit Rota in una Romana Bonorum de Ceulis 25. Maii 1601. coram Penia.*

## PRIVILEGIUM XXVI.

## ARGUMENTUM.

Donatio facta alicui Hospitali pro incertis, & malè ablatis, revocari nequit, sub prætextu, quod ingratitude receperit ab Administratoribus, vel Oeconomis.

## SUMMARIUM.

- 1 Donatio potest à donatore ob donatarii ingratitude revocari.
- 2 Clausula Notariorum promittentium etiam prætextu ingratitude, dicitur superflua.
- 3 Possessor majoratus ingratus Ecclesie perdit jus patronatus, num. 4.
- 5 Legitimitas filii potest à patre revocari propter ingratitude in ipsum ab eo commissum.
- 6 Ingratitude remissa per patrem adhuc filium incapacem remanere juri succedendi ait *Molin.*
- 8 Nominatus in emphyteusim ob ingratitude amittit feudum, ut in nu. 7.
- 9 Donatio facta alicui Hospitali pro incertis, & malè ablatis ad exonerationem conscientie propter ingratitude revocari non potest, idem procedit in donatione causa dotis, ut in num. 10.

Regula est, donationem posse à donatore à ob donatarii ingratitude revocari, l. si. C. de revoc. don. cap. propter, eod. tit. *Lat. Card. Tusc. conclus. 711. lit. D. Rebell. de oblig. instit. par. 2. lib. 18. quæst. 9. & Guttier. de juram. confir. par. 1. cap. 10.*

Adeo quod clausulam Notariorum, qua dicunt donatorem donationem non revocare, promittere etiam prætextu ingratitude, superflua dicit *Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 20. num. 15.* quoniam ingratitude dicitur, ventus urens siccans fontem misericordie, rorem pietatis, & fluentia gratie, *Guglielmis in cap. Raynuius in verb. in eod. testamento in 2. n. 35. de testam. Cened. in collect. ad jus canon. collect. 57. ad decr. num. 2. de qua quidem ingratitude multa scripserunt *Tiraq. in l. 9. connub. numer. 27. Menoch. de præsumpt. lib. 5. qu. 4. num. 11. cum seq. Pereira de potest. eligend. cap. 17. num. 45. Roderiq. quæst. regul. tom. 3. quæst. 54. art. 6. Azeved. in l. 2. numer. 1. tit. 1. lib. 1. nove recop.**

Quare majoratus possessorem, qui adversus institutorem ingratitude commisit, amittere majoratum, ait *Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. à num. 8. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp.*

2. disp. 654. *Azeved. lib. 2. & 3. tit. 1. lib. 1. novæ recop. Pereira de potest. eligen. cap. 17. num. 40. qui num. 50. ait, Beneficiarium scribentem, vel inservientem contra suam Ecclesiam posse tanquam ingratum beneficio privari, de quo etiam Surd. in tract. de aliment. t. 7. q. 38. num. 5. Marta de jurisd. par. 4. casu 115. num. 15. prout patronus ingratus Ecclesiæ perdit jus patronatus, Surd. de aliment. tit. 7. qu. 32. num. 9. & 10. & filius à patre emancipatus, si patrem, verbo, vel facto injuriam affecerit, rursus in patriam potestatem à patre revocante emancipationem redigi potest, *Rebell. de oblig. justit. par. 2. lib. 1. q. 8. sect. 6. num. 60. vers. de potest. eligen. c. 17. num. 48. qui num. 40. ait, legitimationem filii posse à patre revocari propter ingratitudinem in ipsum ab eo commissam, quod etiam asseverarunt Guglielm. in cap. Raynutius in verb. eodem testamento in secundo, num. 5. de testam. Tiraq. in l. si unquam in verb. donatione largitus num. 278. C. de revocand. donat. Surd. de aliment. tit. 7. q. 17. num. 3. Quinimò ingratitudine remissa per patrem adhuc filium incapacem remanere juris succedendi, ait *Molin. de ritu nupt. lib. 3. quest. 20. num. 13. & libertatem ob ingratitudinem revocari posse demonstrant jura in l. 2. C. de liber. & eor. lib. tradiderunt Surd. de aliment. tit. 8. priv. 65. à num. 54. Cardos. in prax. Judic. & Advoc. in verb. servitus n. 54. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 11. de donation. cap. 8. q. 2. vers. item donatio *Rebell. de oblig. justit. par. 2. lib. 18. q. 9. num. 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 24. numer. 12. Cened. in quest. canonic. lib. 1. cap. 16. num. 19. Adeo quod nec posse remitti per patronum ait *Molin. de ritu nuptiarum lib. 3. qu. 20. num. 11. & vassallus ob ingratitudinem amittit feudum, *Scrader. de feud. p. 9. cap. 9. num. 9. Rosent. l. in simil. tract. cap. 10. & nominatio in emphyteusim ob ingratitudinem revocatur dummodo talis sit quæ revocationem patiatur, *Valasc. de jure emphyteutic. quest. 39. num. 12. vers. 17. *Pereir. de potestat. eligendi. cap. 3. num. 29. & cap. 17. num. 25.********
- 9 His, & similibus non obstantibus, totum contrarium est verius ubicumque reperitur donatio facta alicui Orphanotrofio, vel Hospitali pro incertis, & malè ablati ad exonerationem conscientiæ; Nam licet donator recipiat aliquam ingratitudinem ab Administratoribus, & Oeconomis Hospitalis; non per hoc poterit revocare donationem factam: Tum quia talis donatio non est gratuita, sed potius onerosa, sapiens æris alieni solutionem, ut alius dictum est. Tum etiam, quia idem procedit in donatione facta causa dotis, *Pinell. in l. 1. par. 2. num. 62. C. de bon. mater. *Molin. de justitia & jure disput. 281. vers. ac etiam, *Gama decij. Lusitan. 163. numer. 2. & 3. Illustrissimus Dominus Riccius in collectan. decij. collectan. 197. vers. secundo limita. Et tandem nam donatio facta Ecclesiæ propter ingratitudinem Prælati, seu Capituli non potest revocari, quia censetur facta Deo qui est omnium gratiarum maximè liberalis & largitor, *Clar. in §. donatio quest. 21. nu. 5. *Menoch. de recuperand. possession. remed. 9. nu. 102. *Azor. instit. moral. par. 3. lib. 11. c. 8. q. 5. *Barbos. de jure Ecclesiast. universali lib. 3. cap. 13. n. 19.*******

## PRIVILEGIUM XXVII.

## ARGUMENTUM.

Confessio facta in testamento in favorem piæ causæ pro incertis, & malè ablati ad exonerationem conscientiæ revocari nequit.

## SUMMARIUM.

- 1 Confessio facta in testamento potest à Testatore quodcumque revocari.
- 2 Confessio facta in testamento in favorem piæ causæ pro incertis, & malè ablati ad exonerationem conscientiæ, revocari nequit.

**R**egulariter confessio in testamento facta potest à Testatore quodcumque revocari; nullam fidem facit, *l. Lucius §. quisquis ff. de leg. 2. l. Aurelius §. fin. lib. leg. l. Lucius §. Sempronius ff. de leg. 3. præsertim si confessio fiat in gratiam absentis, *Bal. in l. rationes C. de prob. quod practicavi in causa Marii fortunati.**

Tamen, ubi ad exonerandam conscientiam atque raptorum restitutionem Testator aliquid confessus est in gratiam eorum, quibus subtraxit, vel in gratiam pauperum, vel alterius piæ causæ confessio hujusmodi facta in testamento etiam in favorem absentium valet, & revocari nequit, *Bal. in l. 1. C. de fals. caus. Angel. in l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3. *Alex. cons. 185. vol. 2. & cons. 45. volum. 3. *Affli. decij. 160. quos refert, & sequitur *Joan. Stephan. Durant. in suis quest. jur. cap. 26.****

## PRIVILEGIUM XXVIII.

## ARGUMENTUM.

Legatum pro incertis, & malè ablati confessati debiti vim habet, & ideo est irrevocabile.

## SUMMARIUM.

- 1 Legatum factum à Testatore pro incertis, & malè ablati ad exonerationem conscientiæ confessati debiti vim habet, & est irrevocabile.
- 2 Legatum factum miserabilibus personis pro incertis, & malè ablati, non potest subsistere.
- 3 Quæ in testamento relinquuntur mutari, revocari, & corrigi possunt usque ad mortem.
- 4 Voluntas testatoris est ambulatoria usque ad mortem.
- 5 Testator potest mutare voluntatem suam quotiescumque voluerit, & revocare suum testamentum.

**R**egula fit, quod legatum factum à testatore pro incertis, & malè ablati ad exo-

nerationem suæ conscientię confessati debiti vim habet, & ideo est irrevocabile, *Ang. in l. cum qui decedens §. codicillis ff. de leg. 3. Barbat. in l. cum acutissimi col. 123. C. de fideicom. Cotta in suis memorabil. in verb. anima, Cavagnol. in decret. Mont. Perrat. decret. 74. §. 1. quæst. 12. numer. 15. Caroc. dec. 7. numer. 12.*

- 2 Hinc scimus quendam prælatum hujus Regni prætendisse revocationem legati facti miserabilibus personis pro malè ablati non potuisse subsistere, ità conveniebat hæredes ad illud solvendum non obstante quod fuisset à testatore revocatum, *Giurb. in comment. ad consuet. Messan. c. 2. glos. 12. par. 1. num. 14.*
- 3 Quamvis regulariter ea quæ in testamento relinquuntur mutari valeant, cum illud usque ad mortem mutari, minui, corrigi, & revocari possit, *Pinell. in rub. C. de rescin. vend. par. 1. cap. 3. num. 24. Menoch. conf. 329. n. 6. Gutt. de juram. confirm. cap. 1. in princ. par. 2.*
- 4 Quoniam ultima testatoris voluntas est deambulatoria usque ad mortem, *l. 4. ff. de alimen. legat. l. cum hic status §. ait oratio ff. de donat. inter vir. & uxor. cap. cum Marthe versic. cæterum de celeb. Miss. Cardos. in prax. Jud. & Advoc. in verb. testamentum n. 67. ubi num. 68. ait testatorem posse mutare voluntatem suam quotiescumque voluerit, & revocare suum testamentum, quamvis in illo Imperatorem instituerit non prohibetur, l. si quis Imperatorem, ubi DD. C. qui test. fac. poss. & licet fecisset pactum, aut jurasset de non revocando, quoniam in hoc ubi legem imponere non potest, l. si quis in princ. ubi Bart. num. 14. ff. de leg. 3. l. pactum quod dotali C. de pact. ubi Salyc. Bal. Jaf. & ceteri communiter Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta n. 5. ff. de verb. oblig. Covar. in rub. de test. 2. par. numer. 15. Clar. in §. test. q. 94. Gamma dec. Lusit. 258. quod habuit in factio in causa Magnif. Jo. Antonii Jordani, cum hæredibus Ludovici de Alpherio in anno 1626.*

### PRIVILEGIUM XXIX.

#### ARGUMENTUM.

Modus appositus in donatione facta pro incertis & malè ablati non censetur causa finalis donationis factæ.

#### SUMMARIUM.

- 1 Modus appositus in donationibus dicitur causa finalis, sed declarata, ut num. 6.
- 2 Forma est servanda, eique nihil addi, aut detrabi potest, nam est de genere indivisibilem num. 3.
- 4 Forma dat esse rei illaque mutata tota extincta censetur.
- 5 Equipollens non admittitur in formis.
- 7 Donatio facta Ecclesie sub modo non revocatur si modus non fuerit adimpletus.
- 8 Pactum valet, ut res donata Ecclesie revertatur ad donantem non servato modo, & an valeat ut tali casu liceat capere propria auctoritate.

**R**egulariter modus appositus in simplicibus donationibus factis censetur causa finalis dictæ donationis, ità quod illo non servato dominium revertatur ad donantem, ad *lex. in l. 1. C. de don. quæ sub modo modus inquam importat formam, quæ omnino est servanda, & si deficiat in minimo actus corrumpit, l. cum hi §. si Prætor ff. de transact. cum concordantibus, de quibus apud Card. Tusc. concl. 415. lit. F. eique nihil addi, aut detrabi potest, l. 1. §. opus novum ff. de nov. oper. nunc. Nam forma est de genere indivisibilem, ut notatur in l. si veritas C. de fideicommiss. No. lin. de primogen. lib. 1. cap. 9. n. 17. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 18. n. 78. cum seqq. Pereira in tract. de potest. eligend. cap. 7. num. 13. Escobar. de ratiocin. cap. xi. n. 15. Monach. decis. Lucens. 18. num. 2. & 3. & cum forma det esse rei l. Divus ff. de integ. test. l. Julian. §. si quis rem ff. ad exhibend. lib. qui hæredi, & l. Mavrus. ff. de condit. & demonst. Everard. in topic. legal. loco 53. Gomez. variar. resol. tom. 1. cap. 2. num. 7. unde illa mutata forma tota mutata, & extincta censetur, l. Seja ff. de aur. & argen. leg. & illa ommissa corrumpit actus, l. traditionibus C. de pact. cap. quæ contra de regul. jur. in 6. c. cum dilectæ de rescript. Sess. dec. Aragon. 32. n. 10. Ferrer. in Constit. Catalon. glos. 1. nu. 350. Monach. dec. Lucens. 53. num. 35. Leo in thesaur. forencles. par. 2. cap. 4. num. 21. Neque in formis admittitur æquipollens l. 3. §. fin. cum duab. seqq. & l. qui per salutem ff. de jur. jur. quamvis æquipollens eadem sit dispositio l. 1. ff. de leg. 1. glos. in l. si quis sermo C. de pact. Menoch. de arb. Jud. cap. 88. nu. 8. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 25. nu. 19. Card. Tusc. conclus. 308. lit. E. Monach. decis. Bonon. 68. num. 19.*

Tamen ubicunque modus reperitur appositus in donatione facta pro incertis, & malè ablati, in tali casu firmandum est illum non esse appositum pro causa finali factæ donationis, nam Deus, & remissio peccatorum in hoc casu censetur causa finalis, & liberalitas illa tanquam collata in pium usum censetur causa finalis propter Deum, & exonerationem conscientię donantis, ex traditis per *Tiraq. in tract. cessante causa limit. 1. n. 58.* Modus autem adjectus præsumitur causa impulsiva, sicuti de libertate pariter dicitur in *l. Marcia ff. de manumiss. testam.* in donatione facta Ecclesie sic pariter concludit, modernè *Genuen. in suis practicab. eccles. quæstion. 128.* ubi propterea concludit quod donatio facta Ecclesie sub modo non revocatur etiam si modus non fuerit adimpletus sed adversus eam agi potest, ut modus adimpleatur, allegat glos. *Imol. Hostiens. Butr. Car. & Abb. in cap. verum de condit. appof. Rom. in l. si pecuniam ff. de condit. indebit. Bal. Novell. de dot. part. 6. privileg. 50. Card. Mantica. de tacit. & amb. convent. lib. 13. tit. 44. n. 10.*

Et de re donata Ecclesie cum pacto, quod non servato modo honesto, res revertatur ad donantem, & liceat capere possessionem propriam auctoritate, vide præcitatum *Genuen. in eodem opere q. 161.* ubi resolvit articulum per hæc verba.

Quæritur an valeat pactum, quod res donata Ecclesie revertatur ad donantem non servato

vato modo honesto, & licet capere possessionem autoritate propria *DD. in cap. verum de condit. appof.* tenent communiter licere donanti adjudicare tale pactum, quod res revertatur ad ipsum vel ejus hæredes dummodo pactum sit honestum, & res donata non fuerit consecrata, quia tunc esset effecta sancta sanctorum, & deberetur tantum æstimatorio, & dummodo modus apponatur in traditione rei secus si post, & concurrente negligentia Prælati, & conventus si Ecclesia habet conventum alias si non habet sufficit solius rectoris negligentia juxta *glos. vulgatam in cap. potuit de locato*, ut pulchrè post alios per *Abb. & Felyn. in c. verum de foro competen.* sed ultra donanda est alia aurea limitatio, ad prædicta quod licet in legatis factis Ecclesiæ jam dotatæ, posset adjici pæna, quod revertatur ad usus profanos, Non servatis pactis adjectis, tamen in dote Ecclesiæ talis adjectio pænæ non valet, ne contingat Ecclesiam remanere indotatam, ita tradit *Petr. de Anch. in cons. 197. incipi subtiliter*, & ad plenum refert se ad *nor. in cap. 2. 10. qu. 1. &c. si quis Basilicam de consecrat. dist. 1.* ubi sine dote Ecclesia redigitur ad nihilum cum sine temporibus pro alimentis non possint Ecclesiastici spiritualia administrare sequitur idem *Felyn. in capit. cum venerabilis sub numero 59. vers. nota tertio de excep.* ubi allegat *Petr. de Anchar. in cons. 197.* Quo vero ad pactum de capiendo possessionem autoritate propriâ non servato modo ab Ecclesia *Innoc. in dic. cap. verum de cond. appofitis* tenuit non valere eâ ratione, quia cum rerum dominium est Ecclesiæ quæsitum, effectum est sanctum sanctorum domini, & ideo à nemine capi potest, nisi autoritate Judicis Ecclesiastici, aliàs videtur sacrilegium *12. q. 2. cap. nulli præterquam*, in rebus feudalibus, quia earum dominium non est sanctum sanctorum Domini, cum illud permaneat penes dominum, licet fructus, & alia utilitas sint vassalli. Contrariam opinionem tenuit *Hofst.* quem sequuntur *Abb. & alii communiter*, ut tale pactum valeat, idem etiam tenet *Bart. in l. fin. ff. ut in possessionem legatorum alleg. l. si quis curialis C. de Episcopis, & Clericis, idem Bart. in cons. 96. vol. 1.* nam conventio videtur excusare à sacrilegio, sed recipit supradicta communis conclusio declarationem, ut antequam apprehendatur possessio autoritate propriâ requiritur sententia declaratoria Judicis ita *Abb. in d. cap. verum circa suem, Nat. cons. 27.* ubi etiam tradit, quod si res Ecclesiastica incidat in commissum, non potest Princeps manus injicere ante declarationem *in l. 3. ff. de jure fisci*, & ibi *Bart.* item valet pactum dummodo apprehensor non inveniatur resistentes, ne deveniatur ad arma, sed eo casu debet adhiberi *Judex Bart. in l. 3. C. de pign. Abb. & Felyn. in dic. cap. verum de foro compet.* & hæc nota, quia quotidiana in praxi.

PRIVILEGIUM XXX.

ARGUMENTUM.

Dispositio facta pro incertis, & malè ablati dicitur potiùs facta ex causâ necessaria, quàm voluntaria.

SUMMARIUM.

- 1 Dispositio omnis respiciens favorem malorum ablatorum dicitur potiùs facta necessariè quàm voluntariè.
- 2 Actus interpretari debet ut causa magis necessaria, & utili conveniat, & ita in dubio præsumitur.
- 3 Causa quæ nocet potiùs inspicitur, non quæ prodest, quod limitatur num. 4.

**R**egulam firmo, quod omnis dispositio respiciens favorem incertorum, & malè ablatorum, potiùs dicitur facta ex causa necessaria, quàm voluntaria, ita quod in dubio talis dedit fieri interpretatio.

De qua quidem redditur patens ratio, si quidem actus dispositio interpretari debet, ut videatur provisum causæ magis necessariae, & utili *l. cum ex pluribus ff. de solut. Bart. in l. triticum ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 195. n. 5.* & actus in dubio censetur potius ex causa necessaria, quàm voluntaria factus, *l. pater filium in fin. ff. ad leg. falcid. l. miles §. fin. ff. de adulter. l. proxime ff. de rit. nupt. l. si cum dorem §. si pater ff. solut. marr. l. hujusmodi §. cum pater ff. de leg. 1.* Nam causa necessaria potiùs est inspicienda, quàm voluntaria, prout in simili causa, quæ nocet inspicitur, non quæ prodest, *l. si quis in gravi §. fin. cum l. sequent. ff. ad Syllan. l. 3. ff. de suspic. tutorum, Felyn. in cap. 1. colum. 5. in 2. limit. de re judic. Surd. cons. 361. numer. 16. Brunor. à sole in compend. resol. in verb. causa il 14.* ubi intelligit hanc conclusionem procedere quando aliæ causæ essent æqualis potentiae, secus quando ea, quæ prodest esset potior, & per eam actus est factus principaliter, per textum *in l. 3. §. si quis palam ff. de jure fisci.*

PRIVILEGIUM XXXI.

ARGUMENTUM.

Damnati ad mortem testari possunt testari pro restitutione incertorum, & malè ablatorum ad exonerationem eorum conscientiarum.

SUMMARIUM.

- 1 Damnati ad mortem testari prohibentur.
- 2 Per condemnationem ad mortem qui efficitur servus pænæ.
- 3 Testamentum ante condemnationem factum non valet.
- 4 Condemnatus non potest testari ad pias causas.

5 *Judice permittente, neque testari ad pias causas potest.*

6 *Damnati ad mortem possunt testari pro restitutione incertorum, & malè ablatorum.*

- 1 **R**egula est, quod damnati ad mortem testari prohibentur, *l. ejus §. si cui, & ibi glos. in verb. ad ferrum, & communiter DD. ff. de testament. Socc. regul. 76. Clar. qui testatur de recepta Doctorum sententia in §. testamentum q. 21. Cartar. qui aliis cumulatis communem appellat de execut. sentent. cap. 1. num. 414. Surd. conf. 90. num. 12. & seq. lib. 1. ut alios in re tam clara omittam.*
- 2 *Cujus conclusionis ratio manifesta est, quia per condemnationem ad mortem quis efficitur servus pœnæ l. qui ultimo ff. de pen.*
- 3 *Adeo quod nec valere testamentum ante condemnationem factam, & ideo rumpi per subsequentem condemnationem, illudque irritum remanere apparet, ex cit. l. ejus §. si cui ibi: Nec illud testamentum valet, quod ante fecit, ubi DD. unanimà voce asseverant Are. in l. si quis post accusationem col. 2. n. 3. ff. de testam. Clar. d. §. testamentum q. 21. vers. quinimò si prius, Peregr. qui communiter id à DD. receptum esse fatetur, de jur. fisci lib. 2. tit. 2. num. 2.*
- 4 *Quinimo sic condemnatum, nec posse testari ad pias causas, voluerunt Bal. Castr. Fulg. & Aret. in dict. §. si cui, Covar. in rubr. de testam. n. 27. in fin. Capra conclus. 102. n. 106. & seq. Clar. in dict. §. testamentum q. 6. vers. quæro quid de damnato ad mortem, ubi testatur de communi Peregr. de jur. fisci lib. 3. dict. tit. 2. num. 2. vers. amplia etiam ad pias causas, noviter Stephan. Duran. in suis qu. jur. cap. 27. ubi hujusmodi personæ nequeunt testari ad pias causas, etiam Judice permittente.*
- 6 *His licet veris existentibus, totum tamen contrarium est in testamento facto pro restitutione incertorum, & malè ablatorum quoniam in tali casu damnati ad mortem testari non prohibentur, ut constat ex Fulgos. in dict. l. his qui §. si cui ubi allegat Jo. Andr. & Bal. in cons. 382. lib. 1. & cons. 244. & 447. lib. 5. sequitur Capra concl. 102. & 112. Dec. in trac. crim. lib. 2. cap. 17. nu. 5. tom. 1. Carocc. qui alios citat dec. 6. n. 6. Peregr. de jur. fisci lib. 3. tit. 2. in fin. vers. adde men. Genuen. in practicab. eccles. q. 487. Tiraq. in l. si unquam in verb. liberis post numer. 88. C. de donat. Barbosa. in tr. de jure ecclesiast. univers. lib. 3. cap. 13. numer. 28. Farinac. in pract. crim. in tit. de var. ac divers. crim. q. 102. inspect. 2. nu. 129. qui num. 139. ait destruendo regulam cum ampliationibus, hodie de consuetudine damnatos ad mortem testari posse, & in effectum sic servari, ad quod plures citat Auctores id affirmantes, prout cum effectu, ita videmus in praxi receptum.*

## PRIVILEGIUM XXXI.

## ARGUMENTUM.

Damnati ad mortem civilem possunt testari pro incertis, & malè ablatis.

## SUMMARIUM.

- 1 *Damnatus ad mortem civilem testari non potest.*
- 2 *Deportatus neque potest testari.*
- 3 *Deportatus potest testari quando à sententia deportationis penderet appellatio.*
- 4 *Condemnatus ad perpetuos carceres non potest testari, amplia etiam ad perpetuos carceres, ut in num. 5. quod etiam ampliat condemnatis ad triremes, ut in numer. 6.*
- 7 *Banniti damnati ad triremes, ad perpetuos carceres, non possunt testari ad pias causas etiam concessione Judicis.*
- 8 *Favore incertorum, & malè ablatorum possunt hujusmodi persona testamenta condere.*
- 9 *Damnati ad triremes hodie testantur de facto.*

**R**egula est, quod damnati ad mortem civilem, propter quâ amittunt civitatem & libertatem testari non possunt *l. ejus qui §. 1. ff. de testam. ubi DD. unâ voce id clamant, Abb. qui pariter de communi DD. sententia testatur in rubr. de testam. nu. 4. & Capra in regul. sive concl. 102. num. 117.*

Unde deportatos testari non posse, probat idem tex. in *l. ejus §. qui in insulam*, ubi *Bal. Salyc. in l. 1. num. 2. C. de hered. instit. Imol. qui de communi testatur in cap. quia ingredientibus post num. 30. de testam. Covarr. in rub. de testam. num. 27. Duran. de arte testan. caut. 10. numer. 3. tit. 1. Brunor. à Sole in suis quest. legal. q. 16. numer. 22. Crass. in §. testamentum q. 27. Marsill. qui alios citat concordantes in Comment. de indult. c. 26. num. 3. Franch. dec. 501. qui id declarat non procedere quando à sententia deportationis penderet appellatio, quod pariter late tutatur *Mart. dec. 63. & sequitur Mosf. in comment. ad consuetud. Neap. part. 3. q. 47. num. 16. & novissimè videntur Oterus in lucubr. Rom. disp. 14. ubi tractat, si testamentum conditum ab eo, qui cum deportatus est, fuit factus miles, sub generali indulto valeat.**

Sic pariter condemnatus ad perpetuum carcerem neque posse testari, probat *Abb. in d. rub. de test. n. 4. Covarr. ibid. num. 27. ubi de communi Peregr. de jur. fisci lib. 3. tit. 4. nu. 5. ubi citando concordantes respondet contrariis Marsil. sing. 566. Steph. Duran. in quest. jur. cap. 26. & Farinac. in pract. crim. q. 102. inspect. 3. num. 141. ubi ampliat numer. 142. etiam quod hujusmodi damnatus ad perpetuos carceres aufugerit à carceribus, sit pariter firmando procedere in condemnatis ad alias pœnas, & pœnis ad triremes, qui cum efficiantur servi pœnæ, hoc ideo neque testari possunt, *Simon. de Petr. de interpr. ultim. volunt. lib.**

lib. 2. interpr. 2. dub. 1. solut. 1. num. 7. Peregr. de jurisfsc. lib. 3. tit. 4. numer. 7. post Rip. & Gabr. quos ad id allegat, quibus addo *Mastril.* qui latè loquitur in tali materia dec. 167.

7 Ità quod hujusmodi personas neque ad causas testari posse tutatur, *Durant. in allegat. q. 26.* ubi tractat de damnatis ad perpetuos carceres, de deportatis, & Bannitis, de damnatis ad triremes, & concessione testamenti facere ex indulgentia, & concessione iudicis maxime favore piæ causæ, & concludit pro negativa opinione, prout loquendo de deportatis asserunt *Bart. & Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 2. ff. qui testam. facere poss.* quamvis in hoc contrarium sentiat *Capra d. regul. 102. num. 112.* ubi aliis relatis testatur de communi refert *Farin. dic. q. 102. numer. 156. qui numer. 155.* ait deportatum esse capacem legati sibi relicti ad pias causas, ex *Alex. in l. 1. numer. 1. C. de hered. instit. ubi Jaf. pariter, n. 1.*

8 Quidquid tamen dicant DD. in simplici legato factò ad pias causas: Tu tamen ne recedas ab opinione ista, quod favore incertorum, & malè ablatorum possint hujusmodi personæ testamenta condere, quia si damnatis ad mortem naturalem non prohibetur hujusmodi testamenti factio, nec istis condemnatis ad mortem civilem, arg. *tex. in auth. multo magis C. de sacros. Eccles.*

Quamvis hodie indistinctè damnati ad triremes testantur de facto, ut *per Covar. in rubric. de testam. part. 3. in fin. numer. 27.* novissimè testatur celeberrimus ille vir numquam laudatus Doctissimus Dominus meus Marchio Corleti *Regens Constantinus in l. unic. sub num. 43. C. de classis.* ubi testatur hanc *Covar.* opinionem usu forensi esse comprobata, & ità quidem indistinctè servatur.

duobus ff. de adimen. leg. & l. si ità fuerit legatum paulo post princ. ff. de reb. dub. l. qui plures ff. de usufr. leg. & in l. si quis de pluribus ff. de reb. dub. unde substituto non nominato nullum esse fideicommissum asseverant *Paris. cons. 82. numer. 14. vol. 2. & Ruyn. cons. 177. num. 3. vol. 2.*

Tamen favore legati pro malè ablati valet legatum, quamvis non expressum sit nomen legatarii, vel loci, cui legatur *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 3.* ubi allegat *Aret. in l. 1. numer. 7. vers. 10. de sacrosanct. Eccl.* qui voluit hujusmodi legatum deberi Ecclesiæ Matrici loci, in quo residet Testator, prout irà refert noviter *Molfes. in summa in tract. 13. de ult. volunt. cap. 5. numer. 106. tom. 2.* qui testatur ità esse communem praxim, idem firmans in legato relicto cippo.

Et quod legatum factum Ecclesiæ causa aliter non specificat, in dubio intelligitur factum illi, quæ magis conjungitur, id est Parochiali Ecclesiæ post antiquiores scripserunt *Cras. in §. legatum q. 64. num. 4. Ursil. ad Afflict. decis. 244. n. 5. Maxill. in consuetud. Bari §. sacrosancta fol. 31. n. 2. Vivi. in sylvæ commun. opin. conclus. 444. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 114.* quos cum aliis noviter refert *Viscon. in suis conclus. in verb. legatum il secondo fol. 157. col. 2. vers. hinc infertur,* quibus addo latè *Tiraquell. de privileg. piæ causæ privileg. 56.*

Prout similiter, quoties simpliciter legatum fit Deo, deberi hujusmodi legatum Ecclesiæ majori illius loci, in quo testator legatum fecit apparet ex §. si quis in nomine Magni Dei, auth. de Eccles. titul. sicque si Ecclesiæ Divæ Mariæ, vel alterius Sancti legatum fecerit, & in eo loco plures sint Ecclesiæ ejusdem nominis; tunc in dubio cedit Parochiali, si tali nomine vocetur, alioquin cedit majori, vel pauperiori, & si omnes essent æquales daretur Episcopo loci ordinario, ut ad ejus libitum illud distribuatur, & si nulla Ecclesia sit talis nominis in illo loco cedit Ecclesiæ Cathedrali. *Afflict. dec. 444. Tusc. in conclus. 46. lit. L. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 6. qui tit. 5.* alia cumulat loquendo de relictis, sive legatis factis pauperibus, quæ per te videre poteris.

PRIVILEGIUM XXXIII.

ARGUMENTUM.

Legatum factum pro malè ablati in genere non expresso legatario, vel loco cui legavit est validum, & debetur Ecclesiæ Matrici illius loci in quo residet testator.

SUMMARIUM.

- 1 Legari nequit personis incertis, sed limita, ut num. 2.
- 3 Legatum factum Ecclesiæ non specificatè intelligitur factum Ecclesiæ Parochiali.
- 4 Legatum si fiat Deo debetur Ecclesiæ Matrici.

1 **R**egula est quod legari nequit personis incertis, §. incertis inst. de leg. ità quod incertitudo personæ vitiat institutionem, *Card. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 1.* & cum nomen fideicommissarii testamento adscriptum non est nulli personæ neque incertæ datum fideicommissum intelligitur. *l. Paulus ff. de reb. dub. Tusc. conclus. 144. lit. L.* & si non appareat cui datum sit, dicimus neutri legatum esse *l. 3. §. si quis*

PRIVILEGIUM XXXIV.

ARGUMENTUM.

Tacita pupillaris Substitutio contenta in vulgari expressa, quando est substituta pia causa pro malè ablati, excludit Matrem.

SUMMARIUM.

- 1 Tacita pupillaris substitutio non habet locum contra matrem.
- 2 Miserabilibus personis vulgariter substitutis tacitam pupillaris excludit matrem.
- 3 Pupillaris substitutio quando est substituta pia causa pro exoneratione conscientia, & pro

- pro incertis, & malè ablati, etiam procedit.
- 4 Causa finalis hujus conclusionis.
  - 5 Nemo tenetur saltem alienam propriè proferre.
  - 6 Pascua quando non sufficiunt pro animalibus domini, & vassallorum non tenetur affidare, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.
  - 7 Pascua possunt interdici forensibus jus pascendi habentibus quando non sufficiunt pro civibus.
  - 8 Pia causa substituta pro malè ablati ex conjectura voluntatis debet matri præferri.

**R**egulariter tacita pupillaris substitutio non habet locum contra matrem, l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill. substit. l. fin. ff. de inst. & substit. l. precibus C. de impuber. & aliis substit. plenè Fusar. de substit. q. 156. latè Card. Mant. de conjecl. ult. volunt. lib. 5. tit. 15. ubi plenè declarat materiam hanc plures cumulando præsumptiones, & conjecturas, quibus mater excludatur, & præcisè illam reponit, ubi pia causa fuisset vulgariter substituta, nam dicit ipsa n. 34. in tali casu excludi matrem, ex Angel. Castr. & Alex. in d. l. precibus, idem Alex. conf. 38. n. 4. vol. 1. & conf. 65. n. 10. vol. 2. & conf. 12. n. 20. vol. 3. Ruyn. conf. 3. num. 24. vol. 2. Rip. in l. 2. num. 62. de vulg. subst. ubi appellat communem DD. sententiam D. Ricc. qui alios adducit concordantes decis. 345. numer. 2. part. 4.

- 2 Prout quoque miserabilibus personis vulgariter substitutis tacitam pupillarem excludere matrem firmavimus in tract. de priv. miserab. person. priv. 5. ubi plenè manu hanc probavimus sententiam.
- 3 Igitur tantò magis procedere debet, quando est substituta pia causa pro exoneratione conscientie pro incertis, & malè ablati, ut in terminis terminantibus voluerunt Costa in cap. si pater in 2. part. in verb. ipsi pauperibus numer. 5. de testam. Rovesc. ad Alex. in consil. 38. in verb. hoc probo per ea, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 39. numer. 90. Caroc. qui alios allegat decis. 7. num. 1.
- 4 Cujus sanè conclusionis redditur ratio, nam non dubitatur talem substitutionem fuisse factam favore animæ ad disgravamen conscientie, itaque hæc sit causa finalis, & ideo præsumendum est potiùs testatorem sibi proficere voluisse, quàm aliis, arg. tex. in l. præses ff. de servit. & aq. l. 2. de patribus qui fil. distrax. ubi quod charitas prima incipit à se ipso latè Gratian. discept. forens. 179.
- 5 quia nemo tenetur salutem alienam propriè præferre, etiamsi unus sit dominus, & alter vassallus, secundùm glos. in cap. 1. §. fin. vers. potuerit de alienat. feud. pater unde evenit, quod promittens defendere aliquem contra quemlibet, contra se ipsum non tenetur defendere, ut post Salyc. in dic. l. præses notat Alciat. de præsumpt. regul. 1. præf. 52. num. 2. & hinc elemosyna prius dari debet consanguineo quàm extraneo, cap. non satis in verb. domesticos 76. dist. cum aliis latè aductis in lib. 1. quæst. forens. c. 161. & hinc quando in Regno est modicum frumentum non debent vendi tractæ frumentorum per extra Regnum, Afflic. dec. 290.

numer. 9. de Pont. de potest. Proreg. fol. 229. num. 6. prout quando pascua non sufficiunt pro animalibus domini, & vassallorum non tenetur aliis affidare, non obstante quacumque consuetudine, vel præscriptione in contrarium, Afflic. dic. dec. 290. num. 7. & 8. Padill. in dic. l. præses n. 13. Niger. in cap. Regni gravamina num. 72. quia possunt interdici pascua forensibus habentibus jus pascendi quando non sufficiunt pro civibus, Surd. de alim. rit. 7. q. 8. num. 5. & 6. & melius dec. 236. num. 20. & 21. quare meritò pia causa substituta pro incertis, & malè ablati ex conjectura voluntatis debet matri præferri; nam sicut clavus clavum tendit, ita præsumptionem excludit, l. Divus ff. de in integr. rest. & conjectura elidit conjecturam, l. non solum ff. de rit. nupt. Bal. conf. 136. num. 5. in fin. vol. 2.

## P R I V I L E G I U M X X X V .

## A R G U M E N T U M .

Legatum factum pro restitutione malè ablatorum non diminuitur, licet legata transcendant vires hæreditatis.

## S U M M A R I U M .

- 1 Legata plura facta à testatore, quæ vires hæreditatis transcendant omnia pro rata minuuntur.
- 2 Legatum unum dicitur in genere, & aliud in specie.
- 3 Legatum pium etiam diminuitur quando vires hæreditatis non suppetunt.
- 4 Favore incertorum, & malè ablatorum legatum non diminuitur.
- 5 Diminutio non fit contra voluntatem testatoris, idem procedit favore miserabilium personarum, ut num. 1.

**R**egula est, quod quando Testator plura facit legata, quæ vires hæreditatis transcendant omnia pro rata minuuntur, ita ut ad id reducantur, quod hæreditas ferre potest, ad tex. si quis testamento §. apud Julianum ff. de leg. 1. ubi Castr. voluit id esse verum, quamvis unus ex legatariis sit primò nominatus, quia non attenditur ordo scripturæ, sitque pariter procedit, licet unum legatum sit in genere, & aliud in specie, juxta sententiam Dyn. Ang. & Alex. in l. quærebatur ff. ad leg. falcid. legata enim non debentur ultra vires hæreditarias, l. 1. §. 1. ubi Alex. & Jas. ff. de condit. indet. Franchis decis. 236.

Quinimo Bart. in auth. similiter C. ad leg. falc. fuit in opinione, quod si non suppetant vires hæreditatis, legatum pium pariter diminuitur, sicuti cætera, de quo etiam videndus Tiraquell. in speciali tract. de priv. causæ privil. 72. vers. contrarium, & notè Illustrissimus Episcopus D. Ricc. in decis. Cur. Arch. hujus Civit. Neapol. 221. part. 1. qui eandem tutatur opinionem.

Tamen favore legatorum incertorum, & malè



## de malè Ablat. Privileg. 377

malè ablatorum aliud dicendum est, ne diminuat, quamvis alia legata transcendant vires hæreditatis, *Feder. de Sen. conf. 250. Barbat. in tract. de Episc. lib. 4. part. 4. num. 85. quem sequitur Cordub. in l. si quis à liberis §. unum n. 9. ff. de liber. agnos. & ita pariter sensit Surd. in suo tract. de alim. priv. vil. 30. tit. 8. nu. 2. ubi quod quando usurarius relinquit alimenta pauperibus, tale legatum non patietur diminutionem, sed deducatur ante omnia, ubi assignat rationem, quia ubi legatum fit pro restitutione malè ablatorum dicitur continere æs alienum; Tum propter peccatum, quod obligat Deo peccatorem à quo tamquam à creditore indulgentiam, seu remissionem postulare debet, ex *Federic. de Sen. conf. 250. num. 2.* Tum etiam respectu ejus, à quo usuræ sunt extortæ, & cui sunt constituendæ, ut impetretur liberatio, *cap. peccatum de regul. jur. in 6. ubi verò quis solvit debitum non sapit naturam legati, & consequenter non patitur diminutionem.**

Præterea dicit, quod diminutio non fit contra voluntatem Testatoris, imò cessat quoties adest aliqua conjectura, quod Testator voluerit integrum præstari legatum, ut per *Federic. cit. conf. 250. numer. 2. Roland. conf. 25. num. 3.* sed non est credendum Testatorem legantem ad suæ conscientie exonerationem velle minùs præstari, quam in legato contineatur, cum non præsumatur salutis æternæ, *l. immemor. fin. C. ad l. Jul. repe. cum concordantibus, de quibus apud Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præf. 4. num. 1. & seq. & cum id legatum sit gratia Testatoris, & reliqua respiciant legatariorum commodum, meritò credendum est Testatorem voluisse hoc prius potius præstari, sicuti de jure quis præsumitur suam utilitatem alienæ præponere, *l. præses de serv. & aqu.**

Sicque pariter procedere favore miserabilium personarum conclusimus in tract. ædito in favorem ipsarum priv. 12. ubi firmavimus legata facta similibus personis pro anima non pati diminutionem pro rata, quando vires patrimonii non sufficiunt ad solvenda alia legata simplicia.

quotores, eâ ratione, nam animæ defuncti exonerationem concernunt, ut constat ex *Præf. de Franc. decis. 622. num. 4.*

Verùm totum contrarium asseverârunt, *gl. 2. in l. firmio §. 1. ff. quando dies leg. ced. Bart. in l. alio in fin. ff. de alim. & cib. leg. Alex. conf. 12. num. 12. vol. 1. Crass. de success. lib. 2. §. fin. qu. 12. num. 1. Gom. variar. resol. cap. 12. num. 12.*

*Giurba* tamen videns has scissuras opinionum in *commen. ad consuet. Messan. cap. 2. gl. 12. numer. 36.* duos distinguendos casus patat; quorum primus est, si nominatis in testamento exequutoribus restituta fuit hæreditas, tunc conveniri ipsi possent, *Card. Tusc. lib. E. concl. 531. num. 11. 12. 13. & 14.* imò si plures sint exequutores, nec unam citari satis est, licet à Civitate absens sit, alter non tamen extra Regnum, *cap. fin. de testam. in 6. tex. & gl. cap. si duo de procurat. in 6. Bart. in l. 1. ff. de exerc. act. Afflict. in Constit. Regni occupatis nobis nos. 6. Franch. decis. 622. num. 1. & 2. quod tamen nu. 13. putat esse verum, si quod esset exequendum non esset certum; at si certum sit eorum alter posset citari, *Butr. in l. nulli C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Bald. col. fin. Jaf. vol. 1. conf. 10. col. fin. Apostill. ad Dec. in cap. prudentiam de off. deleg. juxta quorum theoriam ego dicebam in causa Marcelli Caputi, cum Nardo d'Allegra hujus Civitatis Neap.**

Secundus casus est, si hæreditas non fuerit adhuc restituta, tunc pauperes ab exequutoribus ad distribuendum datis nominati, qui fuerint, hæredem poterunt convenire, ut solvat licet, hæres nominationi præsens non fuerit, nec vocatus, *Card. Tusc. cit. concl. 531. dist. num. 12.* Nam hæres ante restitutam hæreditatem à legatariis conveniri potest *l. ita tamen §. qui ex Trebelliano ff. ad trebell.* nec præsentibus debent esse pauperes in nominatione, quia eligendi facultatem à lege, vel à testatore concessam habens, absentem potest eligere, *Card. Tusc. memorata concl. 531. num. 26. & alii juris interpretes passim, & ita juxta ipsorum sententiam dicebam requisitus de voto à Reverendissimo Episcopo S. Angeli Lombardorum in anno 1626.*

### PRIVILEGIUM XXXVI.

#### ARGUMENTUM.

Loca pia, vel pauperes, quibus malè ablata restituenda sunt adversus exequutorem possunt agere.

#### SUMMARIUM.

1 *Alio adversus exequutores testamentarios pro legato facto pro incertis, & malè ablati, quando detur, & numer. 2. 3. & 4.*

1 **R**egulam firmam *Arch. in cap. si res vers. & nota 14. ubi quod pauperes, vel loca pia quibus testatoris præcepto fordida, & malè quæsitæ legati titulo restituenda sunt habent actionem adversus testamentarios exequutores. Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

### PRIVILEGIUM XXXVII.

#### ARGUMENTUM.

Confessio facta sine causa pro malè ablati, & pro exoneratione conscientie, valet.

#### SUMMARIUM.

1 *Confessio absque causa facta non valet, idemque procedit in fidejussione num. 2. limita tamen favore conscientie nu. 3. Item quando confessio esset facta in obligatione stipulata penes acta Curie nu. 4.*  
5 *Scriptura publica sive privata debiti confessionem continens sine causa non probat.*

M m 6 Cav

6 *Causam non fuisse expressam, vel falso expressam paria sunt, prout etiam si incertitudinarie.*

7 *Confessio generalis dicitur ambigua.*

8 *Instrumentum guarentigiatum continens debiti confessionem nulla expressa causa potest liquidari, & quare num. 9.*

- 1 Regulariter confessio sine causa facta non valet, estque inefficax, & uti indiscreta non probat, l. 2. §. circa ff. de doli except. & l. cum de indebito §. fin. ff. de prob. latè Duen. regul. 118. latius Seraph. de priv. juram. privil. 94. Mancin. de juram. effect. 24. p. 4. Mascard. plenè concl. 344. Grat. discept. forens. 280. num. 6. Maur. in tract. de fidejuss. cap. 47. sect. 8. ubi firmat regulam fidejussionem sine causa factam non valere, & instrumentum sine causa confectum nullum esse, nullamque executionem mere-ri, ex Alex. conf. 4. & 83. vol. 1. & Joa. de Am. conf. 129. prout cessio non valet quando sine justa, & legitima causa, & titulo facta est, Gabr. concl. 5. num. 2. de action. unde librum rationum debere continere causam partitæ in ea appositæ, ad hoc, ut probet, enarrat, Cravet. de antiq. temp. part. 1. §. 4. num. 46. qui dicit, talem obligationem probare semiplenè tantùm, & in efficacem ex eo obligationem oriri, quando partita est sine causa, Ludovic. concl. 29. vers. quartò requiritur.
- 3 His licet veris existentibus restringitur supposita regula quoties confessio esset facta pro exoneratione conscientiæ, gloss. in l. 1. in verb. apud Judices ff. de interrog. act. quam ad hoc propositum valdè commendat Barbat. in rubr. de fide instrum. col. 3. Alex. conf. 13. col. 4. vol. 1. Marsil. conf. 5. num. 17. quos refert, & sequitur Caroc. in decis. 90. numer. 9. ubi tamen numer. 10. declarat plenè probare ad præjudicium contentis, at secus in præjudicium tertii, allegat Bart. in l. si quis in gravi §. 1. ff. ad sillan. sequitur Alex. in l. sciendum num. 15. ff. de verb. obligat. Felyn. in cap. exhibita num. 15. de Judic. Jas. in l. 1. in princ. ff. de eo, per quem fact. erit, Marsil. rubr. de fidejuss. n. 75. Menoch. de arbit. casu 89. num. 3. & de presumpt. lib. 5. pres. 5. num. 17. conf. 49. n. 70. lib. 2. Mascard. concl. 359. n. 31.
- 4 Prout quoque fallit antè signata regula, quando confessio sine causa esset facta, & emanata in obligatione stipulata penes acta Curie prout consultus respondi in causa Joan. Laurentii Rendine in anno 1625. ex Cavens. in Rit. M. C. V. 128. num. 6. & Ursill. in add. ad Afflic. dec. 387. num. 3. in fin. quos novissimè reperi sectatos à Viscont. in suis concl. jur. in verb. confessio facta sine causa, qui idem dicit, quando esset confessio facta in judicio coram Judice, allegat Rom. in conf. 290. numer. 7. & Afflic. in Constit. Regn. volumus post num. 9. & ita loquendo de fidejussione, tradit Maurell. de fidejuss. d. cap. 47. num. 28. ubi allegat Angel. Aret. in l. sciendum num. 3. ff. de verb. oblig. & Marsil. in rub. de fidejuss. q. 45. num. 319. in fin. & hac ratione caloris judicii, sicque pariter asseveramus de confessione facta in instrumento guarentigiatò liquido, quia probat secundùm Foller. ad Marant. in 6. p. act.

8. n. 17. & Cavens. in Rit. M. C. 166. in fin. & ita dicebam in causa Nicolai Antonii Seriacini, cum Marco Aurelio de Labellis in anno 1626. & iterum in currenti anno 1627. in causa Jacobi Tavernæ, cum hæredibus Fulvii Modesti Civitatis Fundorom.

Sed num instrumentum continens confessionem debiti sine causa possit liquidari, & executioni mandari juxta formam Rit. Mag. Cur. Vicar. 166. sequentia considerabam in anno 1622.

Certum est, quod scriptura publica sive privata debiti confessionem continens si est sine causa non probat, cap. si cautio, & ibi DD. de fid. instrum. l. cum de indebito §. fin. ff. de prob. qui tex. juxta communem Doctorum scholam loquuntur de scriptura publica; Seraphin. de privil. juram. privil. 94. Marsil. in Rub. C. de prob. num. 77. Hercul. in suo tract. de prob. neg. fol. 58. num. 189. imò etiam si fuerit expressa causa, sed falsa adhuc confessio non probat, juxta sententiam Bal. in rub. C. de const. pecul. colu. 2. Card. conf. 95. Fely. in c. ad aures col. 6. de rescrip. Dec. conf. 33. col. fin. Ruy. conf. 215. num. 19. vol. 1. Paris. consil. 4. num. 27. cum seq. cum paria sint causam non fuisse expressam, vel falso expressam, Alex. consil. 181. num. 5. vol. 2. Tiraq. de tract. ligna. §. 1. gloss. 2. num. 11. Barb. conf. 43. num. 16. lib. 1. ut neque probat si fuerit apposita causa generalis, ut puta si quis in instrumento confiteretur debere centum Antonio ex causa emptionis in genere, ut colligitur ex gloss. in l. fin. in verb. specialiter C. quod cum eo ut probare videtur tex in l. generaliter C. de non numer. pecun. ibi specialiter, &c. & in verbo dilucidè ubi DD. ponderando id asserunt, concordat etiam tex. in l. filiusfam. ff. de don. paria siquidem sunt causam non esse expressam, & expressam incertitudinarie, prout evenit in causa generaliter prolata, Alex. d. consil. 181. Nam qui dicit, aliquid generaliter, non dicit quidquam certi, juxta not. per Bart. in l. quidquid astringendæ colum. 3. ff. de verb. obl. ex cujus dictis in l. quoties la secunda ff. de ver. obl. dicitur generalem confessionem dici ambiguum, ut asseruit etiam Marsil. in l. 1. §. præterea n. 93. ff. de quest. & scribit Damouder. in sua prax. civil. in tit. de prob. facta per confessionem partis num. 14. ubi allegat tex. in cap. in præsentia ext. de prob. firmando tit. 73. causam tum confessione aptè, aut certitudinarie, ac intelligibiliter haberi, tanquam non appositam, ut tenent quoque multi relati per Marsil. in d. l. 1. §. præterea n. 331. inter quos est Bal. in l. generaliter quest. 4. C. de non nu. pec.

Quæstionis tamen est si reperiat juramentum guarentigium habens à statuto paratam executionem, prout in Regno vigore Rit. M. C. V. 166. continens debiti confessionem nullà expressam causam, num poterit executioni mandari, & liquidari, juxta formam præfati Ritus.

Cum casus ex factu accidisset, Ego prætendi quod sic, ex doct. Bal. in l. insicut C. de repud. hæred. & in l. 2. C. de exeq. rei jud. quem refert, & sequitur Jas. in d. l. sicut n. 7. ubi etiam Alex. Fely. in d. cap. si cautio n. 10. & 15. Rom. conf. 76. Dec. conf. 682. n. 4. & et. de oblig. ad form. Cam. par. 2. quest. 1. §. 4. n. 11. ubi fatetur hoc esse communiter receptum, & ita fuit judicatum in hoc casu in M. C. V. ubi liquidatio instrumenti fuit permissa. Deo

9 Deo quo quippe ratio assignatur si quidem cum confessio in iudicio absque causa valeat, ut asseruit *Mars.* in rub. *C. de prob. num. 91.* motus ex doct. *glos. in l. 1. §. fin. ff. de interrog. act. & voluerunt Alex. conf. 13. col. 14. Ang. in l. Sianus §. pactus col. 2. ff. de pact. Bal. in l. 1. ff. à quib. appell. non lic. Castr. & alii in l. 1. ff. de confess. cum aliis apud *Feiy.* in cap. 1. col. 1. in fin. ext. de pact. ibi ultra revocationes, adde quod pactum nudum habeat executionem paratam, si factum fuerit in iudicio, *Cast. in l. tale pactum §. qui procuravit in prin. ff. de pact. & secundum Bald. in l. eum pro quo ff. de in jus voc. confessio facta in iudicio habet executionem paratam sicuti instrumentum guarentigatum, & idem operatur in iudicio verbum (Credo) quod verbum præcisè affirmativum, ut fatetur idem in l. 1. num. 21. *C. de fals. caus. legat. adject. & confessio quæ fit in instrumento guarentigio censetur, ac si facta esset in iudicio cum ibi sit præceptum Judicis cartulari factum in confessum, quod in iudicio factum videtur, ut not. *Felyn. in c. si cautio num. 15.* ideo ut dicta confessio in instrumento guarentigio contenta etiam sine causa minimè censetur indiscreta.***

Et licet sint qui teneant confessionem factam in iudicio absque causa non probare, ut fuit *Jo. And. in addit. ad Spec. int. de confess. §. nunc videndum,* cujus sententia si esset vera, utique ratio nostra, qua fulcimus præfatam opinionem, caderet.

Tamen non est dubitandum communiorem opinionem esse, quod confessio judiciaria absque causa probet, ut ultra relatos tenent *Jo. Bapt. de S. Severi in repet. l. admonendi col. 24. ff. de jur. jur. Cyn. in l. generaliter q. 3. C. de non n. pec. & ibi Bar. in l. 2. lectur. col. 1. Busr. Abb. Imol. & alii in d. cap. si cautio, & Rom. conf. 290.* unde ratio nostra præfatam opinionem coadjuvans subsistit.

dicitur, ad tex. in l. 2. cum *glos. C. de non numer. pec. Masc.* alios citans de prob. conclus. 695. *Caravit. in Rit. M. C. V. 166. num. 47. noviter Paschal. de patr. potest. cap. 8. num. 62. & seq. par. 2.*

Quæ sanè exceptio non habet locum nisi in contractu mutui §. 1. *inst. de lit. oblig. l. in contractib. C. de non num. pec. Affl. dec. 105. latè Rol. à Vall. conf. 4. vol. 4. ubi etiam quod procedit in contractu dotis, ut in tot. tit. C. de dot. caut. non numer. & ità Valaf. decis. 5. Misng. obser. 61. cent. 1. Gratian. decis. Marchiz 164.*

Ità quòd hujusmodi exceptio non habet locum in aliis contractibus præterquam in mutuo, & dote, *Bal. in l. si ex cautione num. 3. C. de non num. pec. Fely. in cap. si cautio num. 54. de fid. instrum. Molyn. de contract. disp. 302. num. 4. Bertaz. de clausul. claus. 32. glos. 1. num. 3. Vasq. controuv. jur. lib. 2. cap. 59. num. 3. ubi de communi DD. sententia testatur.*

Unde debitor ex causa emptionis, vel conductionis, & similibus numquam potest juvare præfatà exceptione, sed indistinctè ejus statuer confessioni, ut communi calculo enarrant *glos. & DD. in l. adversus C. de non num. pec. Unzolen. in tract. de arte Notar. in tit. de except. non numer. pec. Bertaz. de claus. claus. 32. glos. 1. num. 3. ubi num. 4. firmat procedere etiam si debitum ex causa emptionis converteretur in mutuum, quia nec isto casu posset hujusmodi exceptio opponi, ut etiam ultra antiquiores tradiderunt *Pancirolo. conf. 57. num. 7. Costa in l. si ex cautione fallent. 3. C. de non num. pecun. & Surd. consil. 162. num. 44. lib. 2.**

Licet in cæteris contractibus bene posset opponi exceptio hæc infra 30. dies, ut docet *Affl. noster in constit. Regn. causas num. 5. in fin. quem recenset modernè Viscont. in suis conclus. jur. in verb. exceptio non numerata pecunie circa princ.*

Hæc autem exceptio bene posset probari per debitorem etiam elapso biennio, quando susciperet in se onus probandi, quòd sibi non fuerit numerata pecunia in instrumento confessionata, juxta theoreticam *glos. in l. si ex cautione in verb. læpe, & ibi Bart. n. 12. cum aliis DD. C. de non num. pecun. Jaf. in l. 3. §. jurari num. 8. ff. de jur. in Fulg. in l. si sub specie in fin. C. de postul. Thianin. in pract. cautel. n. 30. ubi hanc communem, & veram appellat opinionem *Affl. decis. 110. & ibi Ursill. in addit. Scaccia de commer. §. 2. glo. 8. num. 2. Paschal. de patr. potestat. d. cap. 8. num. 88.**

His tamen veris existentibus hæc numeratæ pecuniæ exceptio non admittitur adversus confessionem factam pro incertis, & malè ablati in mortis articulo, ut ex *Caroc. decis. 90. n. 7. ubi plures allegando concludit non posse opponi similem exceptionem à debitore, qui confessus est se habuisse mutuum, dum esset in articulo mortis, & si confitens moreretur, neque sui hæredes hujusmodi exceptionem opponere possent, quoniam moriens non potest præsumi fecisse confessionem sub spe futuræ numerationis, quam non sperabat, *glos. in l. 1. C. de fals. causa adject. leg. Marsil. conf. 5. num. 16. lib. 1. Imol. in l. si ex pluribus ff. de solut. Rim. in tit. de don. in princ. num. 528. Jaf. in l. qui pecuniam**

PRIVILEGIUM XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur adversus confessionem factam pro incertis & malè ablati in mortis articulo.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptio non numerata pecunia regulariter opponitur, dummodo tamen sumus in contractu mutui, n. 2. nam in aliis contractibus non procedit, num. 3. sed infra quantum tempus possit opponi in aliis contractibus num. 4.
- 5 Exceptio non numeratæ pecuniæ quando possit opponi elapso biennio, & quando non opponatur, num. 6.

1 Regulariter non numeratæ pecuniæ exceptio potest opponi à debitore, qui confessus est recepisse quandam pecuniæ quantitatem sub spe futuræ numerationis, & revera non recepit; nam opponens illam infra biennium transfert onus probandi in creditorem, quia per debitorem eo ipso probata *Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II,*

*Juniam col. 2. ff. si cert. petat. Decian. conf. 40. numer. 17. lib. 5. Caballin. milleloq. 672. & alii quos refert, & sequitur Grass. in tract. de except. ad mater. stat. excep. 43. num. 18. qui alia cumulat in materia hujus exceptionis prout recenter alia congerit modernus Gaitus in suo tract. de credito cap. 2. tit. 7. à num. 2504. cum plurib. seqq.*

## PRIVILEGIUM XXXIX.

## ARGUMENTUM.

Confessio uxoris pro exoneratione conscientie viri circa aliquid malè ablatum, nocet pupillo, & relevat creditorem.

## SUMMARIUM.

- 1 Uxor non tenetur revelare contra suum virum, limita tamen, ut numer. 3.
- 2 Confessio tutoris pupillo regulariter non nocet, sed limita, ut numer. 4.

1 **R**egula est quod uxor non tenetur revelare contra virum suum, ut per *Angel. in sum. in verb. denunciatio sub numer. 13. Nevizan. in sylva nupt. in verb. monitorie n. 47. Navar. in suo manual. cap. 15. numer. 46. quem cum Cordub. quest. 64. in fin. allegat. D. Ricc. in prax. resol. 310. ampl. 5. tom. 1. ubi firmat expressum revelantes maritorum crimina non incidere in labem excommunicationis ad id fortasse prolata.*

2 Et regulariter confessio tutoris pupillo non nocet, l. certum §. sed an ipsos ff. de confess. *Tiraq. de retract. conven. §. 4. glo. 6. num. 13. Ceph. consil. 101. num. 18. Cavalc. de tutor. num. 324. & omnes communiter ut apud Foller. in sua pract. censual. vers. quæ quidem executio num. 51. & penes Suar. in Thesaur. recept. sent. litt. C. n. 251.*

3 Tamen in favorem malè ablatorum prodit privilegium, quod si uxor mortuo viro suscipiat tutelam filii, & sciens secreta sui mariti in quodam instrumento pro exoneratione conscientie suæ, & dixit, virum suum abstulisse certam pecunie quantitatem ab Antonio, talis confessio nocet pupillo, & relevat creditorem, ut tutatur *Caroc. dec. 20. ubi inter alia assignat illam rationem, quia hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, c. fin. ubi Abb. in ult. notab. de sepult. c. in literis de raptor. Jas. in l. Pomponius §. cum quis num. 23. ff. de acquir. poss. & cum hæc sit mater, & tutrix pupilli hæredis & pupillus ex defectu ætatis, & intellectus ex se non valeat exonerare patris conscientiam, mater tutorio nomine filii conscientiam patris exonerare debet, & poterit.*

4 Et sic licet confessio tutoris pupillo non noceat, id tamen limitat non procedere in matre tutrice filii ad exonerandam conscientiam mariti, & patris & pupilli simul, ut dicebam in causa nonnullorum de Pinto.

## PRIVILEGIUM XL.

## ARGUMENTUM.

Legatum factum pro incertis, & malè ablati debetur ab hærede non obstante, quod sit intra tempus conficiendi inventarium.

## SUMMARIUM.

- 1 Hæres non potest molestari ante confessionem inventarii etiam si constaret hereditatem esse opulentam, num. 2. fallit tamen ubi ageretur pro legato incertorum, & malè ablatorum, num. 3.
- 4 Usurarum restitutio non recipit temporis dilationem.
- 5 Anima ceteris rebus proponenda est.

**R**egula defumitur ex tex. in l. fin. §. 1 donec C. de jure delib. ut scilicet ante trimestre tempus, vel annum à jure hæredibus concessum ad conficiendum inventarium nulla creditoribus legatariis, vel fideicommissariis tribuatur licentia hæredes inquietandi, eosque ad iudicium vocandi omnesque hæreditarias, quasi ex hypothecarum autoritate vindicare.

Quæ sanè regula adeo vera est, ut firma vit ibid. *Bal. in §. cum igitur habere locum etiam si evidenter constaret hereditatem esse opulentam, prout in eandem descendere sententiam, ibidem Castrenf. num. 2. & Jacob. in §. donec qui assignat numer. 4. rationem, nam hæres durante tempore confessionis inventarii est impeditus circa ipsius confessionem, ignorat quantum solvere debeat, & quomodo sit obligatus, & quas habeat exceptiones, & defensiones hac de causa interim molestari non debet, quamvis hereditas sit solvendo.*

Tamen, quando testator fordidum, & malè quæsitum, & malè ablatum domino restituendum esse mandavit, posse statim hæredem cogi ad illud tradendum, tuto concludere possumus, cum in hoc casu conficiendi inventarii tempore non gaudeat hæres ut determinarunt *Bal. & Castren. in d. l. fin. §. donec C. de jure delib. Alex. Ang. & Corn. in l. eam quam C. de fideic. Suar. in l. post rem judicat. n. 6. ff. de re jud. Porcell. in tr. de inventar. cap. 4. num. 9. Duen. reg. 277. lim. 1. Vivi. qui alios adducit concordantes in sylva comm. opin. concl. 257. lim. 1. Gutt. de jur. confir. cap. 4. num. 18. par. 2. Caval. qui plures allegat in spec. pract. q. commun. qu. 608. & 814. Suarez de Paz in sua prax. cap. 1. n. 44. p. 4. 10. 1. Rustic. de fideic. lib. 2. cap. 3. n. 37. Gizzar. dec. 79. num. 6. ubi loquitur de usurarum restitutione, quam dicit non recipere temporis dilationem, prout sic concludit in legatis piis.*

Et licet contrarium in puncto principali firmaverint *Cyn. & Alb. in d. §. donec, juxta quorum sententiam voluit quoque Lopez in l. 7. glos. mandando alio tit. 6. par. 6.*

Tu tamen tanquam à veritate, & pietate digressus

## de malè Ablat. Privileg. 381

gressus ne sequaris, sed primæ adhæreas opiniononi, propter animæ periculum, quæ cæteris præponenda est, *cap. infinitas de pœnit.* & ita contra ipsos noviter probat Illustrissimus *D. Ricc. in prax. resol. 416. tom. 2.* ubi tractat si tribunal Reverendæ Fabricæ possit se intromittere pro adimplemento legatorum piorum pendente confectioe inventarii.

### P R I V I L E G I U M X L I.

#### A R G U M E N T U M.

Mulier quæ intercessit pro exoneratione conscientie viri mortui, non juvatur Vellejano.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Mulier fidejubere nequit regulariter, & quare n. 3.*
- 2 *Obligatio mulieris debet continere commodum mulieris se obligantis.*
- 4 *Carens libera suorum bonorum administratione prohibetur fidejubere.*
- 5 *Mulier fidejubendo non obligatur, etiam si pro marito fidejubeat per interpositam personam n. 6. sed limita, ut n. 7. & 8.*

1 **R**egula est quod mulier fidejussionis minus obire, & pro aliis intercedere nequit *l. de die §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 2. & 3. §. fin. ff. eod. l. fin. C. eod. tit. l. 2. ff. de reg. jur. l. si paternam C. ad Vellejan.* ita quod Senatusconsulto Vellejano succurritur mulieribus pro aliis fidejubentibus ut *tot. tit. ff. & C. ad Senat. consult. Vellejan. l. tamen ff. ad Macedon.* & in Regno habentur *pragm. 1. sub rubr. de Senatusconsult. Vellejan. ubi nos plura cumulavimus in commen. & vide de hac materia latè Marefc. var. resol. lib. 2. c. 5. Grivel. decis. Dolan. 20. Linglois. decis. 14. q. 1. & sequent. l. ad Senat. consul. Vellejan.*

2 In tantum, quod obligatio debeat continere causam respicientem commodum, & interesse mulieris, non autem aliorum voluit *Rota in causa Romana de S. Cruce 3. Decemb. 1607. coram Eminentissimo Card. Sacrato, & alias, ut apud Ludovisi. dec. 363.*

3 Ratio autem principalis conclusionis nam sexus mulieris satis levis, & imbecillis est, nam illæ quodam naturali vitio imprudentes, mendaces, fluxæque fidei sunt, & ut plurimum earum consilio contra propria laborant commoda, *l. 2. §. verba ff. ad Vellejan. l. si pater C. de spons. Barbat. conf. 54. lib. 1.* unde ob hanc causam aliorum defensionem aliaque virilia officia exercere prohibentur, ad *tex. in l. femina ff. reg. jur. l. alienam C. de procur.*

4 Præterea assignatur, & alia ratio, nam quilibet carens liberâ bonorum suorum administratione (qualis est mulier) pro alio fidejubere prohibetur, *Henrig. de fidejuss. cap. 7. n. 68.*

5 Quò fit, ut mulier fidejubendo non obligetur, sive intercedat pro patre, sive pro filio, sive pro fratre, sive pro alio consanguineo, & eò magis si pro extraneo, nam in *Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.*

omnibus istis casibus juvatur beneficio Vellejani, *Bal. & Salyc. in auth. si qua mulier. C. ad Vellejan. Theff. dec. 223.*

Et adeò hæc vera sunt, quòd mulier pro marito fidejubere non possit, ut nec etiam id eidem liceat facere per interpositam personam *l. si uxor. C. ad Vellejan.* plus nec etiam cum marito hoc eidem facere permissum est, *l. 4. vers. participavit C. eod. l. vir. uxori in §. fin. eod. & quod mulier, nec etiam insimul cum viro se obligare, & fidejubere possit, jura sunt clara, nam hoc ponunt *tex. in l. 4. ff. ad Vellejan. in l. uxor viri in §. fin. ff. eod.* inquit *Valent. Franc. in suo tr. de fidejuss. c. 2. nu. 152.* & istud est ex eo quia tali casu summa pecunia exbursata præsumitur pervenisse ad maritum, & ideo si non probatur quod medietas pervenerit ad mulierem ad nihilum mulier tenebitur, *d. auth. si qua mulier ubi Bart. Bal. Saly. & alii C. ad Vellejan. Men. de pres. lib. 3. pres. 22. Thessaur. decis. Pedem. 222. nu. 14. Amarus dec. Rose Marchia 27. n. 11. & 12. Honded. conf. 45. per tot. vol. 3. par. 1.* qui dicit hanc opinionem veriore, & communior, *Gamma decis. Lusitan. 131.* quod etiam corroboratur per optimum simile, quod de filio dicitur, qui si contrahit, & se obligat unâ cum patre, tota pecunia ad patrem pervenisse creditur, si pater filium gubernat, *Fab. de Monte de emption. & vendition. quest. 3. princ. n. 64. Cacheran. decis. Pedem. 170. in tract. Ubald. de duobus fratrib. in 9. part. principal. post. n. 3. Cravett. conf. 91. Suar. com. opin. in lit. V. n. 112. Stracca in tract. de mercat. n. 10.**

His licet veris existentibus, tamen quando constat mulierem intercessisse pro exoneratione conscientie viri mortui, illam non juvari hoc Vellejani beneficio asseveravit *Præses de Franchis decis. 237. & deinde scripsit Galter. in sua prax. instrumentaria 2. 2. partis principal. pag. 122. n. 57. vers. secundo, ubi firmat, quod quando mulier intercedit ex causa pia, ut pro exoneratione animæ viri sui post mortem, vel pro liberatione ipsius constante matrimonio nequit uti beneficio Vellejani.*

Ultra quod communiter DD. sunt in opinione, illam posse fidejubere pro qualibet pia causa, *Rom. in auth. similiter C. ad leg. Falcid. Socc. reg. 310. Rimin. conf. 67. vol. 1. & noviter firmat Genuens. in suis practicab. Eccles. quest. 509. Addo Tiraq. de pia causa privil. 113.*

### P R I V I L E G I U M X L I I.

#### A R G U M E N T U M.

Revelatio facta à filio contra patrem vigore litterarum monitorialium excommunicationis valet, ubi tendit ad exonerationem conscientie, quia agitur de malè ablatiis factis à patre.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Testimonium filii contra patrem non probat.*
- 2 *Filius non revelans contra patrem non incidit in excommunicationem, limita tamen, ut n. 3.*

M m 3

4 Testos

- 4 *Testes inhabiles quando admittantur.*
- 5 *Nullum privilegium excusat à peccato.*
- 6 *Principalis tenetur revelare quando fiunt monitoria ad finem revelationis.*
- 7 *Animæ favore quis tenetur edere arma contra se.*

1 **R**egulariter testimonium filii contra partem invalidum est, nec probat, ad *text. in l. parentes C. de testib.* ubi nec etiam nolentes ad invicem admittuntur, *cap. si testes §. item parentes 4. quest. 3. latè Farinac. de testib. quest. 154. num. 170.*

2 Quare meritò patrem non revelantem delictum filii stante pœnâ excommunicationis in ejus sententiam non incidere, post *Lazar. in tract. de monit. quest. 11. sect. 3.* quem tamen non allegat noviter, latè concludit *Illustriſſ. Episc. D. Ricc. in sua prax. var. resol. resol. 310. par. 2. idem pariter ampliatur. 3. firmans in filio, qui nec tenetur obmonitiones revelare crimen patris,*

3 Tametsi quando fiunt literæ monitoriales contra patrem, filius revelat aliquid malè ablatum pro exoneratione paternæ conscientie, benè admittitur revelatio, & probat contra patrem: ità determinat *Carocc. decis. 90. num. 11. vers. contrarium asserens id maximè procedere ubi veritas aliter haberi non posset, nec data notabili exceptione contra filium respectu patris, allegat, Hostien. in cap. 1. de testib. ubi pariter Fely. n. 8. Marsil. qui dicit singulare, & practicabile in l. divus nu. 12. ff. de quest. Roman. sing. 398. & ità etiam tutatur idem Carocc. decis. 21. n. 3.*

4 Deo, quo quidem dicto dubitandum non est si quidem quoties desunt alii testes, & vel alii haberi non possunt ex natura rei, & negotii, in tali casu admittuntur testes alias inhabiles ex *Abb. Hostien. in d. cap. 1. num. 4. de testib.* ubi quod testes privilegiati non excusantur à toto, sed tunc solum, quando alii testes haberi possunt, & sic in subsidium *Mascard. de prob. conclus. 1365,* quare quod incurrant excommunicationem pater & filius, si non revelant in casu, quo veritas aliter haberi nequit, concludit *Illustriſſ. Episc. D. Ricc. d. resol. 310. vers. limita quarto,* ubi assignat rationem, ne pereat probatio, & veritas occultetur, quod esset peccatum mortale, ad *text. in cap. quisquis 2. quest. 3.* quia nullum privilegium nullaque pietas excusat à peccato, *cap. super eo de usur. unde in gravi necessitate ad testificandum à Judice capi posse tutatur, Franc. Marc. decis. 861. num. 4. tom. 2. & ante eum DD. in cap. 1. de testib. cogen.*

6 Sed an Ecclesia compellat principalem ad revelandum quando facit monitoria sub pœna excommunicationis ad finem revelationis, declarat *Genuens. in practicab. Eccles. q. 597.* ubi affirmativam tuetur partem, quod in causa civili principalis tenetur non solum restituere rem, quam destinet cum peccatum, sed etiam revelare se habere, & habuisse, ad *text. in cap. 1. & 2. de confess. in 6.* ubi reus tenetur respondere propositionibus actoris quæ fiunt ad revelandum ipsum actorem ab onere probandi per confessionem adversarii, & potest compelli juramento, ut ibi firmant *Canonistæ,* & regula quod quis potest compelli ad deponendum in judicio juramen-

tum, potest etiam censuris compelli propter peccatum mortale, *cap. novit. de judic. Sylva nuptial. in summa in verb. monitoria Prob. ad Monach. in cap. 2. de constitut. in 6. Navar. in cap. inter verba 11. quest. 6. corollar. 66. & sic dicit ipse haberi casum expressum in jure, quod ad fundandam intentionem actoris tenetur adversarius deponere veritatem; Et confert pro corroboratione, quod favore animæ ut exeat quis à peccato, potest compelli censuris ad edendum arma, & scripturas adversus se contra terminos regulæ juris, *Butt. Abb. Imol. & omnes in cap. 1. de probation.**

## P R I V I L E G I U M X L I I I .

## A R G U M E N T U M .

Ex pollicitatione facta pro incertis, & malè ablati oritur Actio.

## S U M M A R I U M .

- 1 *Pollicitatio quid sit.*
- 2 *Obligatio ex nuda pollicitatione non oritur.*
- 3 *Votum, & pollicitatio equiparantur.*
- 4 *Actio competit ex voto (ut ajunt) in foro interiori, & vide n. 5. & amplia idem procedere favore Ecclesie num. 6. & favore Universitatis num. 7.*

**R**egula est, quod ex pollicitatione, quæ est unius solius offerentis promissio, *l. 3. ff. de pollicit. cum adductis per Alphan. in speciali tract. quem edidit super rubr. ff. de verb. oblig. num. 10.* nullatenus oritur obligatio, ut per *Jas. Allciat. & reliquos ibidem,* qui tamen loquuntur de jure civili, quinimo neque de jure canonico illam oriri firmavit *Abb. in cap. cum inter univers. de elect. ubi appellat communem Covar. post alios quos citat in cap. quamvis in 6. parti. §. 4. n. 15. de pact. in 6. Vivius in Sylva commun. opin. conclus. 617. Gomez. de contract. tom. 3. var. resol. cap. 9.*

Contrarium tamen voluit *Butt. in cap. ex parte de censur. ubi dixit oriri obligationem, quia votum, & pollicitatio æquiparantur, l. 2. ff. de pollicit. & ex voto apertè patet oriri obligationem, & posse voventem compelli virtute *text. in dic. c. ex parte* cum adductis per *Amatum cons. 17.* ubi latè probat ex voto (ut ajunt) in foro exteriori actionem competere.*

Tu tamen in hac Doctorum discrepantia affirmare debes, quod tam de jure civili, quam canonico ex pollicitatione oritur obligatio quotiescumque illa facta est ad favorem incertorum, & malè ablatorum, cum taliter pollicitans censeatur offerre intuitu pietatis pro anima, cultu divino, & exoneratione conscientie *cap. pontifices 12. q. 3. Doctores in c. verum de condit. appof.*

Quare juxta hanc opinionem ubi pollicitatio fit Ecclesie, concludit *Genuens. in practicabil. Eccles. quest. 372.* sicque pariter quando fit simplici causæ piæ, ut inducat obligationem, tutantur *Gomez. variat. resol. dicta cap. 9. Suarez in thesaur. commun. opinion.*

7 *opinion. lit. P. in verb. pollicitatio, & novissimè Viscont. in suis concl. jur. in eodem verb. in fin. fol. 227. colum. 1. ubi sic pariter scribit, procedere favore universitatis, vel Collegii, quod similiter affirmat Genuens. loco citato n. 2. per tex. in dic. l. 1. ff. de pollicit. & ego dicebam pro Universitate Terræ Summontis in anno 1625.*

## P R I V I L E G I U M X L I V .

## A R G U M E N T U M .

Legata relicta pro malè ablatiis testamento nullo ob præteritionem filii, quem testator ignorabat se habere, debentur.

## S U M M A R I U M .

1 Legatum factum ab eo qui ignorabat habere filios non debetur irrito facto testamento, sed limita favore incertorum, & malè ablatorum.

1 **R**egula est juxta communem *Doctorum* sententiam, quod testamento nullo ob præteritionem non debeantur legata facta, quando testator ignorabat se habere filium, vel putabat mortuum, ut scripserunt *in auct. ex causa C. de liber. præter.* ubi præcipuè *Bald. Salyc. Castr. & Jas. Tiraquell. de privil. piæ causæ privil. 68. & Vasq. de success. lib. 1. §. 8. n. 61.* ubi hanc defendit sententiam, & ad materiam videndi sunt *Clem. de patr. potestat. effect. 15. Vivius in sylvæ commun. opin. concl. 35. Crass. in §. testamentum q. 36. & seq. Illustrissimus præful D. Ric. collect. 271.*

Tamen favore legatorum pro incertis, & malè ablatiis factorum hujusmodi communis doctrina procedere non debet, prout illam communi voce limitant in hoc casu *Doctores* ut constat ex *Bal. Ang. & Imol. in l. filio præterito ff. de injust. rupto & irrit. fact. testam. Jas. in l. precibus C. de impub. Soc. in l. 2. sub num. 32. ff. de vulg. Barb. in l. cum acutissimis num. 24. de fideicom. Aret. cons. 92. Vasq. de success. dic. §. 8. n. 61. Cotta dicens valdè singulare in sing. in verb. anima Covar. valdè id commendans in cap. Raynutius §. 4. C. de testam. Caroc. decis. 7. n. 3. Genuens. in practicab. Eccles. q. 48.*

Quare merito juxta hanc sententiam in causa Nardi della Torre in anno 1625. consultus respondit, dum occurrisset casus, quod essent facta quædam legata, inter quæ aderat legatum pro incertis, & malè ablatiis, dixi inquam, quod licet redderetur nullum testamentum ex præteritione filii facta, non per hoc non debeat solvi legatum 50. aureorum factum à testatore pro incertis, & malè ablatiis.

Cujus conclusionis ratio est nam ponderandum est, quod semper fuisset pro exoneratione conscientiæ, & suæ animæ salute relicurus, non obstante quod haberet filios.

## P R I V I L E G I U M X L V .

## A R G U M E N T U M .

De legatis factis pro incertis, & malè ablatiis pro exoneratione conscientiæ, non detrahitur quarta ab Episcopo.

## S U M M A R I U M .

- 1 Quarta Episcopo debetur de legatis, & Episcopi sub nomine quinquam veniant in hoc casu n. 2.
- 3 Quarta an debeatur Episcopo de legato factio Ecclesiæ exemptæ, & vide n. 6. & amplia, ut n. 5.
- 4 Quarta quanam ratione Episcopo debeatur.
- 7 Quarta non debetur de legatis factis pro incertis, & malè ablatiis.
- 8 Quarta non detrahitur de relictis personis.
- 9 Quarta an debeatur de relictis pro ornamentis Ecclesiæ, vel pro cereis, & in quibus aliis casibus, n. 10. & 11.

1 **R**egula est, quod de legatis factis per testatorem Ecclesiis, vel locis piis, debetur quarta Episcopo, cap. *conquerente de offic. Ord. ubi glos. in ver. mortuorum, cap. requisit. cap. fin. de testam. cap. 1. & seq. 10. quest. 3. cap. de quarta de præscrip. Car. Tusc. conclus. 21. lit. Q. Megal. 1. 2. instit. confess. cap. 14. Azor. instit. Moral. par. 2. cap. 12. q. 2. Molfes. in summa tit. de ultim. vol. tract. 13. cap. 9. à num. 17. tom. 2. cujus quidem Episcopi nomine intelliguntur Archidiaconi, & reliqui omnes Prælati inferiores 2 qui habent in ea Ecclesia jurisdictionem quasi Episcopalem, ratio est, quia canonica est de lege jurisdictionis, *Innoc. in cap. 1. de stat. monach. Ubald. tract. de Canon. Episcop. cap. 1. n. 4.* Episcopo debita jure Episcopali, quod, cum hujusmodi prælati habeant in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis, & annexis, *Ubald. d. tract. cap. 4. quest. 4. princ. num. 1. vers. notandum.**

3 Ex qua ratione in facto dicebam, Episcopum nullatenus potuisse prætertere istam quartam stante, quod legatum factum erat cuidam Ecclesiæ exemptæ, prout ita in terminis communiter sentiunt *Doctores in cap. officii de testam. ubi Abb. num. 6. Bal. in l. si quis ad declinandum col. 6. vers. juxta hoc de Episc. & cler. Sylvest. in summ. ver. Canonica portio quest. 3. nu. 4. Ang. eod. verb. nu. 2. Lap. in tract. de canon. port. quest. 4. Ubal. eod. tract. cap. 4. quest. 6. Mirand. in manual. prælat. quest. 48. art. 2. tom. 2. Roman. cons. 476. num. 19. Sylvest. in sum. in ver. canonica portio, Viscon. in suis concl. verb. quarta Episcopalis.*

4 Quorum sanè opinio ratione non caret, si quidem hujusmodi canonica portio debetur Episcopalia jura habentibus, de quibus in d. cap. *conquerente*, vel ob communionem

quæ inter Episcopum, & Ecclesias sibi subiectas reperitur *d. cap. repulsi vers. secus*, vel propter onus, quod sustinet in celebrando, solemniter Ordines conferendo, quæ tam ad forum contentiosum, quam pœnitentiale spectant, *Ubal. d. quæst. 6. n. 5.* quæ rationes nullatenus vigent respectu loci exempti, quia cum immediatè Pontifici subjiciatur, non oportet, ut solvatur aliquid Episcopo in signum superioritatis, quam non habet respectu illius loci, deinde nulla inter utrumque reperitur communicatio, neque ulla cura Pastoralis, aut pabulum exercetur ulterius, confert quod Episcopus neque exigit, neque percipit jura Episcopalia in locis exemptis, *cap. luminoso 18. quæst. 2. c. cum Episcopus 7. de offic. Ord. in 6. ubi gl. recepta ver. exempto*, cum solus Papa dicatur ordinarius Episcopus exemptorum *c. nulla dist. 93. juncta gl. ult. ibid. cap. auctoritate de privil. in 6.* unde eidem rationibus firmandum est, quartam hanc non deberi Episcopi subditis qui legat aliquid Ecclesiæ extra dioccesim constitutæ, cum cura illius Ecclesiæ non sit penes ipsum, ut post alios notat *Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. q. fin.*

5 Quinimo assevero hanc quartam non deberi ex legato factæ Ecclesiæ quæ tempore testamenti erat subiecta, & tempore mortis reperitur exempta; nam inspiciunt dictio, & status temporis, quo legatum cedit, non autem tempus quo fit legatum, *l. post diem ff. quan. dies leg. l. quæ leg. ff. de reg. jur. unde si Ecclesia sit exempta tempore testamenti, & subdita tempore mortis, debetur hujusmodi quarta, quia inspiciendum est tempus mortis, non autem tempus testamenti, l. si cognatus ff. de reb. dub. l. generaliter §. si homini libero est ff. de fideicom. liber. Ubal. d. cap. 4. quæst. 7. n. 3.*

6 Quamvis si Ecclesia esset exempta, & haberet Capellas, aut populum non exemptum, in tali casu non esset excusata talem solvere quartam, ut vigore *text. in cap. ex ore de priv. tutantur Innoc. & Joa. And. in cap. nostro de sepul. Lap. d. tract. §. quia n. 6. vers. secundo quæritur, Ubal. eod. tract. cap. 4. quæst. 5. & quæst. 8. cum trib. seq. nisi populus pleno jure subiectus esset Ecclesiæ exemptæ, Ubal. d. cap. 4. q. 9. n. 3.* pleno autem jure dicuntur Ecclesiæ ad aliquam pertinere, quando utroque jure, id est in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, *c. quoniam 21. de priv. ubi gl. & in c. cum & plantata §. & in Ecclesiis verb. pleno jure eod. tit. quam ibi sequuntur Anto. num. 26. Card. Dec. 12. & 16. Rebuff. concord. tit. forma mandati ver. plenum Card. Tusc. lit. P. concl. 394. num. 3. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 6. num. 12.*

7 Quibus sic suppositis affirmo, quod ex legatis factis pro incertis, & male ablatis non debetur hujusmodi quarta, prout etiam illa non debetur quando aliquid relinquatur pauperibus in genere, *gl. in cap. 2. in verb. decrevit de sepul. Bal. in l. id quod pauperibus num. 30. C. de episc. & cler. Rom. conf. 233. n. 2. Leo in Thess. for. eccl. par. 2. cap. 14. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. q. 9.* cum in tali casu videatur relictum personis, & non locis, & derelictis personis non detrahatur quarta, *cap. ex parte il terzo de verb.*

8

*signif. Mirand. in manual. prelat. d. 9. 48. art. 3. concl. 3. Ubal. de port. canon. cap. 5. n. 11.* ubi declarat id non esse verum, quoties legatum fieret pauperibus specialis, & certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu dicti loci, & sic factum loco pio, sicque tradunt *Joa. Andr. & Abb. in d. cap. 2. de sepul. qui etiam in cap. fin. de testam. idem procedere dixit quando aliquid relinquatur pro ornamentis, cereis, fabrica, Ecclesiæ luminariis, anniversariis, vel pro faciendis Choro, pictura, calice, & similibus ad perpetuum divinum cultum legari solitis, quod pariter ultra citatos approbant *Valasc. dec. 105. n. 13. & Covar. d. c. fin. qui n. 7.* ampliatur, procedere etiam si relinquatur pro operibus piis in genere, & executores distribuerint legatum in fabricam luminaria, & alia Ecclesiæ ornamenta; cum executoris distributio videtur facta à testatore ipso, *l. unum ex familia §. 1. ubi DD. præcipiunt Dyn. & Bar. ff. de leg. 1.**

Sicque pariter esset, quando aliquid legatur ut omni anno fiat solemnitas alicujus Sancti, vel quid in aliqua Ecclesia constituatur, præbenda, Pulpitum, vel Altare, vel quando quis in vita donat Ecclesiæ, ita *Azor. d. cap. 12. q. 7. cas. 7. & Mirand. d. c. q. 48. art. 3. conclus. 1.* quos in hac materia latius videre poteris, quibus jungo *Quarant. in summ. Bullar. verb. quarta Episcopalis, & illusterrimum D. Ricc. in 3. tom. prax. forens. eccl.*

## PRIVILEGIUM XLVI.

## ARGUMENTUM.

Confessio facta pro malè ablatis etiam parte absente habet vim debiti confessati, ita quod prodest absenti, & probat debitum.

## SUMMARIUM.

- 1 Confessio facta absente parte non probat, etiam si esset facta in judicio, n. 2. sed quando probet plenè n. 3. & 4.
- 5 Confessio facta pro malè ablatis habet vim debiti confessati.
- 6 Confessio super extorsione usurarum non revocatur.
- 7 Confessio emanata in scriptura absente parte pro exoneratione conscientie probat, sed declarata, ut n. 8.

Regulariter confessio facta absente parte non valet, nec probat, *l. certum §. si quis absente ff. de confes. l. fin. & ibi gl. ff. de interrog. act. plenè Gabr. concl. 1. de confes. Mascard. probat. concl. 374. qui n. 7. firmiter asseverat hanc conclusionem procedere, & habere locum quamvis hujusmodi confessio fuisset facta in judicio, quoniam hoc non obstante adhuc hujusmodi confessio parte absente neque probat, atque præjudicat, ex *Alex. & alii conf. 20. n. 2. lib. 4. de quo tamen vide Duen. regul. 117. & Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 44.**

Et talis confessio facta extrajudicialiter non probat, tamen si sit facta præsentate parte, &



& per duos testes probetur, tunc inducit plenam probationem, ut latè apud *Mascar. de probat. conclus. 346. Duen. regul. 119. Vivius in sylva commun. opin. concl. 646. Surd. decis. 12.* ut alios antiquiores rejiciam, ubi hanc sanè regulam procedere ait etiam si unus testis deponeret de vera promissione, & alter de confessione facta præsentem parte quia cum sint duæ semiplenæ probationes junguntur ad invicem, ut consuluit *Alex. cons. 76. vol. 6.* quem sequuntur *Rip. in l. admonendi n. 205. ff. de jur. jur. Gab. concl. 1. num. 7. de prob. Craver. cons. 267. post num. 5. Ursill. ad Afflic. decis. 12.* testesque deponentes de hujusmodi confessione præsumi testes, *Aret. cons. 36.* de quo meminit *Mangrell. ad Bar. in l. ob carmen. ff. de testam. & licèt sint singulares, debent jungi ut latè deducit, Alex. cons. 52. num. 4. Dec. cons. 650. num. 10. Magon. decis. Lucens. 46. num. 13. Farin. de test. q. 64. nu. 131. & 134. cum seq. Gratian. discept. forens. cap. 144.*

4 Quamvis confessionem extrajudicialem factam absente parte probatam, tamen per duos testes testes de loco, & tempore semiplene; non facere probationem doceant, *Afflic. decis. 364. n. 5. Foller. in sua prax. crim. in verb. & si confitebuntur il secundo n. 2. Rot. Lucens. decis. 92. Illustrissimus D. Ricc. dec. Cur. Archiep. 35. part. 1. & junctam cum uno teste de veritate negotii posse jungi ad plenam faciendam probationem affirmat *Afflic. decis. 12. n. 3.* qui juxta hanc sententiam in Sacro Consilio determinatum recenset, ubi *Ursill.* alios allegat concordantes, *Niger. in cap. Regni 240. post num. 11. Marant. cons. 15. & latius Menoc. de præsump. lib. 1. cap. 41.* ubi nonnullos casus distinguit.*

5 Tamen si confessio debiti esset pro incertis, & malè ablati, & sic esset facta ad exonerationem conscientie, etiam parte absente habet vim debiti confessati tamquam præsentem parte fuisse acceptatum, ita quod ad ea quæ tendunt ad exonerationem conscientie regula patitur fallentiam, *Socc. cons. 90. num. 4. lib. 2. Felyn. in cap. olim. numer. 8. de rescript. Cotta in suis memorab. in verb. confessio, vers. imò plus in ultimis. Marsil. sing. 202. vers. est alius, Mascar. de probat. concl. 360. numer. 25. & seq. Rot. divers. decis. 685. numer. 7. part. 1. latè Carroc. decij. 90. & Genuens. in pract. eccles. q. 169. Gabr. concl. 1. de confess. numer. 67.* alios refert, & sequitur *Mancin. in tract. de confess. extrajud. cap. 2. numer. 42.* qui pariter ait, ad comprobationem conferre ea quæ notaverit in suo tract. de juram. part.

6 4. effect. 411. numer. 3. ubi firmavit, confessionem super extortione usurarum, & sic pro malè ablati factam in testamento, non posse revocari, ex *Durant. in tr. de ult. volunt. caut. 6. in tit. de leg. num. 6.* ad quod faciunt notata per *Marant. in sua pract. in 5. actu jud. in 6. p. pr. nu. 16.* volentem quod confessio facta in ultima voluntate super extortionem usurarum ad conscientie exonerationem faciat plenam probationem, ex *Bald. Corneo, & aliis, quos ibi cumulat concordantes.*

7 Et confessionem emanatam in scriptura pro exoneratione conscientie plenam probationem facere pro absente voluerunt *Afflic. de-*

*cis. 164. num. 5. Viv. decis. 486. num. 3. Franc. Marc. decis. 460. num. 2. tom. 1. Peira de fideicommiss. q. 13. num. 293. & alii, quos congerit modernus Gaius in suo tract. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 269. declarans num. 271. hoc esse, quando confitens expresserit velle restituere pro exoneratione conscientie, ut puta centum Antonio pro usuris extortis, aut deposito, vel simile; sicque ait exemplificare *Marant. in sua pract. part. 6. act. 5. num. 17.* quem sequitur *Mascar. de probat. concl. 347. num. 100.* illa ratione, quia qualitas exonerationis conscientie requiritur ad actum confessionis extrajudicialis, ut ex ea plenè operetur pro tertio absente, & qualitas requisita ad actum specificè erit probanda, allegat *Bart. in l. 1. §. quod autem ait ff. ne in flumine publico, & Mascar. de prob. concl. 468. numer. 25.* multaque alia cumulat ad regulam concernentia pro ipsius explicatione quæ penes ipsum videri possunt.*

P R I V I L E G I U M X L V I I .

A R G U M E N T U M .

Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam favore legatorum pro incertis, & malè ablati commodè fit.

S U M M A R I U M .

- 1 Citatus omissus habetur pro omissio, & amplia ut n. 2. & limita ut n. 8.
- 3 Tacitum circa naturalia contractus pro expresso habetur.
- 4 Extensio de uno casu, & de una persona ad aliam prohibetur, licet id limitetur favore legatorum pro incertis, & malè ablati, nu. 5. & idem est in pia causa num. 6.
- 7 Extensio admittitur non obstantibus quibuscunque verbis, ubi constat de mente testatoris.

Regula est, ut casus omissus habeatur pro omissio, l. commodissimè ff. de lib. & posthum. cap. inter corporalia de translat. Episcop. cap. dilectus de offic. Ordin. cap. is qui de sentent. excomm. cum adductis per *Card. Tuf. concl. 116. lit. O. tom. 1.*

Quæ sanè conclusio habet locum in lege, statuto, & consuetudine, *Tiraquell. de jure primogenitur. q. 40. n. 194.* nec non in contractibus l. 1. & l. quidquid adstringenda ff. de verbor. oblig. *Molin. de rit. nupt. q. 24. num. 277. lib. 3. Surd. decis. 195. num. 11. Rendin. in prompiuar. recept. sentent. tit. 100. n. 17. firmans num. 19.* quod tacitum circa naturalia, vel accidentalia contractus pro expresso habetur, quando tacitè agitur ab utraque parte, ut in l. cum quid ff. si cert. pet. si verò ab una tantum parte pro expresso non habetur, ut in l. si repetendo C. de condit. ob caus. quod pariter affirmavit *itt. 24. num. 2.*

Item extensio de uno casu ad alium, & de

de una persona ad alteram prohibetur, ut fundant *Gabr. conf. 111. nu. 13. lib. 1. Surd. conf. 344. nu. 2. & conf. 448. num. 33. lib. 3. Cabed. dec. Rot. Lusitan. 140. num. 2. part. 1.* ubi probat in privilegiis extensionem de persona ad personam non dari, etiam ubi non versatur in materia pænali, & correctoria, *Sess. decis. Rot. Aragon. 43. numer. 54.*

5 Tamen favore legatorum factorum pro incertis, & malè ablati extensio de uno casu ad alium, & de una persona ad alteram bene fit ex paritate rationis, juxta notata per *Genuens. in practicab. Eccles. q. 322.*

6 Prout in pia causa quoque permittitur extensio intuitu pietatis, quamvis sit de persona ad personam, ubicumque substitutio reperitur facta simpliciter, licet secus quoties substitutio esset facta in pænam hæredis quia tunc non est favorabilis, sed odiosa, & ideo tunc non datur extensio, *Jas. in l. si duobus §. hæres nu. 14. ff. de leg. 1. Roman. in autb. similiter num. 65. C. ad leg. Falcid. Decian. conf. 272. Grat. conf. 574. lib. 2. Card. Mant. de conjec. ultim. volunt. lib. 3. tit. 19. num. 10. & post eos Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 662. num. 3. firmans n. 18.* extensionem quoque admitti non obstantibus

7 quibuscumque verbis, quando constat de præsumpta voluntate testatoris, ex *Socc. Jun. conf. 114. num. 29. lib. 1. Cæphal. conf. 169. nu. 33. lib. 2. Card. Mant. de conjec. ultim. volunt. lib. 3. tit. 14. nu. 10. Surd. conf. 347. num. 21. & vide Mart. in suo clausular. part. 1. clausul. 187. & p. 3. claus. 88.*

8 Confert quia dum sumus in materia legatorum, quæ dependent ab ultima voluntate, casus omisus habetur pro expresso, *l. fin. C. de posthum. l. inter vestem ff. de aur. argent. legat. Valaf. decis. 45. num. 4.* cum aliis de quibus apud *Rend. in prompt. recept. sentent. d. tit. 100. n. 16. tom. 1.* ergo meritò possimus dicere in tali casu extensionem de uno casu ad alium, & de persona ad personam, fieri posse, prout ita consului in quadam facti contingentiâ ad favorem venerabilis Monasterii S. Sebastiani hujus inclitæ Civitatis Neap.

## PRIVILEGIUM XLVIII.

### ARGUMENTUM.

Pro restitutione rerum malè ablatarum hypotheca tacita inducitur super bonis illius, qui res illas abstulit, quæ hypotheca præfertur omnibus aliis privilegiatis creditoribus.

### SUMMARIUM.

- 1 Hypotheca tacita inducitur pro restitutione rerum malè ablatarum super bonis ejus, qui abstulit, & ampliâ, ut n. 2.
- 3 Hypotheca competit à die administrationis inceptæ.
- 4 Pro malè ablati versus dominus præfertur cunctis creditoribus, etiam ex causa privilegiata.

**R**egula sit, quod pro restitutione rerum malè ablatarum inducitur tacita hypotheca super bonis illius, qui res illas abstulit, ita ut talia bona possint peti à damnificato vigore ejusdem hypothecæ non solum ab hæredibus illius qui abstulit, sed à quocumque alio possessore saltem ex æquitate juris canonici, ne anima defuncti in captivitate permaneat, doloribus vexetur, & crucietur, sed quanto citius liberetur, quidquid alias de jure civili hujusmodi hypothecæ minimè competeret, *Bald. in l. 1. num. 13. C. ex delict. defunct. in quant. hered. convent. Salycet. in l. furti n. 1. & ibi similiter Bald. n. 2. C. de furt. Negusan. de pign. part. 4. memb. 2. nu. 124. Rebus. in Franc. constitut. art. 1. glos. 14. num. 28. tom. 2. juxta terminos dispositionis rex. in cap. literis de raptor. & cap. fin. ubi glos. in vers. sed ejus hæredes de sepult. & in cap. si Episcopus in verb. reddantur 16. q. 6.*

Quæ sanè regula in se est vera, & procedit indistinctè quamvis ille, qui res ipsas abstulit, non confessus fuerit, ita quod ex tali confessione posset colligi fuisse voluntatem ipsius de restituendo malè ablata, juxta theoreticam, *Bal. loc. cit.* quam tutatur *Abb. in memorato cap. fin. de sepult.*

Et licet circa hanc ampliationem totum oppositum censuerit *Masarel.* relatus per *Bal.* ubi supra: Ego tamen à proposita ampliatione discedere non audeo; tum quia ut communi calculo recepta; tum etiam quia favet nimis conscientiæ, & animæ defuncti, cui semper, & ubique succurrendum est.

Nec non advertere debes, hujusmodi tacitam hypothecam currere à die administrationis acceptæ, non autem à die damni illati, sed malæ gestionis, & tempore quo ablata res fuit, si fortè simus in casu (alicujus Administratoris rerum alienarum) *glos. in cap. ex literis in ver. obligata, ubi etiam Abb. num. 11. de pignor. Socc. Sen. conf. 62. lib. 1. Card. Mant. alios concordantes cumulans de tacit. & ambig. conven. lib. 11. tit. 16. num. 18. Gutt. de titul. cap. 16. n. 31. p. 2. plenè Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 601. n. 3. & ita communiter aperta vocè clamant DD. nam statim, atque competit hypotheca illa semper incipit à die cæpti officii, *Lupus in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 66. num. 21. Escobar. de ratiocin. cap. 39. n. 13.* ubi quod existente hypotheca, illa semper retrahitur ad diem cæpti officii, non ad diem malæ gestionis, sive simus in pupillo, sive Ecclesia, sive in quibuscumque aliis ad quorum favorem datur hypotheca, *Salyc. & Bal. in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. qua lib. ubi reliqui Scribentes. Surd. de aliment. tit. 8. priv. 49. n. 17. & 18.**

Et hujusmodi tacita hypotheca non tantum est inducta pro malè ablati simpliciter, verum etiam cum privilegio, nam per jura id fuit statutum ad effectum liberandi animam illius qui res abstulit, quæ anima cunctis rebus tamquam dignior præferri debet, & cum ista sola ratio liberationis animarum in hujusmodi casu consideretur, habetur pro expressa in quacumque dispositione, sive hominis sive legis, *Mant. de conjec. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 10. Surd. conf. 240. n. 14. lib. 2. Cravett. de antiq. temp. par. 4. in princ. n. 33. post Bald. in l. quamvis*

## de malè Ablat. Privileg. 387

*vis C. de fideicom. Alex. cons. 10. num. 10. lib. 4. Cros. cons. 18. num. 2. & Becc. cons. 62. n. 10.*

4 In tantum, quod pro malè ablati præferatur verus Dominus singulis creditoribus etiam ex causa privilegiata, puta dotis, quamvis enim simus in tacita hypotheca, tamen ex juris dispositione, & ratione, in eo contenta ejusdem effectus est, ac si esset expressa juxta deducta per *Alex. consil. 58. num. 15. cum seq. lib. 7.* ubi in terminis terminantibus loquitur de muliere, quæ in hoc casu non poterit se jovare ex sua expressa hypotheca adversus tacitam habentem vim expressæ cum prælatione, *Roman. & ibi Addit. cons. 147. Negulant. de pignor. p. 2. memb. 4. n. 2. Card. Mant. de tac. & amb. conveni. lib. 11. tit. 11. num. 7.* quod habui in facto in causa Mariæ dello gaudio in anno 1633.

servitute reali activa, vel passiva sibi imposta, *l. Mevius §. pen. ff. de leg. 2. l. si is cui §. fin. ff. quemadm. serv. amitt. cum concord. de quibus apud Gom. var. resol. cap. 12. num. 39. in tit. de leg.*

Quare merito in simili videmus in praxi receptum usufructuarium teneri ad singula onera collectarum, censuum, similibum onerum, siquidem dum possidet fructusque percipit, consentaneum videtur, ut talia solvat onera *jux. Bart. theoreticam in l. quero ff. de usufr. quam sequuntur; & probant Cravet. cons. 217. num. 5. & 6. Crass. in §. legatum q. 37. Molin. de prim. Hisp. lib. 1. cap. 27. num. 8. Garcia de expens. num. 45. & seq. Valasc. de jur. emph. q. 17. Calvalc. de usufr. num. 160. cum sequent. & modernè Castil. in ejusdem nominis tracta cap. 57. num. 14. & seq. alios id affirmantes congerens.*

His licet veris existentibus, prout verissima esse fateor; tamen totum contrarium resolvendum est, ubicumque sumus in casu legati pro incertis, & malè ablati, quia in tali casu sumenda est conjectura, ut potius testator voluerit rem liberam legare, ita ut onus census super ea imposita ad hæredem pertineat, qui tunc tenebitur illam liberam tradere, ut in simili affirmant passim *DD.* in legato facto de re alteri obligata, quam & si hæres non sit obligatus luere, tamen totum contrarium est, quoties testatori notum fuit rem illam esse obligatam aut quando illam rem legavit conjunctæ personæ, aut causæ piæ, in quibus casibus testator, si ve sciverit, si ve ignoraverit illam rem esse obligatam, præsumitur, quod liberam reliquisset, ita quod ad hæredem spectet illam luere, tamquam luendi onus censeatur ex præsumpta testatoris mente verisimiliter hæredi impositum vigore dictæ causæ conjunctionis, & animæ, ita inquam docuerunt communi applausu *gloj. Bar. & reliqui Civilistæ in l. si res obligata ff. de leg. 1. Bal. in l. prædia num. 3. C. de fideicom. Imol. & Anch. in cap. filius de test. ubi similiter Covar. post eos num. 4. idem affirmat Paris. cons. 57. num. 25. lib. 3. Menoch. cons. 89. num. 124. & seq. Bell. cons. 9. n. 18. Capr. concl. 107. num. 11. & seq. Cardin. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 4.*

Quam sectando opinionem, non juvari dicere, quod adducta hic pro confirmatione hujus privilegii habeant tantum locum de juris civilis rigore, non autem de æquitate canonica, secundum quam legatum factum conjunctæ personæ, seu piæ causæ de re aliena, vel alteri obligata, non valet, & consequenter hæres non tenebitur eam luere, sic vigente juris canonici æquitate, prout ita fuit de mente *Felyn. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 52. de constit. & Mayner. in l. capienda occasio ff. de regul. jur. cum adductis à Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 4. ubi multa pro, & contra cumulat.*

Siquidem respondetur hanc *Doctorem* sententiam communiter esse reprobamam à *Scribentibus*, qui totum contrarium fundarunt verius tam de jure civili, quam canonico, ut est videre in *cap. filius noster de testam. sicque probant Corn. cons. 32. lib. 1. Magdal. de num. test. in testam. requis. cap. 4. n. 35. & seq. par. 2. Crass. in §. lega-*

### P R I V I L E G I U M X L I X .

#### A R G U M E N T U M .

Res censui subjecta legata pro incertis, & malè ablati eorum favore absque onere relicta censetur.

#### S U M M A R I U M .

- 1 Legata aliqua re intelligitur legatum solum quod in ea habebat testator.
- 2 Census in legata solvitur per legatarium, & vide num. 4. & declara ut num. 6.
- 3 Onera realia, vel mista transeunt ad legatarium.
- 5 Usufructuarius tenetur ad collectas.
- 7 Legatum de re aliena factum conjunctæ persone an valeat.
- 8 Lex injusta legis nomen non obtinet.

1 **R**egula est, ut re legata intelligitur tantum legatum illud, quod in ea testator habebat, ad *tex. in l. servi electione §. fin. de leg. 1. l. uxor patris C. de legat. Socc. Jun. cons. 74. n. 19. lib. 1. Capr. concl. 106. Gomez var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 15. in tit. de legat. Sord. decis. 11. num. 10. latius Marescot. var. resol. lib. 2. c. 104.*

2 Unde inferitur, quod si testator leget fundum, in quo adest onus censuale, tale onus est solvendum per hæredes pro censibus præteritis ante testatoris mortem, & pro censibus decurrendis debetur à legatario *l. apud Julianum §. hæres & ibi gl. ff. de leg. 1. l. qui concubinam §. qui hortus in fin. ff. de leg. 3. & in terminis habetur in præct. Papien. in forma libelli pro legat. rei singul. num. 17.*

3 De quo quidem quippè mirandum non est, si quidem onera realia, aut mista de sui natura transeunt cum re legata, & labuntur in personis ipsas res obnoxias possidentes, ad *tex. in l. fin. ubi Bald. cum Salyc. C. sine cens. vel reliq. Rim. Jun. cons. 29. num. 7. lib. 3. Burs. cons. 5. num. 12. lib. 1. Rol. cons. 32. num. 3. & seq. lib. 1. plenè Castill. de usufr. cap. 56. num. 15.*

4 In tantum, quod rationabiliter quando testator legat aliquod simpliciter, semper videtur illud relinquere cum suo onere, &

um q. 14. numer. 23. plenè Gratian. de utrim. fin. juris illat. 12. num. 197. cum seq. Card. Mantie. de confess. ultim. volunt. lib. 9. tit. 9. num. 7. Spin. de testam. glos. 8. num. 43. & seq. Costa de juris, & facti ignor. dist. 66. num. 3. cen. 1. & alii passim quos dinumerare esset potius laboriosum, quam necessarium.

Et ne Doctorum relatione solum contentus esse videar, addo rationem, quod si admitteretur hujusmodi distinctio inter ista jura civilia, scilicet, & canonica utique sequeretur legem civilem esse injustam, unde si esset talis, nec legis nomen haberet, neque in mundo reciperetur ad tex. cap. erit autem lex. 4. distin. cap. fin. de prescript. l. convenire ff. de pact. dotal. sed hoc est absurdum, cum hujusmodi lex civilis non solum sit justa, sed justissima; nam testatoris voluntas executioni demandatur, dum ex suis bonis solvitur rei alienæ extimatio piæ causæ relicta, neque ullum patitur incommodum dominus nolens illam alienare, quare nemini convenit, neque licet sanctissimas leges in publicam, & universalem utilitatem promulgatas, & conditas tollere, cum tam in foro civili, quam canonico ad unguem sint omnino servandæ, juxta illarum seriem, & tenorem.

car. concl. 1327. numer. 4. Gratian. discept. forens. cap. 142. num. 9. & 10. Cardos. in prax. judic. & advocat. verb. confessio judicialis num. 36. Farinac. in prax. crimin. q. 21. num. 31. Pereira de potest. eligen. cap. 7. num. 23. Item habet vim publicæ scripturæ, l. cum te C. de transact. Paris. conf. 99. nu. 12. lib. 3. Rolan. conf. 6. num. 28. Mascac. concl. 1326. num. 4. Parisius de resignat. benesic. lib. 11. q. 14. numer. 73. cum preced. Valasc. de jure emph. q. 7. num. 27. Gam. decis. 43. num. 1. & confessio partis est fortior eâ, quæ fit per testes, vel instrumenta, Roland. conf. 71. num. 41. & conf. 75. nu. 24. volum. 2. Mascac. de prob. in prax. q. 7. num. 3. & vim conventionis habet, l. tale pactum ff. de pact.

Bene verum advertas firmatam conclusionem procedere ubicumque confessio emanata per partem esset clara, & non ambigua, quoniam confessio debet esse clara, & liquida, ne consentienti noceat, damnumque asserat, Roman. conf. 321. num. 4. Gravetta conf. 157. num. 9. Gratian. decis. Rotæ Marchie 43. n. 6. ubi post alios allegatos firmat hujusmodi confessio, si sit dubia in favorem consentientis, debet interpretari prout quoque sentiunt Dec. in l. contrabenda, & ibi Add. ff. de regul. jur. & plena manu ut solet Farin. in prax. crim. in titul. de reo confessio q. 81. numer. 35.

Sed hoc limita favore incertorum, & malè ablatorum, in quorum privilegium intendo confessionem dubiam, & ambiguum debere interpretari pro eis, & contra consententem.

Prout quoque in simili verba dubia potius in sensum catholicum, quam hæreticum interpretanda esse, affirmant Trivis. dec. Rot. Venet. 54. par. 1. Illustrissimus Episcopus D. Riccius in sua prax. fori ecclesiastici resol. 569. part. 3.

PRIVILEGIUM L.

ARGUMENTUM.

Confessio dubia in favorem incertorum, & malè ablatorum interpretari debet.

SUMMARIUM.

- 1 Confessio dicitur probatio omnibus melior, & facit majorem probationem publico instrumento, n. 2. sed declara, ut num. 6.
- 3 Confessio facit rem notoriam, & habet vim publicæ scripturæ, n. 4.
- 5 Confessio patris dicitur melior, quam illa que fit per testes.
- 7 Confessio dubia in favorem consentientis interpretatur, sed limita, ut num. 8.
- 9 Verba dubia in sensum catholicum sumenda sunt.

1 **Q**uamvis confessio sit probatio omnibus melior, l. cum te C. de probat. l. cum à matre C. de rei vendic. l. generaliter C. de non nu. pecun. cap. per tuas de probat. Surd. dec. 10. num. 12. Gama decis. Lusit. 265. n. 2. Card. Tusc. concl. 645. lit. C. maximè si sit facta in instrumento, Monach. decis. Bonon. 21. numer. 8. & decis. 55. numer. 26.

2 & majorem probationem, quam publicum instrumentum, Scacc. de appell. q. 17. lim. 9. nu. 20. & plenè probat in his quæ pendent à voluntate consentientis, Surd. de aliment. tit. 8. privil. 50. num. 11. & confessio partis omne illud genus probationis superat, & semper admittitur, etiam ubi aliæ probationes non admitterentur, ut per Marant. de ord. jud. part. 6. art. 6. num. 25. Surd. conf. 60. num. 1. & conf. 143. num. 37. Monach. Florent. decis. 1. num. 59. & facit rem notoriam, Mas-

PRIVILEGIUM LI.

ARGUMENTUM.

Legatum factum pro salute animæ, censetur factum pro malè ablatiis, & restitutione facienda.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum pro salute animæ factum, censetur pro malè ablatiis, sed vide num. 2. & tene, ut n. 3.
- 4 Apices juris repelluntur pro salute animæ, leges subditorum animabus consulenti sunt favorabiles n. 5.
- 6 Argumentum de anima ad corpus non valet.

**R**egulam firmo, quod ubi testator aliam quam pecuniæ quantitatem leget pro anima, id censetur egisse pro malè ablatiis, & restitutione facienda, non autem ex liberalitate pro remissione peccatorum; ita Gemens. in suis practicabil. Eccles. q. 438. ubi licet referat contrarium tenentem Calder. conf. 33. de testam. qui fuit in opinione legatum censeri relictum pro peccatorum remissione, & non

non pro malè ablati, & restitutione facienda, & hanc conjecturam favore liberorum, esse sumendam, prout quoque tutatur *Card. Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. num. 34.* Tu tamen à firmata regula non recedas, cum in dubio videatur potius indicare legatum pro restitutione, ut tutior via favore animæ eligatur, *l. sancimus C. de sacros. Eccles.* ubi probatur animam cæteris rebus anteponendam esse, prout quoque resolvunt *Mascar. de prob. concl. 1171. n. 5. Menoch. de præsump. lib. 4. q. 112. num. 4. Surd. dec. 196. n. 12. Gutier. in l. nemo potest numer. 486. ff. de leg. 1. Card. Tusc. concl. 333. lit. A.* & ubi agitur de salute animæ non debent attendi apices juris, *Tiraquell. de pia causa priv. 164. Caval. comm. contra comm. q. 71.* tutiorque pars est sectanda, cap. consilium de observ. jejun. *Navar. in manual. prælud. 1. numer. 1. & 4. Riminal. conf. 358. numer. 260.* unde leges pænales subditorum animabus consulentes favorabiles censeferi debere, & esse extendendas annunt *Covar. de spons. par. 2. c. 6. numer. 12. Azaved. in l. 2. par. 4. t. 1. lib. 5. novæ repil. Perez in l. 1. t. 1. lib. 5. ordin. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 39. numer. 5.* quoniam anima dicitur pretiosior corpore, ex auctoritate Christi apud *Matth. cap. 5. & Luc. cap. 12. & tex. in cap. sedulo 38. dist. cap. præcipimus 12. quæst. 1. cap. cum infinitas in fin. de penitenti. & remiss. Cardos. in prax. Judic. & advoc. in verb. anima numer. 1. & dicit Philosophus lib. 1. de anim. cap. fin. corpus animi causa constitutum esse, unde argumentum de anima ad corpus non esse validum, fatetur, *Grat. discept. forens. quæst. 200. num. 22.* licet è contra de corpore ad animam valere argumentum asserat.*

tore mandante restitui Ecclesiæ pro exoneratione conscientie, an si fuerit præscriptum possit hæres opponere præscriptionem, & articulum resolvit per hæc verba:

Quæstio est notabilis; testator mandavit pro 2. exoneratione conscientie aliquam rem debitam restitui Ecclesiæ, vel Altari, an hæres possit excipere de præscriptione, & non restituere *Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 10. tit. 1. numer. 8.* ea illa regula, quod in legatis semper facienda est interpretatio, ne reddatur legatum inutile & elusorium; juxta *l. si quando ff. de legat. 1. l. Necius ff. de leg. 2.* cum aliis infert quod si testator 3. jusserit satisfieri omnibus creditoribus, si alia debita non sint nisi præscripta illa solvenda sunt ne alioquin legatum reddatur inutile. *argum. l. quibus diebus §. dominus ff. de cond. & demonstr. alleget Crav. conf. 604. numer. 4. Bart. in l. legavi ff. de liberat. leg. tenet contrarium, quod si testator mandat satisfieri omnibus creditoribus, qui ab eo aliquid recipere debeant, videtur intellexisse de creditoribus quibus erat obligatus civiliter, & naturaliter sine exceptionis obstaculo, ut in l. si is cui §. fin. ff. de solut. & respondet ad tex. in d. §. dominus, ubi debitum naturaliter tantum debetur, quod ibi de necessitate debeat intelligi de naturali tantum ex qualitate personæ legatarii, *Bal. distinguit in l. id quod pauperibus quæst. 10. C. de Episc. & cler. quod debitum naturaliter debeatur quando obligatio naturaliter habet effectus suos, secus est quando est penitus inefficax qualis est illa post præscriptionem, ad not. per Bart. in l. fin. ff. rem ratam habere, quod maximè videtur procedere de jure Canonico, quo jure obligatio naturalis ex nudo tantum pacto parit actionem, c. 1. de pact. & suo loco dicemus, *Bero. in conf. 15. vol. 3. numer. 28. 51. & 62.* post nonnullam concludit, quod si testator ignorabat præscriptionem, potest hæres illam apponere, alias non, ad not. per *Alex. in l. si sic §. 1. ff. de legat. 1.* ubi inquit, quod quamvis legatum valeat si testator dicit, *Lego Titio decem quæ illi debeo, cum in veritate non deberentur, hoc est intelligendum, quando sciebat se illa teneri, nam tunc falsa demonstratio vitiat legatum. Quid dicendum verior est opinio, quod restitutio fieri debeatur quando fuit relicta pro exoneratione conscientie, siquidem illa verba pro exoneratione conscientie potuerunt respicere non solum debitum, sed ipsam præscriptionem, ut quia testator à principio potuit habere malam fidem, vel durante tempore præscriptionis, & cum simus in dubio, & habeamus confessionem testatoris asserentis suam conscientiam esse gravatam, dum facit mentionem exonerationis, interpretatio facienda est favore animæ, & fieri restitutio, ex regul. l. sunt persone ff. de relig. & sumpt. fun. & testator dum asseruit conscientiam esse gravatam negat debitum fuisse præscriptum, *arg. c. nonne de præscript. & quilibet præsumitur scire leges, l. quod te ff. si cert. per.****

PRIVILEGIUM LII.

ARGUMENTUM.

Testatore mandante restitui debitum ex certis, & malè ablati pro exoneratione conscientie si fuerit præscriptum non potest hæres opponere præscriptionem.

SUMMARIUM.

- 1 Testator si mandat debitum restitui pro exoneratione conscientie, an hæres opponat præscriptionem rei debita.
- 2 Legati favore ea facienda est interpretatio, ne reddatur legatum inutile.
- 3 Testator si mandat satisfieri creditoribus intelliguntur, si erit illis obligatus civiliter, & naturaliter.

1 **R**egulam firmo, quod in casibus in quibus testator mandat pro exoneratione conscientie aliquam rem debitam pro incertis, & malè ablati pio loco restitui, hæres nullatenus debet, nec potest excipere, & opponere præscriptionem, & hac de causa negare restitutionem, sed restitutio omnino est facienda, prout ita percipit ex *Genuens. in suis practicab. Eccl. quæst. 168.* ubi tractat de testat. *Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

PRIVILEGIUM LIII.

ARGUMENTUM.

Falcidia non detrahitur de legatis factis pro incertis, & malè ablatis ad conscientia exonerationem.

SUMMARIUM.

- I Falcidia detrahitur à quocumque legato, & amplia, ut nu. 2. Sed limita, ut nu. 3. in legato facto pro incertis, & malè ablatis.
- I Regula est, quod falcidia detrahitur à quocumque legato, quam plus est relictum quam in hæreditate sit, vel tantum, quod hæredi non remaneat portio à jure determinata, ut ff. & C. ad leg. falcid. & pariter hæredis, cui licet crescentias ex hæreditate sibi retinere, Guid. Pap. decis. 515. nu. 2. consideraturque favor legatariorum, qui nisi adiretur hæreditas, utique legata consequi nequirent, §. quantitas instit. de leg. falcid. Crass. de success. in §. falcidia quæst. 1. nu. 1. Surd. de alimen. tit. 8. privil. 18. ubi tractat, si hujusmodi falcidia detrahatur de legato pro alimentis facto, in tantum quod talis quarta detrahitur ab omnibus legatis, & fideicommissis particularibus, ut constat ex Crass. loco ante citato quæst. 3. ubi id ampliat procedere tam ab intestato, quam ex testamento, & vide Fran. decis. 293. & 612. & ad materiam Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 1. tit. 13. lib. 7. tit. 2. & 11. & lib. 9. t. 13. & Cost. de portion. rat. quæst. 160.
- 3 Favore tamen incertorum, & malè ablatorum ego dico, quod hujusmodi falcidia minimè detrahitur de legatis factis pro illis ad exonerationem conscientia, arg. tex. in auth. similiter C. ad leg. falcid. ad cuius ordinatum videndus Genuens. in suis practicabil. eccl. qu. 401. ubi tractat de falcidia, quæ cum detrahitur de legato facto Ecclesie, an detrahatur tota de legato defalcabili facto alteri etiam pro parte Ecclesie, à qua non detrahitur & alia, & vide eundem quæst. 426. ubi tractat, si falcidia possit detrahi ab Ecclesia hærede instituta de legato facto alteri Ecclesie, Moneta in tract. de commut. ultim. volunt. cap. 9. quæst. 3. num. 334. qui plura cumulat in hac materia, quæ per te videre poteris.

PRIVILEGIUM LIV.

ARGUMENTUM.

Statutum, Ne Mater testetur de bonis stabilibus non urget quotiescunque testaretur pro solutione incertorum, & malè ablatorum.

SUMMARIUM.

- I Mater ad pias causas de bonis stabilibus testari prohibetur stante statuto, quod de illis testari nequeat, sed limita, ut num. 2. & declara, ut nu. 3.
- 4 Modus non habetur in consideratione ubi habetur intentus.

Regula est, ut existente statuto quod mater nequeat testari de bonis stabilibus in præjudicium filiorum, neque ad pias causas testari valeat, ut apud Abbat. conf. 63. n. 4. Alex. conf. 14. nu. 7. vol. 1. Socc. conf. 53. num. 17. Dec. in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 75. de constitut. Caball. conf. 64. nu. 4. Peregrin. decis. Rot. Patavin. 109. n. 12. Card. Tusc. concl. 104. nu. 33. lit. T.

Tamen aliud est dicendum, ubicunque testaretur pro restitutione incertorum, & malè ablatorum, ut percipitur ex Giurba in consuetud. Messan. cap. 6. glos. 9. par. 1. num. 11. ea ratione, nam licet filiorum favor quidem potior sit causa Religionis, tamen secus est, ubi agitur de legatis in piam causam relictis pro exoneratione conscientia, & incertorum, & malè ablatorum restitutione, Men. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 139. & alias dictum fuit in hoc opusculo.

Declara autem hoc privilegium esse verum, & procedere quotiescunque mater non haberet mobilia sufficientia, nam si haberet legatum factum ab ipsa pro malè ablatis, esset solvendum de ipsis, ita quod in subsidium possent exequi stabilia legata pro tali effectu, sufficit enim prodesse animæ testatricis circa malè ablatorum restitutionem, juxta illud habemus intentum, & non curemus de modo, & ita dicebatur in facti contingentia.

PRIVILEGIUM LV.

ARGUMENTUM.

Legatum pro exoneratione conscientia ex causa incertorum & malè ablatorum factum in primo testamento non revocatur per secundum testamentum, in quo nulla fit mentio exonerationis conscientia.

SUMMARIUM.

- 1 Primum testamentum revocatur per secundum & amplia, ut nu. 2. 4. 6. & 8. declara, ut nu. 9.
- 3 Voluntas hominum est deambulatoria usque ad mortem.
- 5 Princeps absque solemnitatibus institui non potest.
- 7 Testamentum juratum revocatur à secundo, & si pena similiter adjecta esset.
- 10 Testamentum inter liberos quando censetur revocatum per secundum.
- 11 Argumentum de filiis ad piam causam valet.
- 12 Testamentum primum non revocatur nisi secundum sit validum, etiam si testator asserat

asserat coram testibus nolle illud valere, revocatur si testator utatur verbis ( cassavit, & annullavit ) nisi dicat, quod vult decedere intestatus num. 13. etiam si secundum testamentum fiat, num. 14.

15 Testator dicens, quod vult decedere intestatus tacite, videtur instituere legitimos heredes, uti venientes ab intestato.

fuit decisum in Tribunali Illustriss. Nuncii inter Monasterium Monialium S. Sebastiani, & Monasterium S. Francisci de Paula.

His, & aliis veris existentibus, tamen ubi-<sup>9</sup> cumque testamentum, in quo aliquid relinquitur pro exoneratione conscientiae, revocatur per secundum, & in eo nulla fit mentio exonerationis conscientiae, dicendum est non revocari dictum legatum, juxta *Angels* theoricam de qua in *l. cum quis dicens §. codicillis ff. deleg. 3.* quam sequuntur *Barbat. in l. cum acutissimi C. de fideicom. Costa in suis memorabil. jur. in verb. absentis potest acquiri, Balin l. generaliter qu. 10. C. de non numre. pec.*

Et licet apud *Genuens. in suis practicab. eccles. quest. 484.* contrarium tenentes repellantur. Ego tamen à firmata opinione ad animarum salutem recedere non audeo, & ideo juxta illam consului in testamento facto à *Ruggiero Salinca* Calabro in anno 1625, de mense Febuario, facienda est enim praesumptio quod testator oblitus potius, quam sedulo, & scienter in secundo testamento non fecerit praefatam mentionem.

Et confert pro corroboratione, nam vide-<sup>10</sup> mus, quod à posteriori non dicitur revocatum primum testamentum inter liberos nisi de expressa ipsius revocatione fieret specialis mentio, *auth. hoc inter liberos, ubi Nat. in repet. numer. 21. C. de testam. Vivi. decis. 292. Praes. de Franc. dec. 204. num. 33. & decis. 399. Caval. dec. 27. num. 66. par. 1. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 4. numer. 6. Molin. de primogen. cap. 3. num. 30. lib. 4. Pacian. conf. 66. D. Ricc. in collect. decis. collect. 230. vide Reg. Rovis. decis. 56.*

Igitur dispositum favore filiorum potest<sup>11</sup> quoque extendi favore hujusmodi legatorum pro incertis, & malè ablati factorum; cum valeat argumentum de filiis ad piam causam.

Quando autem testamentum primum dica-<sup>12</sup> tur revocatum per secundum; Ego in facti contingentia, & proprie in causa *Joa. Laurentii Seluaggi* dicebam Doctores communi voce clamare, primum testamentum dici per secundum revocatum, ubicumque secundum est validum, at secus si nullum, puta, quia egeret haeredis institutione, nam in tali casu non censeretur revocatum primum, quamvis asserat testator coram septem testibus nolle illud valere prout in supra posito casu, siquidem, ut revocatio habeat locum, est de essentia, quod à secundo haereditas adiri posset, ad text. in *§. pen. infl. quib. mod. testam. infirm. l. sancimus C. de testam. Paris. qui de communi fidem facit consil. 46. num. 29. lib. 3. Dilect. de arte testandi caut. 3. in tit. de testam. Clarus in §. Testamentum quest. 91. Marefcot. plures ad id cumulans var. resol. lib. 1. cap. 48. ubi pariter communiorem hanc appellat opinionem, addens illam veram esse, etiam si testator usus fuisset verbis ( annullavit, & cassavit ) nisi tamen ultra ista verba,<sup>13</sup> addiderit praeterea quoque alia verba scilicet ( quia volo decedere intestatus ) nam tali in casu dicit ipse revocationem tenere, ex *Socci. Jun. & Corn.* quos ad id citat firmans id esse verum licet testamentum secundum non<sup>14</sup> fiat, nam & si discordent *DD.* an sufficiat simplex revocatio testamenti absque eo quod aliud fiat, ut constat apud *Card. Mant. de conject. ultim. vol. lib. 1. tit. 15. num. 19.* Tamen*

1 **R**egula est, quod primum testamentum à secundo revocatur, cum illud posterius praevaleat, *§. posteriori inst. quib. mod. testam. & c. l. filius qui in potestate ff. de lib. & posthum l. 2. de inst. & rupt. testam. Clar. in §. Testamentum q. 76. Crass. in eodem §. q. 84. de success. Guid. Pap. dec. 127. & 20. Card. Tusc. concl. 152. lit. T. quamvis mille sint praecedentia testamenta, Mascard. de prob. concl. 1282. num. 40. Sfort. Odd. conf. 89. num. 37. & seq. cum nullis verborum formulis testandi facultas impediri valeat, ut inquit *Menoch. conf. 193.* nam liberum cuique tribuitur arbitrium de rebus disponendi,*

2 *§. disponat. auth. de nupt. & ambulatoria est hominum voluntas usque ad extremum vitae spiritum l. cum hic status §. penitentiam ff. de donat. inter vir. & uxor. cap. ultima voluntas 13. qua. 2.*

3 Quae sanè regula adest, procedit, & est vera, ut habeat locum quamvis primum testamentum fuerit partium consensu confirmatum, *Peregr. de fideicom. art. 51. n. 42. & etiam si in primo supremus Princeps omnium privilegatissimus esset institutus, ad tex. in l. si quis C. de testam. Caroc. dec. 85. nu. 6.*

4 qui absque solemnitatibus institui non potest, *Menoch. conf. 423. numer. 14. & post eum Gratian. discept. forens. cap. 312. numer. 3.* prout si quis testamento facto extraneos haeredes instituerit, & deinde quoque testibus

5 adhibitis se testamentum revocare declaraverit, primum revocare praesumi & haberi notarentur *Alex. in l. sancimus C. de testam. Covar. in rubr. de testam. concl. 16. par. 2. Fachin. contrav. 8. lib. 4. contrav. jur. Card. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 15. num. 18.*

6 Et licet primum testamentum juramento vallatum esset, quod dicto juramento non obstante per secundum revocetur primum asseverarunt *DD.* ut constat ex *Gabriel. concl. 1. n. 8. de jurejur. Mancin. de jurament. effect. 1. quest. 1. num. 15. part. 4. Card. Tusc. conclus. 651. lit. T. Guttier. de jurament. confirm. cap. 1. n. 2. par. 2. Ceval. in specul. pract. quest. commun. contra comm. quest. 168.* quamvis non tantum juramentum, sed pæna quoque adjecta esset, *Mascard. de prob. concl. 1282. numer. 175. Suar. recept. cent. lit. T. num. 68. & seq. Galoan. conf. 13. num. 56.*

7 Imò, quod secundum testamentum solempne & perfectum revocet primum in quo instituta est pia causa, tenet *Caroc. cit. decis. 85. num. 4. & fortius, si duo sint testamenta, ambo ad pias causas unum perfectum, & alterum imperfectum, posteriori, testamento videtur sublatum primum, quamvis perfectum ut docet *Castrens. conf. 327. vol. 1.* cujus vestigia sectati sunt *Card. Tusc. concl. 154. n. 14. lit. T. & Fachin. contrav. 5. lib. 4. late Gratian. discept. forens. cap. 605. & hoc Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.**

men communi traditione receptum est quod quando testator ulterius procedit exprimens specialiter causam, quia intendit decedere intestatus, in simili casu utique revocatio subsistit, ad tex. in l. 1. §. si hæres ff. si tab. testam. null. extab.

- 15 Assignatur ratio, si quidem videtur testator ex hoc tacite instituere legitimos hæredes ab intestato venientes, quorum aditione hæreditatis adeptio confirmatur, ad tex. in l. si quis ita hæres instituatur ff. de hæred. institut. Salyc. in l. sancimus C. de testam. Rot. Rom. in una hæreditatis Perusina 16. Martii 1605. coram Eminentissimo, & Reverendissimo Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.

PRIVILEGIUM LVI.

ARGUMENTUM.

Episcopus est Judex competens, & exequutor legatorum factorum pro restitutione illicitè acquisite, & malè ablatorum.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum factum propter malè ablata, ab Episcopo est exequendum, & quare, numer. 2.
- 3 Episcopus est diffinitor, quando inter exequutores legatorum ad pias causas esset discordia.
- 4 Episcopus est exequutor omnium piarum dispositionum, & si contrarium mandasset testator, n. 5.
- 6 Eadem potestas competit inferioribus, habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, & Capitulo sede vacante.
- 7 Monitio necessaria est ad effectum, ut data negligentia hæredis, ad Episcopum devolvatur exequendi potestas, & sufficit una à Judice personaliter facienda numer. 8.

- 1 **R**egula est, quod si testator pro restitutione illicitè acquisite, vel malè ablatorum aliquid legaverit, solus Episcopus erit Judex competens, & exequutor, juxta theoreticam Anan. & Felyn. quam reponunt in cap. cum sit de jud. & ita similiter scribunt Gemin. conf. 20. plenè Covar. de testam. c. 3. num. 8. Marta in suo tract. de jurisd. par. 2. cap. 10. n. 34. quia in concernentibus pietatem, & officium charitatis, & humanitatis in omnes Episcopus habet jurisdictionem, cap. 1. & 2. 87. distinct. cap. super quibusdam in fin. de verb. signif. Abb. in cap. cum esses de testam. num. 32. Hostiens. & Imol. in cap. 1. de empt. & vend. Aufres. de potest. Eccles. super laicos num. 3.

- 3 Quare Bal. hanc præsciens opinionem in l. si duobus num. 9. C. commun. de leg. in illam devenit sententiam, quod si inter testamenti exequutores ad pias causas distinctio aliqua oriatur, Episcopus deberet adiri, cum ille sit proprius diffinitor, in concernentibus pietatem ut supra.

Unde merito juxta hanc sententiam ref-

pondi, dum casus accidisset in diocesi Avelinensi. in anno 1625. de mense Majo, & propriè in causa Francisci Antonii delli Melulsi.

Etenim Episcopus exequutor indistinctè omnium piarum dispositionum non solum morientium, sed etiam viventium, clement. 1. de testam. §. si quis autem pro redemptione, auth. de Eccl. tituli. Seraphin. decis. 611. num. 7. tom. 1. Leo in thesaur. fori Eccles. cap. 2. num. 42. par. 4. & virtute Sacri Conc. Trid. sess. 22. de refor. cap. 8. tamquam Sedis Apostolicæ delegati possunt legatarios cogere ad exequendas pias dispositiones, latè D. Ricc. decis. Cur. Archie. 209. par. 4. D. Barbof. de potest. Episc. alleg. 75. num. 3. Aldanus in compend. jur. Canonic. lib. 7. tit. 8. Gellius in select. Canonic. cap. 22. etiam si exequutores sint officiales sanctæ inquisitionis, & exempti à jurisdictione Ordinariorum, ut decisum testatur Leo in Theaur. fori Eccles. cap. fin. in fin. par. 2.

In tantum quod in hujusmodi piarum dispositionum poterit Episcopus esse Judex, & etiam constituere procuratorem ad agendum coram se Gemin. conf. 214. quem refert Card. Tusc. concl. 257. num. 7. tom. 3. affirmans concl. 293. num. 27. eod. tom. hanc executionem spectare ad Episcopum illum in cujus jurisdictione sita sunt bona distribuenda, non autem ad illum in cujus jurisdictione testator morabatur, allegat Rom. conf. 250.

Quæ omnia aded sunt vera, ut habeant locum, quamvis testator mandasset ne Episcopus datà hæredis, vel executoris negligentia se intromitteret; nam hoc non obstante adhuc suum officium poterit implere, ad tex. in c. tua nos de test. ibi, ( licet etiam à testatoribus id contingeret interdici ) auth. licet in princ. C. de Episc. & cler. Covar. in c. tua nos n. 6. de test. Tiraq. in tract. la mort. declar. 5. n. 8. & seq. par. 7. Menchac. de success. §. 3. num. 8. Valasc. dec. 105. numer. 57. Spin. in spec. test. gl. 28. num. 20. Sarmient. select. sentent. lib. 1. c. 11. num. 13. Pereira de nomin. emphit. q. 19. n. 56. ea ratione nam nemo potest facere quin leges, & canones suum locum non habeant.

Amplia quod hujusmodi potestas quam habent Episcopi in exequendo pias defunctorum voluntates competit pariter inferioribus habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem, Flores Diaz. variar. q. lib. 2. q. 24. num. 22. Barb. in annot. ad ord. Reg. Lusit. tit. 62. §. 39. n. 4. lib. 1. D. Ricc. in prax. fori Eccles. resol. 303. tom. 2. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 29. n. 16. sicque pariter asseveramus in Capitulo sede vacante, cui idemmet jus competit, Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. c. 39. q. 6. Mariens & Molin. apud Sanchez. disput. 22. numer. 10. lib. 3.

Advertendo tamen necessarium esse monitionem ad effectum, ut datà hæredis negligentia ad Episcopum devolvatur exequendi potestas, d. cap. nos quidem de testam. nam ubi agitur de privando hærede, aut exequutore pro emolumento, quia voluntatem defuncti intra tempus non adimplevit, omnino est de substantia monitio, ut post alios quos citant, fatentur Guglielm. in cap. Raynuntius in verb. si absque liberis numer. 198. cum seq. Molin. de justit. & jur. disp. 251. nu. 5.



nu. 5. tract. 2. Menoch. de arbitrat. judic. cas. 498. nu. 58. & seq. affirmans unicam sufficere monitionem, ex d. cap. nos quidem, ibi (commoneas) in singulari absque aliqua duplicatione adjecta quo in casu propriè in unica monitione verificatur, cap. sua nobis in fin. ibi (Monitione permessa) de testam. auct. hoc amplius, ubi DD. communi calculo C. de fideicomm. Lopez in l. 8. Hisp. tit. 10. par. 6. glos. 1. Cened. ad jus canon. collect. 114. num. 3. hancque monitionem à giudice personaliter faciendam esse, non vero per nuntium, aut epistolam ex plurimorum doctrina, quorum illos allegando utebar, in facti contingentia practicavi consultus.

testam. milit. Dec. in l. 1. n. 9. ff. de regul. jur. plenè Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 14. à nu. 95. cum seqq. ubi nu. 101. ampliat id esse verum, quamvis major, aut specialior aliqua ratio in uno, quam alio casu appareret, & etiam si in odiosis, & pœnalibus versaremur, ut pariter asseverarunt Gozad. conf. 35. nu. 6. & alibi, & novissimè sequitur Cochier. in suo tract. de jurisd. in exemptos par. 1. quest. 5. quo in loco latè tractat articulum, in dispositione generali comprehendantur exempti, ut apud eum videri poterit.

His licèt veris existentibus, tamen mihi suadeo, quòd quando casus respiciunt favorem legatorum pro incertis, & malè ablati factorum tunc dispositio generalis, & secundum eum non comprehendit, quoniam leges generaliter loquentes non comprehendunt casus speciales prout sunt toti, Portius qui id plenè probat in suis conclus. jur. regul. 16.

Accedit, quòd revocatio legatorum generalis non comprehendit legata pia facta per testatorem, Guid. Pap. decis. 200. nu. 5. Afflic. decis. 111. nu. 11. Ludovic. conclus. 24. versic. declara quintò Medic. de sepultur. part. 1. quest. 25. nu. 5. Barbof. noviter, qui alios adducit in tract. de jure Ecclesiastic. universal. lib. 3. c. 13. nu. 25.

Quare casus respicientes favorem hujusmodi legatorum comprehenduntur sub speciali dispositione, aliquid contrarii mandantes, & damni afferentes, quoniam illa tendunt in favorem animæ; & propterea in eis fieri debet interpretatio lata, & ampla ut potiùs amplièntur quàm minuantur, sunt siquidem talia legata favorabilia tanquam ad exonerationem conscientie spectantia, & ideo semper extendenda, & omni cum favore sunt interpretanda; ita ut quando dispositio specialis verteret in eorum diminutionem, pro non facta habenda sit:

PRIVILEGIUM LVII.

ARGUMENTUM.

Casus respicientes favorem legatorum, vel donationum pro incertis, & malè ablati factorum non comprehenduntur sub generali dispositione, sed neque sub speciali eis damnium afferente.

SUMMARIUM.

- 1 Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.
- 2 Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debere.
- 3 Lex quod non dicit ab homine non est præsumendum.
- 4 Lex quando aliquid vult disponere, exprimit.
- 5 Dispositio legis generalis non solum causas, sed personas privilegiatas comprehendit, sed limita, ut nu. 7.
- 6 Exempti an comprehendantur in dispositione generali, remissivè.
- 8 Legata pro incertis, & malè ablati sunt favorabilia.

- 1 Regula est multùm nota, quod lex generaliter loquens generaliter est intelligenda absque exceptione personarum & rerum ad text. in l. de pretio ff. de public. in rem act. l. in fraudem §. fin. de testament. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præstan. & lex ubi non distinguit personas, vel res, nec nos distinguere debemus, l. non distinguemus ff. de recept. arbitr. l. 1. §. convenire ff. de jud. l. quos prohibet ff. de postul. l. quamvis ff. de in jus vocand. & quod lex non dicit, nec ab homine est præsumendum, l. dissentientis C. de repud. Surd. conf. 219. nu. 11. nam quando lex aliquid vult disponere, benè exprimit juxta regul. text. in l. unic. §. fin. autem ad deficientis C. decad. tollent. l. si servus §. prætor. ait vers. non dixit ff. de acq. hered. cum concordan. de quibus apud Card. Tusc. præct. conclus. jur. lit. V. conclus. 89. & apud Cardos. in præx. Jud. & Advoc. in verb. lex n. 28.
- 5 Item generalis dispositio legis non solum causas, sed personas privilegiatas comprehendit, Bal. in l. in fraudem §. fin. ff. de Jo. Mar. Novat. Tract. de Priv. Tom. II.

PRIVILEGIUM LVIII.

ARGUMENTUM.

Dos in fideicommissi Bonis solvi non potest, quando pia causa esset substituta pro malè ablati.

SUMMARIUM.

- 1 Bona fideicommissi subjecta, ex causa dotis alienari possunt, amplia, ut num. 2. quod procedit etiam instituta pia causa nu. 3.
- 4 Bona, in quibus est instituta pia causa, non possunt pro dote dari.

Regula satis vulgaris defumitur ex authent. Resque C. comm. de leg. & ex l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebellia. Bona fideicommissi subjecta alienari posse ex causa dotis de qua materia satis apud Peregr. de fideicommissis art. 42. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. Raudens. dec. Pisan. 29. surd. dec. 62. Inrigliol. de substit. q. 73. à n. 154. cent. 3. Molin. de Hispan. primog. p. 2. lib. 4. cap. 6.

Et tam dotis constituendæ, quam restituentæ, ut ex magis communi testatur Crass. in

## 394 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

§. fideicommissum quest. 57. n. 4. *Carpan. in comment. ad statut. Mediolan. cap. 454. à numer. 45. cum seq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 190. Cavalc. decis. 81. n. 107. par. 3. Ludovic. decis. Lucons. 28. à num. 76. Milanens. decis. 7. numer. 43. part. 1. Theaur. decis. 151. noviter Fusar. satis latè in tract. de substit. par. 2. quest. 532. ubi ampliationes, & declarationes reportat.*

- 3 Quæ sanè Regula suas extendit radices, etiam substituta pia causa, quia tunc filia, & aliae descendentes possent dotari in bonis fideicommissi, ut ex communi patet apud *Dec. conf. 6. num. 10. lib. 2. & præ cæteris notarunt Roman. conf. 267. Peregrin. conf. 39. in fin. lib. 5. Petra de fideicommiss. quest. 8. num. 445. Tiraquel. de pia causa privil. 102. Intrigl. de substit. citat. quest. 73. num. 279. Menoch. dic. præsumpt. 189. à num. 120. dicens de receptiori etiam si pia causa esset substituta pro anima testatoris.*
- 4 Cæterum quoties pia causa esset substituta, pro malè ablatis in bonis fideicommissi non posse dotes dari fundarunt idem *Menoch. cit. præf. 189. num. 137. & Intrigliol. dic. quest. 73. num. 298. & eos sequitur Fusar. de substitut. quest. 531. num. 38. part. 2. apud quem alia in hac materia habes dilucidata.*

rium manifestum tradunt *Clar. §. donatio quest. 7. Menoch. conf. 11. num. 21. & 22. Bonacos. communi crimin. par. 1. verb. usurarii pagina 186. Gratian. discept. forens. cap. 79. n. 17. Peguera decis. 31. quia aut hanc opinionem veriolem esse, & tutiolem animæ, cum alias de facili elidi posset dispositio d. cap. quamquam.*

Unde non sunt audiendi contrarium tenentes, scilicet *Cald. Pereira in l. si Curatorem verbo hunc contrarium num. 22. Illustrissimus Dominus Riccius in collectan. decis. parte 2. Collectan. 356.*

Et extenditur etiam, si vellet dispo- nere ad pias causas juxta tradita per *Barr. in dist. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & de commun. opin. testat. Farinac. Vass. de success. progress. §. 1. nu. 168. Barbat. in elem. ult. vers. septimo facis.*

Sed *Covarruvias lib. 2. variarum dist. cap. 3. in fin. annuit, æquius esse, ut dispositio usurarii valeat quoad legata pia, cum refert novissimè Gallus, qui alia adducit in materia in tr. de except. qua oriri possunt in success. titul. 1. except. 4. pat. 2. numero 9.*

In casu tamen testandi pro restitutione incertorum, & malè ablatorum, quod sit licitum usurariis, & hoc in casu habeat facultatem non potest cadere dubitatio, cum tunc restitueret, & formam d. cap. quamquam adimplere videatur, ut patet.

### PRIVILEGIUM LIX.

#### ARGUMENTUM.

Usurarius pro incertis, & malè ablatis potest testari.

#### SUMMARIUM.

- 1 Usurarius publicus testari nequit, nisi præstita cautione de restituendo.
- 2 Pœnitentia, & contritio in usurario publico, non sufficiunt, sed actus externus, quod procedit tam in codicillis, quam in donatione num. 3. & 4.
- 5 Dispositio usurarii, ut valet pro pia causa, est æquius.
- 6 Usurarii pro incertis, & malè ablatis testari possunt.

- 1 Regulam habemus, quidquid sit de jure civili, ut in *l. ejus qui ff. si certum petatur*, quod usurarius manifestus testari nequeat nisi præstita cautione de restituendo *usuras cap. quamquam de usuris in 6. Clar. §. testamentum quest. 26. num. 1. Pereg. l. 3. tit. 2. lib. 8. Ordinam. 27. Rota decis. 169. num. 1. apud Farinac in 1. collect. novissimarum, ubi num. 2.*
- 2 subdit, quod pœnitentia in usurario manifesto, vel signa contritionis non sufficiunt, sed actus etiam exteriores juxta formam *dic. c. quamquam sunt necessarii.*

- 3 Quæ sanè conclusio procedit etiam respectu codicillorum *Covar. lib. 3. var. cap. 3. num. 9. vers. 5. Ceval. in speculo communium contra communes quest. 537. num. 3. ubi testatur de commun. opinion.*

- 4 Et habet locum etiam in donatione causa mortis, illam enim facere non posse usura-

### PRIVILEGIUM LX.

#### ARGUMENTUM.

Mutus, & Surdus bene valent testari pro restitutione malè ablatorum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Muti, & Surdi à natura nequeunt facere Testamentum.
- 2 Muti, & Surdi, quorum voluntas per signa patet pro eorum anima, & pro restitutione malè ablatorum testari valent.
- 3 Muti, & Surdi possunt testare favore pia causa, & inter liberos.

Regula est Muto, & Surdo à natura esse interdictum facere testamentum, si ille omnino non loquatur, & iste minimè audiatur *l. discretis C. qui test. facer. poss. l. qui in potestate §. surdus ff. de Testam. §. Surdus instit. quibus non est permiff. facere testament. Mascard. de probat conclus. 1079. & plura Treutler. disput. select. part. 2. disp. 10. Thefi 3.*

Cæterum inter alias modificationes, quas recipit ista conclusio insurgit illa ad notitrum institutum, quod si signis exprimat talium voluntas, & testarentur pro exoneratione propriarum animarum ad restitutionem malè ablatorum valere quidem testamentum, quia pro anima id faciunt, & ad eorum relevamen, *Aldobrandin. in add. ad gl. fin. in d. §. item Surdus Areim. conf. 104.*

## de malè Ablat. Privileg. 395

3 104. *Tusc. conclus. 120. num. 13. lit. T.* ubi valere ad pias causas talium testamenta probat, nec non inter liberos, vel quando instituerentur alii venientes ab intestato *Malder. dub. 3. de Testament. §. 2. & 3.*

7 *Testamenta, & Codicilli de nocte facti absque luminaribus pro exoneratione conscientie sunt validi sic etiam pro incertis, & malè ablati num. 8.*

9 *Apices juris cessant pro exoneratione conscientie.*

### P R I V I L E G I U M L X I .

#### A R G U M E N T U M .

Prodigus, & is cui bonorum administratio interdicta est ad exonerationem conscientie pro restitutione malè ablatorum testari potest.

#### S U M M A R I U M .

1 *Prodigus, & ille, cui bonorum administratio est interdicta, nequeunt testari etiam ad pias causas num. 2.*

3 *Prodigus an possit testari pro incertis, & malè ablati.*

1 **R**egula stat prodigum, & eum, cui bonorum administratio interdicta est testamentum condere non posse, & si illud fecerit non valere ad *tex. in l. is cui C. de Test. §. item prodigus instit. quibus non est permittum facere testament. de quo Clar. in §. Testamentum quest. 33. Crass. de success. eod. verbo q. 22. Vasq. controvers. Illustr. lib. 1. cap. 17.*

2 *Quæ sanè adeo est reputata vera apud DD. ut illa fuerit extensa etiam si ad pias causas prodigus testaretur, cum nec valeat testamentum Alex. conf. 18. num. 6. vol. 5. sua res in Thesaur. recept. sentent. §. testamentum nu. 18. licet non desint contrarium tenentes, ut apud Crass. de success. d. §. Testamentum q. 17. nu. 7. & Bald. sibi contrar. apud Tiracuell. de pia causa priv. 79. fol. mihi 103. col. 1. in fin.*

3 *Tamen, quidquid contradicant DD. in casu simplicis piæ causæ, dubitare non licet claudicare regulam respectu incertorum, & malè ablatorum, pro quorum restitutione dispositio prodigi valebit.*

### P R I V I L E G I U M L X I I .

#### A R G U M E N T U M .

Testamentum sive codicillus, quamvis sint facta absque tribus luminibus de nocte valent favore incertorum, & malè ablatorum.

#### S U M M A R I U M .

1 *Testamentum de nocte factum requirit tria lumina, quod procedit in codicillis num. 2. & 6.*

3 *Codicillus est pars Testamenti.*

4 *Codicillus largè nuncupatur Testamentum.*

5 *Relicta in Codicillis censetur relicta in Testamento.*

**R**egula est manifesta, quod licet de nocte fieri valeat testamentum, & illud signari, *l. ad testium §. signa ff. de testam.* tamen in eo tria luminaria accendi debere elicitur *ex l. 1. §. tria luminaria ff. de ventr. inspiciend. & probarunt Dec. conf. 354. Simon. de Pe-tr. de interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. Jolut. n. 9. Ludovic. dec. Perus. 116. num. 4. Mant. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 2. t. 8. n. 3. Ripa in suo tr. de nocturno tempore cap. 141. idem probant cap. 142. respectu codicillorum, in quibus eadem servanda est solemnitas luminarium, si de nocte fieri contigerit, alias sapient nullitatem ante eum *Corn. conf. 18. vol. 2. Dec. cit. conf. 354. Menoch. conf. 288, n. 29.**

Codicillus enim pars testamenti est *Aret. in l. moribus §. 1. col. 1. ff. de vulgar. & pupil. substit. Nat. conf. 83. vol. 3. Surd. conf. 150. numer. 13. Costa de retrotract. cap. 8. cas. 20. num. 7. cum dicatur pariter testatio mentis ut in princ. instit. de testam. & idè largè codicillus testamentum nuncupatur *Glof. in l. 2. in verbo personales C. de jur. codicill. Indè relicta in codicillo in testamento relicta censentur l. 2. §. codicillum ff. de jur. codicill. Capr. conf. 3. num. 26.**

Unde tria luminaria requisita in testamentis de nocte, erunt necessaria in codicillis de nocte pariter conditis.

Quicquid autem sit, quoties testamentum, vel codicillus de nocte respiciat utilitatem non privilegiatorum, poterit tamen suapte affirmari non reddi nullum testamentum, & codicillum absque luminibus de nocte confecta, quoties illa essent facta ad exonerationem conscientie pro restitutione incertorum, & malè ablatorum, cum ex defectu hujus solemnitatis, non debeat retardari, & suspendi voluntas testatoris, qui ad sui exonerationem disposuit & apices juris favore conscientie cessare debent, ut in *conf. divers. German. 113. num. 7. fol. 271.*

### P R I V I L E G I U M L X I I I .

#### A R G U M E N T U M .

Solemnitates juris civilis non requiruntur in testamento facto ad exonerationem conscientie pro restitutione incertorum, & malè ablatorum.

#### S U M M A R I U M .

1 *Solemnitates de jure civili in testamento necessariae non requiruntur in testamento pro exoneratione conscientie, & restitutione malè ablatorum, & num. 2.*

3 *Solemnitates non requiruntur in testamento inter liberos.*

N n 4 Regu-

- 1** Regulam firmo, solemnitates aliàs necessarias de jure civili in testamentis de quibus præ cæteris apud *Clar. in §. testamentum*, non esse necessarias in testamento facto ad exonerationem conscientie pro restitutione incertorum, & male ablatorum, ut dixit *Rota in Romana testamenti coram R. P. D. Blanchetto ex cap. cum esses, & cap. relatum de test. ubi DD.*
- 2** Recipit incrementum hæc opinio quia testans pro anima sua solemnitates juris civilis servare non tenetur sic ad amissum, prout requiruntur in aliis testamentis, *Molf. post alios in summa Theolog. moral. tract. 13. de ultim. vol. cap. 2. num. 86. tom. 2. folio mibi 236. col. 2.*
- Inde cum casus ex facto accidisset, & ipse essem consultus hanc agnovi veram opinionem, juxta quam vidi judicatum in Tribunali Reverendæ Fabricæ S. Petri hujus Civitatis Neapolis tam in prima quam in secunda instantia.
- 3** Confert, quia regulariter in testamento inter liberos omittuntur solemnitates, ut apud *Gabriel. concl. 4. de testam. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 7.* ubi ad saturitatem omnia habes cumulata.

- Abundans cautela non nocet n. 20.*  
*Satis operari dicitur. quod tollit dubium numer. 21.*  
*Pactum de retrovendendo temporale, efficitur perpetuum stante lesione num. 22.*  
*Sed an perpetuetur, ut nulla detur prescriptio, vel etiam præscribatur spatio triginta ann. 23. & 25.*  
*An debent concurrere tria, ut contractus dicatur simulatus, & feneratorius, nempe pactum de retrovendendo, modicitas pretii, & ut emens sit solitus fenerator, vel sufficiant duo, nempe pactum, & modicitas pretii num. 26. & 28.*  
*Pactum de retrovendendo temporale equipollet, illi tertio requisito, ut emptor sit solitus fenerator n. 27.*  
*In contractu simulato, & feneratorio cessat prescriptio num. 28.*  
*In prescriptione mala fides auctoris nocet etiam illius heredibus, licet vellent à se ipsi prescriptionem inchoare num. 29.*  
*Quis dicatur malè fidei possessor num. 30.*  
*Stante mala fide cessat prescriptio, in quocasu nec per statutum induci potest, numer. 31.*  
*Mala fides non purgatur cursu temporis num. 32.*  
*In materia prescriptionis standum est juri canonico num. 33.*  
*Empiores mala fidei dicuntur usurpatores, qui nullo tempore prescribunt, num. 34.*  
*Contractus simulati, & feneratorii non prescribuntur nec ex illis transfertur possessio nec dominium num. 35.*  
*Non valenti agere non currit prescriptio, num. 36.*  
*An ex capite ignorantia detur restitutio in integrum adversus prescriptionem pacti de retrovendendo, num. 37.*  
*Restitutio, quæ datur in capite ignorantia à quo tempore detur, & infra quod tempus debeat peti num. 38.*  
*In dubio præsumitur ignorantia n. 39.*  
*Quanta debeat esse lesio, ut pactum de retrovendendo temporale perpetuetur numer. 41.*  
*Beneficium l. 2. C. de rescindenda vendit. et cesset in venditione cum pacto de retrovendendo num. 42.*  
*Quomodo deponere debeant testes circa lesionem num. 43.*  
*Lesio debet probari ab allegante illam num. 45.*  
*Res in dubio præsumitur vendita justo pretio num. 46. & 79.*  
*Negativa probatur per lectionem actorum num. 47.*  
*Valor modernus non probat valorem antiquum numer. 48.*  
*Valor rei an probetur quod res similis fuerit tantà vendita in eodem loco numer. 49.*  
*Probatio debet esse per necesse, & non per possibile num. 50.*  
*Probatio equivoca non probat n. 51.*  
*Pretium singulare, & affectionis non attenditur num. 52.*  
*Res ratione vicinitatis potest carius emi. num. 53.*  
*Verus valor est; quantum communiter rei vendi potest num. 54.*

## ALLEGATIONES IN JURE

U. J. D. Francisci Severini.

## S U M M A R I U M.

- Facti exemplum nu. 1.*  
*An pactum de retrovendendo afficiat tertium possessorem num. 2.*  
*An pactum de retrovendendo infra certum tempus sit validum n. 3.*  
*Tempore adjecto in pacto de retrovendendo elapso venditor non potest amplius agere num. 4.*  
*An dictiones, semper (perpetuò & quancumque) protrahant tempus adjectum in pacto de retrovendendo ultra num. 5.*  
*Dictiones (semper, perpetuò, & quancumque) intelliguntur, secundum actum, & actionem cui apponuntur num. 6.*  
*Pactum de retrovendendo, terminatur spatio triginta annorum non obstante dictione, semper, quancumque, & perpetuò num. 7. & 24. ampliatur num. 8. & 9. limitatur num. 10.*  
*Absurdum evitandum num. 11.*  
*Actus agentium non debent operari præter eorum intentionem num. 12.*  
*Inducta ad unum finem non debent contrarium operari num. 13.*  
*Imperitia notariorum non debet partibus obesse num. 14.*  
*In jure nihil frustra num. 15.*  
*Contradictio, & repugnantia evitanda nu. 16.*  
*Contrahentes non præsumuntur voluisse se in continenti corrigere n. 17.*  
*Mutatio voluntatis non præsumitur num. 18.*  
*Quæ à contrahentibus exprimentur gratia tollenda dubitationis, & majoris claritatis, licet superflua toleranda, & non vitiantur num. 19.*

## de malè Ablat. Privileg. 397

*Valor debet probari deductis oneribus num.*

*55. Testes debent deponere de communi valore, & non de proprio iudicio num. 56.*

*Testes deponentes de valore rei debent esse practici, & informati de qualitatibus rei num.*

*57. Ut habeat locum dispositum, debet verificari præsупpositum num. 58.*

*Ubi non est suppositum non operatur dispositum num. 59.*

*Cessante causa cessat effectus num. 60.*

*An debeat haberi ratio de pretio aucto diligentia emptoris num. 61.*

*Clausula generalis non refertur ad specificata n. 62.*

*Generi per speciem an derogetur n. 63.*

*Quod patet ad sensum non eget probatione num. 64.*

*Quomodo intelligatur illud juris axioma, quòd potius credatur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus num. 65. & seqq.*

*Testibus numero majori magis credendum num. 66.*

*Testes deponentes de negativa quando probent num. 67. & 69.*

*Si duo testes affirmarent rem valere decem, & tres negarent, quibus potius standum num. 68.*

*Si aliqui testes dicant rem valere centum, & alii quinquaginta, an omnes dicantur deponere super affirmativa n. 71.*

*Affirmativa, & negativa non differunt quando per eadem media probantur n. 72.*

*Testes deponentes super negativa probant, quando reddunt causam sui dicti n. 73.*

*Testes de lésione debent deponere de oneribus, & qualitatibus rei n. 74. 86.*

*Testes debent habere certam scientiam de statu, & qualitatibus rei, ut de illius valore deponere possunt n. 75.*

*In dubio res præsумitur vendita iusto pretio num. 76.*

*Deponentes de valore rei debent reddere rationem per statum, qualitates, & onera rei etiam non interrogati n. 77.*

*Testes debent esse bene informati de statu, oneribus, & qualitatibus rei n. 78. & 81.*

*Ex redditu, & qualitatibus rei fit aestimatio num. 80.*

*Testes deponentes de valore, non debent deponere inconsiderate, & sine discussione num. 82.*

*Testes deponentes de valore rei debent animadvertere ad malos vicinos, quorum causa res minoris aestimetur, num. 83.*

*Venditor tenetur dicere emptori malos vicinos, alios tenetur ad interesse num. 84.*

*Res tantum valet, quantum bonus vir diligens paterfamilias esset daturus, & non iuncta illius, vel alterius affectione n. 85.*

*Testes deponentes de lésione debent percutere tempus contractus num. 87. & num. 93. & 98.*

*Testes deponentes de lésione, debent deponere de communi valore n. 88.*

*Testes deponentes de lésione debent reddere causam sui dicti n. 89.*

*Testes deponentes de lésione debent deducere onera num. 90.*

*Et debent esse informati de rei qualitatibus num. 91.*

*Et debent scire confines rei num. 92.*

*Et res tantum valere potest quantum per spatium viginti annorum ex illa percipi potest num. 93.*

*Testes debent deponere de qualitatibus quæ possunt diminueri, & augere pretium num.*

*94. Valor non probatur per testes, qui nesciant onera, rei qualitates num. 95.*

*Et de his non informati non probant num. 96.*

*Testes deponentes de valore, non debent deponere de iudicio, vel per verba poterit valere, vel tantum ipsi emissent num.*

*97.*

*Nec per Dictionem, circa, num. 99.*

*Testes deponentes simpliciter de valore rei, si non facerent mentionem de pacto de retrovendendo non probantur num. 100.*

*Pactum de retrovendendo est pars pretii num. 101.*

*Pretia rerum non debent constitui ex particulari affectione, sed communi aestimatione num. 102.*

*Cum deductione onerum num. 103.*

*Ob onera res minoris aestimantur num. 104.*

*Pretium solum tempore contractus præsумitur justum num. 105.*

*Venditio reiterata, & geminata, eodem pretio semper facta, facit cessare præsumptionem lésionis num. 106.*

*Dictum de Saturno relatam ab Ulpiano num. 108.*

*Multa in Materia pacti de retrovendendo discutiuntur.*

*ANIS elapsis, & propriè in anno 1605. Cæsar de Pinto vendidit Jo. Antonio Rozzera meo fororio quoddam petium territorii in loco ubi dicitur alla Noje, pro ducatis octuaginta cum pacto de retrovendendo quandocumque, & in perpetuum infra triennium, ut in instrumento dictæ venditionis; i*

*Postea fuit idem pretium venditio pro eodem pretio per eundem emptorem venditum Cæsari de Cunto cum eodem pacto ad præsens, & sic post annos viginti quinque dictus Cæsar de Pinto primus venditor dixerit se contra dictum secundum emptorem, præterdens territorium prædictum vendicare vigore dicti pacti, fuit dubitatum quid juris. Et ommissa disputatione, si hoc pactum afficiat tertium possessorem, de quo non est dubitandum, tunc, quia fuit territorium venditum, cum eodem pacto tum etiam stantibus clausulis constituti & præcarii, cum obligatione bonorum quæ in similibus contractibus passim apponi solent, quarum vigore non possit adversus tertium possessorem juxta tradita per nos in nostra allegatione inserta in collectan. Episcopi Ricci par. 7. post collect. 3073. pro resolutione præsentis dubii de pluribus dubitari potest, quibus resolutis, & resolutum dubium remanebit.*

*Primò an hoc pactum, infra certum tempus sit validum, ita ut triennio elapso sit præclusa via agendi amplius.*

*Secundò an per illas Dictiones (quandocumque, semper, & in perpetuum) illud triennium extendatur ultra; ita ut perpetuo agi possit.*

*Tertiò uti sita lésione, illud pactum temporale efficiatur perpetuum.*

*Quartò;*

*Quintò;*

*Sextò;*

*Septimò;*

*Octavò;*

*Nonavò;*

*Decimò;*

*Undecimò;*

*Duodecimò;*

*Decimotertio;*

*Decimquartò;*

## 398 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

Quartò, quanta debeat esse læsio.

Quintò, & demum quomodo debeant deponere testes deponentes de læsione.

Circa primum dico, quòd pactum de retrovendendo infra certum tempus, validissimum est; adeo quòd tempore adjecto elapso excluditur venditor facultate agendi, ad quòd probandum ultra à nobis aliàs allegata in allegatione post collect. Episcopi Riccii 4 3037. part. 7. in causa illorum delli Carielli, & delli Moglica, novissimè addo *Eminentissim. Card. Ludovisi, postea Greg. XV. in decis. 559. Eminentissim. Card. Tusch. tom. 6. pract. conclus. lit. P. conclus. 30. num. 1. Rot. Roman. in decis. 272. num. 1. par. 1. in novissimis Viscont. conclus. jur. verbo Pactum de retrovendendo Thomat. in dec. Rota Macerat. 112. num. 14. & 116. & seqq. decis. 65. num. 6. & 7. & 89. num. 30. & decis. 78. & decis. 103. num. 2. & 30. & decis. 80. num. 1. & seqq.* Quos reportat Doctissimus D. Novarius in rubrica pragmaticarum de retrovendendo in novissima editione Neapolitana.

Circa secundum dico, quòd dictiones illæ, semper, quandocumque, & in perpetuum, non extendunt illud tempus triennii, ultra, ut Doctor Jo. Petrus Martellinus 5 meus concivis, & patronus partis adversæ fatetur, & ratio est, quia hæ dictiones capiuntur, & intelliguntur secundùm subjectam materiam, & actum cui tribuuntur, & assument naturam actionis super qua imponuntur, sed sic est modò quòd actio istius pacti, est triennio à partibus præscripta, & terminata, ergo illo elapso, extincta est actio, illæ distinctiones amittunt eorum vim, & efficaciam, ità *Cened. in sing. 85. Barbof. de dictionib. dict. 216. n. 6. Grat. in eodem tr. dict. 201. in fine.* Hinc dicunt Doctores, quòd pactum de retrovendendo, quandocumque, & in perpetuum, terminatur spatio triginta annorum dictis dictionibus non obstantibus, *Surd. dec. 2. Peregr. dec. 10. n. 1. & Boer. dec. 182. & dec. 183. & dec. 351. n. 5. & 6. Eminentiss. Card. Seraph. 1360. n. 11. Viscont. concl. Jur. verbo Pactum de retrovendendo, &c.* Ubi secundùm magis communem opinionem hoc pactum quibuscumque verbis conceptum triginta annorum spatio terminatur, quidquid dicant *Scayn. in dec. 89. n. 14. & seqq.* & allegat per *Regent. Rovit. in conf. 14. n. 2. vol. 2.* Nam contrarium fuisse 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

*cher. decis. 69. num. 12. Regent. Rovit. in dispo. conf. 14. num. 11.* Qui dicunt pactum istud, stante juramento, quadraginta annorum curricula terminari, & idem subnectunt, si adesset hypotheca, *Marta ibi numer. tertio, & quarto, Trentacinq. n. 33. Regent. Rovit. n. 9.* Et si contrarium affirmarem, quòd tueri conatur Doctor Martellinus, nempe, quòd illæ dictiones perpetuarent pactum illud triennale, plura 11 sequerentur absurda evitanda, *l. nam hoc absurdum ff. de bonis libert.* Primum, quòd illud triennium inter partes conventum extenderetur ultra, præter intentionem contrahentium contra *tex. in l. non omnis ff. si certum petat.* Secundum, illæ dictiones fuerunt appositæ, ut semper in perpetuum & quandocumque, infra triennium emptor esset obligatus retrovendere, ità debet interpretatio fieri ad evitandam contrahentium correctionem in continenti contra *tex. in l. nam ad ea, ff. de condition. & demonstrat.* itaque si ultra triennium fieret interpretatio vigore illarum dictionum, inducta ad unum finem, contrarium operarentur contra *textum in l. quod favore Codic. de legibus.* Imò potiùs asserendum est, 14 illas dictiones fuisse imperitiã, & errore notarii superflue adjectas, quòd non debet parti obesse, *Guidobon. advocat. 122. num. 15. Regent. Rovit. decisio. 84. num. sequentib.* Tertium frustra esset adjectum illud triennium si conventio ultra extenderetur, & in jure nihil frustra *l. si quando ff. de legat. 1.* Quartum, si illæ dictiones protraherent illud 16 triennium ultra, maxima oriretur implicatio, contradictio, & repugnantia, contra *tex. leg. ubi repugnantia, ff. de regul. Jur.* Quintum, 17 & ultimum, si secus diceremus contrahentes viderentur in continenti se corrigere contra *text. in leg. nam ad ea ff. de condition. & demonstration.* sequitur *Scayn. ferè in propriis terminis in decis. 112. numer. 98. in fine, & num. 99.* Et mutatio voluntatis non præsumitur *l. cum ff. de probat.* Quibus adde, 18 quòd illæ dictiones fuerunt adjectæ gratia tollendæ dubitationis, & majoris charitatis, quamvis si non essent expressæ, idem esset, fuerunt enim positæ ad removendum dubium si in contenti vel post paucos dies, vel si in medio, vel in fine triennii, vel si fructibus pendentibus venditor reemere vellet, semper sibi liceret, ideo licet superflua toleranda, nec nocent nec vitiant triennalem 19 conventionem, & *leg. non solent. ff. de reg. jur. & facit illud. Abundans Cautela non nocet. leg. testamentum C. de testam. Nec obstat si apponatur quòd dictiones illæ debent aliquid operari, leg. si quando ff. de leg. 1. cum nihil frustra, quia satis operantur in eo, quia 21 tollunt dubium, ità perbelle declarat *Gonz. de mens. & alter gloss. 6. numer. 26. & sequentib. Ludovisi. decis. 267. numer. 36.**

Circa Tertium dico, quòd hoc pactum 22 temporale, stante læsione perpetuatur ultra allegata per nos in *allegat. post Collectan. Episcopi Riccii 3073. part. 7. Novissimè addo Monach. dec. Lucan. 55. num. 30. Surd. decis. 34. Ursill. ad Aff. decis. 73. num. 2. & sequentibus, Grivell. in decisio. 74. Giurba decisio. 58. num. secundo, Viscont. dict. verbo, pactum de retrovendendo, Thomat. in dec. Rota Maceraten. 112. num. 16. Scayn. decis. 78. num. 19. Calà de modo art. gloss. Magna*

*Magna num. 558. Jacob. Machel. patr. 33. n. 2. Eminentiff. Card. Tusc. præct. conclus. tom. 6. litt. P. conclus. 2. tom. 10. & sequentib.*

Sed dubitatur, dum Doctores dicunt, quod hoc pactum temporale, stante læsione efficitur perpetuum, an adeò perpetuetur, ut nulla detur præscriptio, vel etiam triginta annorum spatio terminetur; hoc mihi evenit in facto, & adhuc lis pendet. Quidam N. Sciarriello Cafalis S. Juliani Civitatis Theani vendidit quondam N. de Masellis Civitatis Sueffæ quoddam petium territorii anno 1585. pro pretio ducatorum viginti quinque, cum pacto de retrovendendo infra quadriennium. Ad præsens in anno 1633. & sic post annos quinquaginta, sex, & plus hæredes dicti quondam N. Sciarriello petierunt ab hæredibus dicti quondam N. de Masellis dictum petium territorii, stante enormissimâ læsione; Dubitatur quid Juris. Et pro hæredibus conventis faciunt tradita à nobis supra in secundo dubio, ubi diximus dictionem, perpetuò, semper, & quandocumque, præscriptionem triginta annorum non excludere, quod multorum testimonio comprobavimus, quibus addo *Theaur. lib. 2. q. forens. quæst. 72. Cavalc. dec. 16. par. 2.* Et in propriis terminis: *Anna filius consil. 68. volum. 1.*

<sup>24</sup> Ego verò, qui partes de li Sciarrielli defendi contrarium verius existimo, & pro fundamento hujus meæ sententiæ, considero quòd in hac facti specie non solum adest enormis læsio, sed enormissima satis ultra dimidiam, nam territorium fuit venditum ducatis viginti quinque, & fuit per actores articulatam, & probatum tunc temporis, valere centum, & plus, unde stante hac enormissimâ læsione, adeò hoc pactum perpetuatur quod triginta annorum spatio non præscribitur, sed quandocumque nulla data temporis præscriptione agi potest, hanc nostram sententiam defendit *Cagnol. in l. 2. num. 65. de pact. inter emptor.*

<sup>25</sup> & vendit, dum dicit ibi quod opinio Jacobini ejusdem sententiæ procedit, quando contractus illicitus, & fœneratitius censetur, & ibi excessus in pretio esset valde moderatus ultra dimidiam, secus quando esset sola modicitas cum pacto de retrovendendo, quod refert idem *Anna in dicto cons. 38. num. 3. & 4.* ubi ita etiam declarat opinionem Josephi, Lun. Et nimirum, nam cum ex illis duobus tantum contractus hujusmodi judicetur simulatus,

<sup>26</sup> & fœneratitius, nempe ex nimia modicitate pretii, & pacto de retrovendendo, secundum magis communem, & veriosem sic testatur *Marta voto 54. num. 2.* ubi plures opiniones refert, & subjungit *num. 3. & 4.* pactum hoc temporale æquipollere tertio requisito, ab aliquibus Doctoribus,

<sup>27</sup> ut sit solitus fœnerari, & duo sufficere fatetur *Thor. in Compend. decision. Neapol. verbo contractus, ut dicatur pignoratitium tom. 1.* & stante enormissima læsione duo

<sup>28</sup> sufficere perbelle tuetur *Castil. Rerum quotidianarum tom. 2. quæst. 25. num. 62. & 76.* hanc opinionem secutam fuisse *Ros. Roman. testatur Cassad. dec. 1. de usuris* mille alios brevitati consulens, prætereo; quos afferre possem, si igitur contractus

<sup>29</sup> fœneratitius judicatur, cessare debet in eo

præscriptio, ut fatetur in propriis terminis *Gabriel. conclusion. libro quinto titul. de presumption. conclusion. 6. numero 12.* etiam si hæredes malæ fidei auctoris vellent inchoare præscriptionem à se ipsis *Gabriel. ibi conclus. 5. Facch. contr. Jur. lib. 8. capit. 27. Viv. in add. ad decision. 430. num. 7. & seqq. Tassone de Antifato vers. 4. observat. 5. num. 67. Capic. dec. 4. num. 12. & 13. Afflict. dec. 40. num. 5. & sequentibus, Ludovif. decis. 249. num. 6. & ibi add. Stephan. Gratian. tomo 3. discept. forens. capit. 403. num. 15. & 16.* Nec negari potest, quin primus emptor non fuerit in mala fide emens contra legem, ineundo contractum illicitum, usurarium, & simulatum ab omni jure reprobatum, *Pereira decision. 47. num. 1.* Unde stante malâ fide nullo pacto præscriptio potest induci neque per statutum *Pompon. de Leonard. in ejus cons. inter Add. decis. Viv. num. 19 fol. 102. Afflict. decis. 14. num. 6. Stephan. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 52. num. 1. tomo 3. cap. 403. num. 14. Cardinal. Cavaler. decis. 91. num. 10. Joan. de Amicis cons. 61. num. 14.* Nec mala fides purgatur cursu temporis, *Pheb. decis. 82. num. 23. & sequentib.* ubi maximè de Jure Canonico, *Dominus Novarius in dicta Rubrica de retrovendendo*, cui standum est in hac materia, *Pheb. ibi num. 26. Pereir. decis. 36. Tass. de antifat. vers. 4. observat. 5. n. 68. & sequentib. & sub num. 90.* ubi ait, quòd hujusmodi dici possunt usurpatores, qui nullo tempore præscribant; & quod hujusmodi contractus usurarii, & fœneratitii non præscribantur, testatur *Alex. cons. 46. volum. 3. nec ex illis transfertur possessio, nec dominium, l. emptor, ff. de aqua pluvi. arcen. l. emptione C. plus valere quod agitur, &c.*

Tanto magis supra relata procedunt, quia fuit probatum, quod tam venditores, quam illorum successores ex variis impedimentis accidentibus, non potuerunt agere, & non valenti agere non currit præscriptio, *Pereir. dec. 52. num. 4. Oter. in Miscell. disput. 28. n. 7. in fine, Afcia determ. 19. num. 22. Marta consil. 191. num. 30.*

Nec etiam negari potest quin saltem ex capite ignorantie dictis hæredibus, & successoribus detur restitutio in integrum ad agendum non obstante lapsu temporis, *Rota decis. 42. par. 3. in novissim. Capic. decis. 4. sub num. 24. Afflict. decis. 37. Theaur. decis. 132. & 133. Rota Lucen. divers. decis. 33. & 81. Afcia determin. 131. num. 23. Alexand. Trent. var. resolut. lib. 2. i. de restit. in integrum resolut. 2. num. 2. Stephan. Gratian. tom. 3. disceptat. forens. cap. 403. num. 25. & sequentib. Regen. Rovii. consil. 14. numer. 5. & sequentib. tomo 2. quæ restitutio datur infra quadriennium à die scientiæ, *Capic. dicta dec. 4. n. 25.* Et in hæredibus præsumitur ignorantia, *l. qui in alterius ff. de regul. Jur.**

Et ex his concludo, malam fovere causam hæredes emptoris, & optimum jus fovere meos clientes hæredes venditoris. Et stante enormissimâ læsione adhæreo opinioni illorum, qui dixerunt, verbum (perpetuo) excludere præscriptionem, *Gaill. obs. 18. l. 2. Laur. in dec. Avenion. 129. Magon. decis. Florent. 105. Misling. obs. 16. cent. 1. ultra alios à nobis, supra relatos.*

## 400 Jo. Mariæ Novarii Tractatus

41 Circa quartum, quanta debeat esse læsio, in hoc Doctores valde torquentur; Alii enim dixerunt requiri simpliciter pretii modicitatem, alii enormissimam læsionem, & sic varii varia dixerunt, ut per Doctores à nobis aliàs allegatos in allegata allegatione post *Collect. Episcopi Riccii* 3073. p. 7. Tamen communis opinio est, ut requiratur læsio saltem ultra dimidiam, ut per Doctores à nobis allegatos in dicta nostra allegatione, & Episcopus Riccius in *Collect.* 3073. quibus addo *Valasc. in consul.* 70. & *Mich. Ferr. in 3. p. observat. capiul.* 439. & ideo beneficium l. 2. C. de rescindend. vendition. cessare in venditione facta cum hoc pacto fatentur Doctores à nobis allegati in dicta nostra allegatione, ratione, ut ibi. Si quis de his affluenter videre cupit, adeat dictam nostram allegatam allegationem in loco suprà relato.

43 Circa quintum, & ultimum, quomodo testes deponentes de læsione debeant concludere dico, quod debent percutere tempus celebrati contractus. *Stephan. Gratian. tom. 3. discept. Forens. c. 600. n. 6. Ludovis. in dec. 76. n. 6. & dec. 406. num. 15. & dec. 552. ubi optimè Card. Seraphin. dec. 665. num. 5. & decif. 1377. Card. Tusc. practic. conclus. tom. 5. lib. L. concl. 295. & tomo 6. conclus. 29. num. 13.* Hinc testes deponentes de pretio & læsione per dictionem (in circa, 44 plus & minus) vel iudicio suo, non probant læsionem *Ludovis. dec. 290. Rota 1534. sect. 4. post 3. in novissimis.* & debet læsio 45 probari à prætendente, illa, idem *Cardin. Ludovis. in allegat. decif. 406. num. 13.* quia in dubio res præsumitur justo pretio vendita, 46 *Card. Ludovis. in allegat. 553. num. decif. 1. & 2.*

Miror, quòd Doctor Martellinus audeat asserere, quòd in processu sit probata læsio, 47 nam nullibi de læsione ibi legitur, quæ negativa per lecturam depositionum testium probatur, ut videre est *Card. Cavaler. in dec. 110. num. 4. & in decif. 535. num. 5. Rota in decif. 64. n. 2. part. 1. in novissimis, & in recollet. à Farinac. decif. 411. num. 1. tomo 1. Card. Seraphin. decif. 1307. num. 3.*

Nec refert, quòd aliqui testes partis adversæ deponunt de læsione, habito respectu ad tempus præsens; quia ut diximus, testes debent percutere tempus celebrati contractus, quia valor modernus non probat valorem antiquum, *Card. Cavaler. decif. 160. num. 2.* nec refragatur exhibitio fidei publici instrumenti, in qua asseritur tunc temporis in eodem loco fuisse, venditur unum iuger territorii ducatis triginta, quia valor rei, non probatur quod res fuerit tanti vendita, quia 49 potuit valere pluris, vel minoris, & emptor potuit decipi, *Bart. in l. cum emptor in fin. ff. de damno infecto, Bal. in l. 2. col. 2. C. de rescind. vend.* Et valor non probatur ex valore alterius rei ejusdem qualitatis; tanti enim fuit illa res vendita, ergo & hæc, quæ est ejusdem qualitatis, tanti valet, nulla est præ-

50 batio, *Laderch. cons. 129. n. 1.* Unde cum hæc præbatio sit per possibile, & non per necesse, nullius est momenti, *l. non hoc C. unde cognati, l. neque natales C. de prob. Rota dec. 506. n. 1. p. 1. in noviss.* Et uti æquivoca non probat, *Rota in recollet. à Farinac. dec. 176. 51 n. 8. tom. 1. p. 1.* Potest enim illud pretium

esse singulare, & affectionis, ideo non attendendum, *l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. & illud iuger erat contiguum aliis bonis emptoris, 52 ideo illud fortè fuit emptum cariori pretio, l. si rui fundus ff. de leg. 2. ibi sape enim confines 53 fundos etiam supra justam æstimationem interest nostri acquirere, verius ità valor est quantum 54 communiter res vendi potest, ut in allegata l. pretium rerum, Card. Seraphin. in decif. 665. num. 1. & debet probari deductis oneribus, 55 Card. Cavaler. decif. 462. n. 1. & decif. 383. n. 2. Idem Cardinal. Seraphin. decif. 1317. n. 1. & decif. 1030. n. 1. & testes debent deponere 56 de communi valore, & non de proprio iudicio, Cardin. Seraphin. decif. 386. num. 1. Et debent esse informati, & practici de quali- 57 tatibus rei, Cardinal. Cavaler. decif. 383. num. 3.*

Non omitto, quòd frustra hic per Doctorem Martellinum in controversiam ducitur, si læsio debeat esse ultra, vel infra dimidiam, si in 3. vel 4. part. vel arbitraria, cùm testes de læsione verbum nullum, nec in uno obulo, quæ est potissima pars effectus, si contractus debeat & possit dici simulatus, & foeneratitius, ad hoc enim, ut habeat locum, dispositum debet verificari præsuppositum, juxta *glos. singul. in l. mancipia, verbo advocandum C. de servis fugit.* Et ubi non est suppositum, non operatur dispositum, *arg. notatorium in l. & quia ff. de Jur. 59 omn. Jud. R. Valenz. cons. 18. n. 126. & seq.* Unde cessante causà, id est læsione, quæ operatur perpetuitatem hujusmodi pactum, 60 cessat effectus, id est, ipsa perpetuitas, simulatio, *l. adigere §. quamvis ff. de jurepatronat.*

Circa illud, quòd dictus advocatus partis adversæ asserit, quòd non debet haberi ratio de valore aucto ob diligentiam emptoris, falsum 61 litur, nam sicuti diligenti cultura pretia prædiorum augentur, ità si negligentius habita ea minui necesse est, ità dicit *rex. in l. non intelligitur §. si quis palam in fine ff. de Jure fisci.*

Allegat etiam Martellinus duas regulas, 62 prima quòd clausula generalis non refertur ad specificata *l. doli claus. ff. de verb. obl. quasi velit dicere, quòd illæ clausulæ generales, Semper, In perpetuum, & Quandocumque, non referuntur ad illam conventionem triennalem. Secunda, quòd generi per speciem non 63 derogatur, Barb. de pr. & locis com. lit. G. n. 9. quasi velit dicere, per conventionem specialem triennalem non derogatur generi; id est, illis clausulis generalibus, Semper, Perpetuò, & Quandocumque, quæ theses per quantum non convenient nec adaptari possint nostræ quæstioni, unusquisque minimus Juris peritus 64 arbitrari poterit, quòd cùm pateat ad sensum non eget probatione, *l. scire oportet §. sufficit ff. de administr. tut.**

Circa ultimum assumptum Martellini, quòd 65 potius credatur duobus testibus affirmantibus læsionem, quàm mille negantibus, illam adesse, quantum decipiatur, nemo est, qui id nesciat, nam aut vult tueri, quòd potius credendum sit duobus testibus 66 affirmantibus læsionem, quàm mille illam negantibus, & deponentibus rem fuisse justo pretio venditam; & hoc est absurdum & contra omnem juris dispositionem, quòd magis credatur numero paucioribus, quàm pluribus, *contra text. in cap. licet causam, versic.*



## de malè Ablat. Privileg. 401

versic. ex præmissis, de prob. glos. in cap. si testes in glo. magna 4. q. 3. latè Gabr. de testib. concl. 4. n. 50. Eminentiss. Card. Ludovis. decis. 100. num. 3. Aut vult uti illa maxima, quòd potiùs credatur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, de qua per glos. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de recept. arbitr. Et similiter errat, nam hæc maxima nullo pacto adaptari potest casui nostro, siquidem illa procedit, quando negativa non cadit in sensum corporeum, & non ità se offert sensui, sicut affirmativa. Testes enim de hac negativa deponentes nil probant, quia nil deponunt, veluti si mille testes dicerent, nescire, non vidisse, non intellexisse, quia remouent sensum ab actu, idest, visu, auditu à rebus, de quibus interrogantur, non probant, secus si testes negantes deponerent de tali negativa, quæ caderet in sensum corporeum veluti, si est finita, & coarctata loco, & tempore, rebus & personis, nam tunc probarent, veluti si testes dicerent, non vidisse aliquem tali die, & horà in tali loco, & tempore, & alimentum non fuisse alicui præstata, quia fuerunt præsentem, & non poterat ille ibi tunc adesse, nec alimenta præstare, quin ipsi vidissent, & de cæteris hujusmodi negativè deponerent, bene probarent, ità hanc maximam declarat Perez. de Lara de annivers. & Capellan. lib. 2. cap. 4. num. 79. & seqq. Viv. dec. 166. ubi num. 6. ait, & facit ad casum nostrum quòd si duo testes affirmarent rem valere decem, & tres negarent, stare-  
68 tur majori numero, & sic tribus negantibus. Ecce casum nostrum ad vivum; declarant, & aliis modis hanc maximam Viv. in d. decis. 166. & in dec. 366. Gutt. alleg. 6. ubi ait, quòd quando negativa est coarctata, & restricta loco, & tempore, & aliis causis, & rationibus, major numerus præferretur; idem procedere affirmat, si testes simul deponerent de negativa, & affirmativa, veluti si dicant oves non esse vivas, quia viderunt illas mortuas, & mori. Hanc etiam regulam declarat Farinac. multis modis, de testibus q. 65. n. 70  
200. & seqq. Imò dico, quòd si testes dicant rem valere centum, & alii quinquaginta, omnes deponunt super affirmativa, quod  
71 patet ad sensum, ideo statim dicto majori numero, ut per Viv. in alleg. decis. 166. n. 72  
6. Et affirmativa, & negativa non differunt, quando per eadem media probantur, Boer. 73  
decis. 23. num. 94. Et testes deponentes super negativa probant, quando reddunt causam sui dicti, quia tunc privatio, & negatio cadit sub sensu, Farinac. decis. 85. sub num. 10. par. 2. tom. 1. & decis. 536. num. 2. part. 2. tomo 2. & decis. 748. num. 1. d. par. 2. tomo 2. Aymon. consil. 2. n. 3. vers. quinimo etiam si civiliter,  
74 &c. Et ex his infertur ad casum nostrum, quòd cum testes, qui deponunt de læsione, & illi qui negant illam deponent per eadem media, omnes sui dicti causam, & rationem reddentes, æquè probant, & debet stari numero majori, & verisimilia deponentibus.  
Præterea testes Cæsaris de Pinto actoris deponentes de læsione, non deponunt de oneribus rei, nec de illius qualitatibus, ideo non probant læsionem, Marta cons. 166. n. 2.  
75 & 3. debent enim testes habere certam scientiam de statu, & qualitatibus rei, ut de Jo. Mar. Novarii Traç. de Priv. Tom. II.

illius valore deponere possint, Thomat. in decis. Rota Macerat. 50. n. 82. ubi n. 86. subnectit juris præsumptione rem in dubio judicari venditam justo pretio, & n. 483. & 506. ait 77 testes deponentes de valore, teneri reddere rationem per statum, qualitates, & onera rei, etiam non interrogati de quibus debent esse bene informati n. 485, & in dubio præsumitur 78 justum, & non læsio, idem ibidem num. 490. & seq. & nimirum, ex qualitatibus rei, & red- 79 ditu sit æstimatio, idem Thomat. ibidem num. 404. Cum onera debeant deduci, ut ibi, & 80 ideo debent habere notas rei qualitates, idem ibi n. 503. & seq. Et si celeriter & ex abrupto 81 deponerent de valore rei, sine consideratione, & 82 & discussione, & inconsideratè non probarent, Thomat. in d. decis. 50. n. 507. & 509. Et non 83 solum testes debent animadvertere ad onera rei, sed etiam ad malos vicinos, qui diminuunt pretium, I allong. in racemat. in 2. & 48. nu. 44. & nimirum, quia venditor tenetur de- 84 clarare, & notos facere vicinos emptori rei, venditæ, & illos non celare, aliàs esset obligatus ad interesse si malos vicinos cælasset l. 84 quod Jape §. fin. ff. de contrahen. empt. Et res tantum valet, quantum bonus vir diligensque pater familias esset daturus, & non juxta il- 85 lius vel alterius affectionem, Cutell. in decis. 1. num. 55.

Et quòd testes debeant deponere de oneribus, sequitur Farinac. decis. 196. n. 5. par. 2. to. 1. & dec. 444. n. 4. & 5. d. part. 2. tom. 1. & dec. 457. num. 4. Et deponentes de læsione debent percutere tempus contractus, & 87 deponere de comestinatione, & valore, Rota 88 decis. 311. num. 5. par. 2. in Noviss. Et debent reddere rationem sui dicti, quæ sufficit si dicant quia vicini, & practici, Rota ibid. n. 8. Et debent deducere onera, Rota in practi- 90 cabilibus post par. 2. num. 129. in novissimis. Et debent esse informati de qualitate rei, Rota 91 dec. 553. n. 2. par. 4. In noviss. Et debent scire 92 confines rei aliàs de illius valore non possunt deponere, Rota in allegata decis. 553. Et res tanti valere potest, quantum ex illa per spatium viginti annorum percipi potest, Rota 93 decis. 871. n. 1. par. 4. in noviss. quod sequitur Perillusstriff. Dominus meus D. Joann. Antonius Novarius meritissimus Canonicus, & unus ex Auditoribus Archiepiscopatus Neapolitani, in scholiis ad ll. C. in l. instar. n. 2. de jurè fisci. lib. 10. Debent testes deponere de qualitatibus, quæ possint & diminuere, & augere pretium, Farinac. in decis. 20. n. 1. part. 2. 94 tom. 1. ubi num. 2. subnectit, quòd valor non probatur per testes, qui nesciant onera, & rei qualitates, quibus res est obnoxia, ideo 95 de his non informati, non probant, ut ibi n. 96 3. & 4. Nec debent deponere de judicio, vel per verba poterat valere, vel tanti, ipsi emissent, & debent percutere tempus celebrati 98 contractus nec per dictionem (Circa) Mar. 99 Ant. var. resol. lib. 2. resol. 34. num. 6. & seqq. ubi num. 12. fortius subjungit, quòd si testes deponerent de valore rei simpliciter, si non 100 facerent mentionem de pacto de retrovendendo, non probarent, quia illud est pars pretii l. fundi partem ff. de contrab. empt. Et nos copiosè diximus in allegata nostra allegatione post 101 Collel. Episcopi Ricc. 3073. par. 7.

Et pretia rerum non debent constitui extorculari affectione, sed communi æstimatione,  
O o

103 tione *Marta*, *conf.* 80. *num.* 2. Cum onerum deductione, *Marta consil.* 39. *num.* 29. Quia  
 104 ob onera, quibus res, & bona sunt affecta, æstimatur dimidia minus, vel pro tertia parte minus, *idem Marta conf.* 258. *num.* 1. &  
 105 seqq. Et ideo pretium solum tempore contractus præsumitur justum, quia tunc æstimatio præsumitur facta, habita notitiâ qualitatum rei, *Marta ibi num.* 45. Et tandem est animadvertendum, quòd hoc petium territorii fuit bis venditum, & semper eodem pretio, quæ geminatio, & venditionis reiteratio eodem pretio facta fecit cessare læsionis præsumptionem, *Thor. in voto* 89. *num.* 76. ubi *num.* 78. id maximè data longi temporis intercapedine.

His omnibus attentis Cæsar de cuncto, cuius partes ipse defendo, sententiam in ejus favorem reportavit in prima instantia, prout etiam speratur in secunda instantia in qua per appellationem adhuc lis pendet indecisa, nisi Doctor Martellinus partis adversæ tutor, aliqua nova produxerit, semper enim veluti alter Saturnius, de quo *Ulpian. in l. 1. ff. de senator.* Nec usquam relata, nec unquam recepta, imò nec à seculo audita in campum afferre solet.

Franciscus Severinus.

S U M M A R I U M.

*An Vicarius Apostolicus possit substituere numer.* 1.  
*Vicarius Generalis Episcopi an possit substituere numer.* 2.  
*Vicarius Capitularis an possit substituere, numer.* 3.  
*Vicarius an possit substituere ejus consanguineum, num.* 4. & 5.  
*Episcopus an possit creare Vicarium Generalem ejus consanguineum, num.* 5.  
*An Religiosus possit creari Vicarius Generalis Episcopi, num.* 6.  
*Religiosi an possint extra claustra exercere officia Ecclesiastica, n.* 7.  
*Fratres Mendicantes an in privilegiis Monachorum, & non Mendicantium communi-cent numer.* 8.  
*Mendicantes strictioris Observantiæ, nec in communi, nec in particulari proprium habere possunt, num.* 9.  
*Verba debent intelligi in proprio, & potentiori significatione, num.* 10.  
*Substitutio an expiret morte substituentis, numer.* 11.  
*An mortuo Vicario Apostolico, possit Capitulum eligere Vicarium Capitularem, num.* 12. & seqq.  
*Capitulum quando possit eligere Vicarium Capitularem, n.* 13. & 14.  
*An Vicarius Apostolicus, & ab eo substitutus possint litteras dimissorias ad ordines suscipiendos concedere, num.* 15. & seqq.  
*An Vicarius Generalis Episcopi possit litteras dimissorias ad ordines concedere, n.* 16.  
*An habentes quasi jurisdictionem Episcopalem extra Præsulem, possint has litteras concedere, n.* 17.  
*Taciti, & expressi eadem est virtus, nu.* 18.  
*Quibus sit data facultas concedendi litteras dimissorias, numer.* 19.

*An litteræ dimissoriales expirent morte concedentis, num.* 20.

*An Episcopus possit illas concedere extra Diocesim, num.* 21.

*Qua pæna afficiantur promoti ab alieno Episcopo sine litteris dimissorialibus, numer.* 22.

*Et qua pæna afficiantur Episcopi promoventes alienigenos sine litteris dimissorialibus Ordinarium, n.* 23.

*Qua pæna plectantur promoti falsis dimissoriis, num.* 24.

*An Clerici alienigeni sint recipiendi in aliena Diœcesi sine litteris dimissorialibus Ordinarii, num.* 25.

*An pro litteris dimissorialibus, liceat aliquid accipere, num.* 26.

*De litteris dimissorialibus remissivè, & disse, n.* 27.

*An Episcopus possit Ordines conferre exteris morantibus in ejus Diœcesi, num.* 28.

*An Episcopus possit denegare litteras dimissoriales Presbyteris simplicibus, volentibus proficisci, n.* 29.

*Qua pæna puniantur celebrantes in aliena Diœcesi sine litteris dimissorialibus proprii Episcopi n.* 30.

*An gesta à nulliter substituto, qui rectè, & validè substitutus communiter censetur, sint valida, & manutenenda, num.* 31. & 32.

*Communis error facilius, num.* 32.

Dum Laurentius de Magistris U. J. D. de Somnino Capitaneatus officium exerceret in hac Patria mea Roccæ Monfinæ, semel mecum cum confabularetur, me interrogavit, si Vicarius Apostolicus poterat substituere, postquam quidam ejus patruus fuit per sanctam Sedem Apostolicam, suspenso quodam Episcopo, destinatus Vicarius Apostolicus in illius Diœcesi, & ob impedimentum infirmitatis substituit dictus Vicarius ejus nepotem Religiosum, circa quod de pluribus fuit dubitatum, orto Capitulari tumultu.

Primò, An dictus Vicarius Apostolicus potuerat substituere.

Secundò, An præfatus substitutus sit capax dictæ substitutionis tanquam Religiosus.

Tertiò, An substitutio exspiraverit morte substituentis.

Quartò, An Capitulum potuerit Vicarium Capitularem eligere in morte Vicarii Apostolici.

Quintò, An dictus substitutus potuerit litteras dimissoriales concedere ad Ordines suscipiendos.

Sextò, & demum, An gesta per ipsum substitutum sint manutenenda.

Circa primum dico, quòd tum de jure, tum de facto ex Brevi ut mihi fuit relatum, poterat dictus Vicarius in casu necessitatis substituere; de jure quidem, *l. 2. ubi glos. in verbo, eos, & in verbo Restorem C. de offic. ejus qui vic. alienat. Jud. obt. Alex. in l. 1. numer. 55. & seq. ff. de offic. ejus, & ubi Dec. numer. 70.* Et de tali infirmitate, & impedimento statuti assentioni Judicis substituentis, *Alexand. in alleg. numer. ubi additio in verbo, subrogatis;*

rogatis; hoc etiam habet ex potestate *Barb. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. n. 99.*

De facto non est dubitandum, ex allegato Brevi Sanctissimi, ubi ut fertur, legantur verba expressa hujusmodi facultatis substituendi. De potestate Papæ, concedentis non est dubitandum, *cap. licet de preb. in 6. Clem. 1. in fine, ut lite pendente. Paris. conf. 82. num. 22. lib. 4. Rosa in decis. 778. num. 1. in recentioribus.* Est verum quod remota causa infirmitatis, vel aliquo impedimento non existente, & remotâ facultate substituendi, Vicarius Papæ alium Vicarium loco sui deputare non potest, *Card. in Clem. si principalis, num. 4. de rescript. Mar. de ord. Judic. part. 4. distinct. 5. pri. nu. 22. Narb. de appellat. Vicarii ad Episcopum part. 1. num.*

219. *in fin. Sicuti nec Vicarius Episcopi, Paris. de resignat. benefic. lib. 7. c. 24. n. 70. & seq. Guid. bon. advoc. 32. n. 31. & seqq. Episcop. Ricc. variar. resol. p. 2. resol. 113. Mart. conf. 92. num. 8. & seqq.* Sicuti etiam Vicarius capitularis, remotâ facultate Capituli, *Mastrill. dec. 236. n. 5. & seqq. Episcop. Ricc. dec. 169. par. 2.*

4 Sed an iste Vicarius potuerit substituere ejus nepotem? videbatur asserendum quod non, sicuti Episcopus non potest Vicarium Generalem ejus consanguineum, ut docet Communis præceptor *D. Jo. Maria Novarius in suo doctissimo tractatu de Gravaminibus Vassallorum tom. 1. gravam. 198.*

5 Sed contrarium in Vicario substituente asserendum est, in quo non militat ratio, quæ in Episcopo militat; nam ideo Episcopus non potest creare ejus consanguineum Vicarium Generalem, quia subditi, licet indebitè à Vicario Episcopo conjuncto vexarentur, tamen ne ipsi Episcopo displicerent, de facili omnia gravamina tollerarent, quod non militat in Vicario substituente, in quo cessat timor, displicentia, & tolerantia prædicta, ideo debet cessare in eo, quod in Episcopo reperitur sancitum, *arg. l. adjicere, §. quamvis, ff. de jure patronat. & cap. cum cessante, de appellat.*

6 Circa secundum concludendum est substitutum esse capacem dictæ substitutionis de licentia sui superioris, quæ supponitur cum Religiosi possint Vicarii munus exercere cum licentia eorum Superiorum, *gl. in cap. de presentium 12. q. 1. & in cap. Monachi in verb. Abb. ead. quæst. glos. in cap. si quis, & ibi DD. in verbo majorem distinct. 58. Mil. rep. verb. Vicarius Episcopi Abb. in cap. causa de elect. & in capit. final. num. 4. de cleric. egrot. Joann. Andr. in Clement. si principalis, & ibi Card. num. 17. Imol. num. 16. de rescript. Rebuff. in prax. tit. de offic. Vicarii num. 3. Corrade de templo omn. Judic. lib. 2. cap. 6. num. 5. Vic. Episcop. Franc. Mar. in decis. 1286. in princip. part. 1. Vant. de nullit. ex defectu Juris delegati num. 82. Fusc. de visit. cap. 15. num. 100. lib. 2. Guid. Pap. in decis. 663. in princip. Rota decis. 3. de offic. Vic. in antiq. in cap. cum causa num. 8. de elect. Sbroz. de offic. Vic. quæst. 38. & 39. del. Zecc. de Reip. Eccles. sub tit. de Vic. Episc. cap. 39. num. 2. Paris. de resignat. Benefic. lib. 9. quæst. 4. n. 5. Episcop. Ricc. variar. resol. libr. 2. resol. 531. Episcop. Camp. in divers. Jur. Canon. Rubr. II. cap. 13. num. 118. quidquid dicat Borrell. consil. 25. Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II,*

num. 14. qui debet intelligi remota licentia Superioris.

Nec obstat, quod prædicti DD. loquantur de Religiosis Monachis, quia stante Constitutione Urbani . . . . . 10. 17. de claus. cit. cust. cujus vigore fratres de licentia superioris possunt exercere officia Ecclesiastica, etiam extra claustra; etiam iis applicatur, quia ideo hoc munus Monachis conceditur, quia non habentur funditus pro mortuis, sed multa officia exercere non prohibetur, *Det. conf. 199. in pr. Abb. & Felyn. in c. P. & A. de re judicata Guid. Papa dec. 563. num. 2. Vant. de nullit. ex defectu Jurisd. deleg. num. 82. Card. in Clem. 1. §. ad prioratum, n. 6. de regul. Rot. in d. dec. 3. de offic. Vic. in antiq. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 89. n. 6. & seq. & n. 13.* Tunc quia fratres Mendicantes communicant in privilegiis Monachorum, & non Mendicantium, juxta Bullam Clement. VII. quem refert Hieron. à Sorb. in compen. privil. vers. communicant n. 19. & habetur ex motu proprio Alex. VI. pro August. quem refert dictus à Sorb. ibidem n. 21. Navarr. de regul. conf. 74. n. 3. tom. 1. & expressius Sanchez in oper. moral. c. 13. n. 88. Quod extendit ad officium coadjutoris Episcopi *lib. 6. c. 29. n. 84.* Nec obstat *Clementin. 1. de regul. §. ad priorat.* quia juxta tradita per Sanchez in loc. relat. intelligi de Mendicantibus, qui ad non mendicantes transierunt, ut habetur expressè ibi in *gl. vel intelligitur de Mendicantibus strictioris observantiae, qui nec in communi, nec in particulari proprium habere possunt, cum verba in jure debeant intelligi in proprio, & potentiori significato, l. 4. §. hæc verba ff. de negot. gest. & in c. nostro de injuriis nimirum si glos. in dic. loco Augustinianos inter non Mendicantes numeraverit, cum tamen hi mendicantes communiter appellentur, nam aliter de conventualibus etiam verificaretur *extravag. qui cunctos de offic. Cust. cum dicit Fratres Mendicantes sine speciali licentia Sedis Apostolicæ non posse plures Campanas habere, non obstante quod Conventuales, ut dicit Navar. de Regular. consil. 63. sint largiores cæteris omnibus Mendicantibus, & de hoc non est dubitandum, cum idem munus multi Conventuales, diversis in Diocesisibus diverso tempore exercuerint, ut in una Anconitana de Fratribus de Monte Carmelo, & in una Spoletana ex Fratribus Sancti Francisci.**

Circa tertium dico, quod substitutio non ita expirat morte substituentis, & officium continuari potest ad novam creationem; & adventum Successoris *cap. si de legat. lo. 7. de offic. & potest. Judicis delegati in 6. & cap. licet lo. 3. ubi glos. in verbo utinam extra de offic. & potest. Jud. delegat. l. curatorem ff. de tutor. & curator. datis ab his Boer. decis. 144. num. 14. & 15. ne Civitas Rectore careat, l. meminisse ff. de offic. procurat. Casar. Marant. in Prax. dist. 5. princip. num. 18. & 20. quod procedit usque per novum officialem præsententur litteræ, & sindic. verb. sequitur modo, Bertaz. consil. criminal. 71. n. 58. vol. 1. quod maximè procedit in casu nostro, in quo facultas substituendi fuit data à Summo Pontifice, & sic non dicitur substitutus à Vicario*

caro Apostolico, sed à Papa, cujus autoritate substitutus fuit *cap. non indiscretè §. licet ubi gl. verb. substituendi de procurator. in 6. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quest. 99. n. 3. & in allegat. cap. si delegat. de offic. & potest. Judicis delegati, & ità decifum fuisse in Sac. Conf. testatur Praj. de Franch. in decif. 255. Avend. de exeq. mand. Reg. part. 1. cap. 3. n. 36. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 25. Giurba dec. 9. facit test. in l. questum ff. de tutelis, ubi tutor datus in locum absentis, illo mortuo, adhuc durat, & Officialis tutori æquiparatur, l. praefectus ff. de rit. nups. & novissimè Reg. Const. in tit. de Decurionibus n. 52. Mastrill. de Magistrat. l. 5. cap. 6. num. 169. volum. 2. Reg. Apont. consil. 54. n. 45. vol. 1. Regen. Tap. de Jur. Regn. lib. 2. tit. de offic. Const. n. 12. & 13. satis abundè Episcop. Ricc. collect. 1599. Pheb. decif. 80. n. 20. & seqq. p. 1.*

- 12 Circa quartum, supposita validitate substitutionis certum est Capitulum non posse eligere Vicarium, cum ipsum eligere possit, Sede vacante, & nullo in jurisdictione existente c. 1. ut Sede vacante, & declaratio validitatis, vel invaliditatis substitutionis non spectat ad Capitulum, sed ad Summum Pontificem, Imò dato, & non concesso, quòd substitutio nulla esset, adhuc nec Capitulum Vicarium eligere posset, nam cum succedat in jurisdictione Episcopi jam suspensi, in casu nostra, & illius jurisdictionis sit devoluta ad Sac. Congr. Card. & ad Summum Pontificem nullo modo potest Capitulum Vicarium eligere, nec ad talem effectum se congregare, *Add. ad Summ. Bullar. Stephan. Quarant. sub tit. de Capit. Sed Vacant.* Addo quod
- 13 Capitulum non potest Vicarium eligere, nisi per Episcopi mortem naturalem vel civilem, quæ eundem in proposito sortitur effectum; *cap. si Episcop. lo 3. de supplenda neglig. Pralat. Sàyr. de censur. lib. 1. cap. 3. n. 39.* Unde per ingressum Religionis, renunciationem, depositionem, cessionem, translationem, relegationem, permutationem, vel per aliam similem Episcopi abdicationem, Vicarii jurisdictionem extingui ex pluribus refert *Sbroz. de offic. Vicar. lib. 3. q. 42.* & proinde deposito Episcopo ad Capitulum pertinebat Vicarium eligere, sed quia Papa sibi reservavit factà depositione, Vicarii electionem, & per manus appositionem Sedis Apostolicæ affecta est, nec potest exinde Capitulum de hac re amplius se intromittere.

- 15 Circa quintum, an dictus substitutus potuisset litteras dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere est animadvertendum, quòd in decreto suspensionis Episcopi lato per Eminentissimos Dominos Cardinales Judices dictæ suspensionis, fuit dicto Vicario Apostolico concessa facultas privativè quoad Episcopum concedendi litteras dimissorias ad quoscumque ordines suscipiendos, sed per Brevi Sanctiss. Creationis dicti Vicarii fuit hujusmodi facultas illi restituta circa ordines minores tantum, cum ad Ordines Sacros suscipiendos dimissoria fuerint reservata Episcopo, ut in allegato Brevi contineri mihi relatum fuit, qui Episcopus post nonnullos dies ante substitutionem factam per dictum Vicarium in personam dicti sui nepotis per familiares litteras concessit dicto Vicario Apostolico facultatem prædictam

sibi reservatam concedendi dictas litteras dimissorias ad quoscumque ordines suscipiendos.

Verùm dubitatur, quid de jure dicendum sit.

Dico, quod potuit dictus substitutus litteras dimissorias ad quoscumque Ordines concedere, nam Vicarius Generalis Episcopo in remotis agente potest litteras dimissorias concedere, *cap. cum nullus de temporib. ordinat. & in §. Episcopo, ubi gl. in verbo remotis, Ant. Succ. lib. 2. instit. moral. tit. 8. n. 10. Mandos. ad reg. Cancell. reg. 24. quest. 6. num. 9. & 10. Rebuff. in præx. de form. Vicar. numer. 47. Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. quest. 45. Episcopus Ricc. var. resol. lib. 3. resol. 232. & ex sententia multorum aliorum quos longa serie commemorat Barbof. de potestate Episcopi part. 2. alleg. 8. numer. 9. & in casu nostro non solum Episcopus erat in remotis, sed etiam à jurisdictione suspensus.*

Quod, & si *Henriquenz. in summa lib. 10. cap. 22. §. 3.* affirmet quilibet personas extra Præfulem habentes jurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam, vel voluntariam, nequirem dictam licentiam elargiri, tamen *Stephan. Gratian. tom. 1. disceptat. forens. cap. 12.* defendit Ordinarium privativè quoad Episcopum, jusque habentem visitandi, Synodum faciendi, posse tales litteras dimissorias concedere, nec contra ipsum facere *Concil. Trident. sess. 25. cap. 10. Barbof. de potest. Episcop. part. 2. allegat. 7. numer. 9.* Possunt etiam dictas litteras concedere inferiores Prælati, si iis à Sede Apostolica sit concessum ex dicto *cap. cum nullus §. inferiores.*

Concludo igitur substitutum potuisse litteras dimissorias ad Sacros Ordines concedere, quia præsupponitur, substituentem eam facultatem ab Episcopo habuisse per litteras familiares, ut diximus, & licet eam delegare non potuisset, quia ad hoc necessaria erat expressa delegandi facultas ex deductis per *Barbof. in loc. sup. relat. & in alleg. 54. numer. 97.* tamen ex juris permissione tacitè censetur data facultas Episcopo in remotis agente, prout erat iste de quo agitur, per ea, quæ habentur in *alleg. c. cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* cujus argumento ità perbelle resolvit Episcopus Ricc. in ejus praxi aurea Episcopali *resol. 18. p. 2.* nihil enim refert quod facultas hujusmodi expresse data sit concedendi dimissorias ad ordines sacros, vel tacitè jure concedatur in casu necessitatis, nempe Episcopo in remotis agente, cum 18 tacitè, & expresse eadem sit virtus *l. cum quid ff. si certum petatur.*

Quibus autem indulgeatur hujusmodi facultas concedendi litteras dimissoriales, perbelle Episcop. Ricc. in dic. Prax. aur. p. 3. *resol. 235.* & an expirent morte concedentis, *Novar. satis optimè lib. 1. qq. for. 9-20 121. Gust. lib. 2. Can. 99. cap. 17. Gonz. de mens. & alter. glos. 12. numer. 36. & 37.* An Episcopus possit illas concedere extra Diocesim, Ricc. in d. prax. p. 3. *resol. 233.* & de pœna infligenda promotis ab alieno Episcopo sine his literis *idem Ricc. ibid. res. 236.* & qua pœna afficiantur Episcopi, *idem ibidem resol. 234. & 237.* & qua pœna afficiantur promoti falsis dimisso-

## de malè Ablat. Privileg. 405

dimissorii, idem dec. 9. part. 1. & decis. 89. p. 1. & decis. 187. part. 3. & D. Novar. super  
 25 *pragm. collect.* 189. num. 12. An Clerici alienigenæ sint recipiendi in aliena Diocesi sine dimissorii, *Gen. in Prax. Episcop. cap. 40. nu.*  
 261. & seqq. An pro dimissorii liceat aliquid accipere citra vitium simoniæ, *Ricc. par. 3. prax. Eccl. resol. 418. de istis dimissorii diffusè Barbos. in alleg. 7. per totum, Paul. Pia-sec. in prax. Episcop. de confer. Ord. c. 2. Grat. disc. for. cap. 430. tom. 3. ubi testatur posse*  
 28 Episcopum exteris sibi notis, qui in ejus Diocesi morantur, ordines conferre sine istis dimissorii. An Episcopus possit denegare has litteras dimissoriales Presbyteris simplicibus, volentibus proficisci, negat *D. Novar. in tr. de gravam. Vassall. tom. 1. gravam . . . .* Et  
 30 qua poena puniatur celebrans in aliena Diocesi sine litteris commendatitiis proprii Episcopi, *Ricc. decis. 150. p. 1. Barb. de potest. Episcop. part. 1. alleg. 21. hactenus de dimissorii, &c.*

Circa 6, dico quod aut supponimus substitutionem fuisse validam, & dubium esset extra omnem difficultatem, aut supponimus inhabilitatem, & incapacitatem substituti, & dico omnia gesta per ipsum vigore sui tituli putativi substitutionis validæ cum communi, valida esse *arg. notat. l. barbarius ff. de offic. prator. Guid. Pap. decis. 563. nu. 2. & eleganter Sanchez de matr. lib. 3. disp. 22. Rot. Rom. in decis. 608. num. 12. & 13. part. 2. in recent.*  
 32 ubi præter communem errorem fuerunt declarata validæ collationes factæ ab Ordinario in mensibus Papæ, non obstante *reg. 8. Cancell. de reserv. 8. mens. Paris. de resign. benef. l. 7. q. 27. num. 45. & 46. ubi ait quod sufficiat quem reputari habilem communi hominum reputatione, licet sit inhabilis, & propterea, concludit valere instrumentum per Notarium inhabilem, si communiter habilis reputabatur; idem auctor. in eod. tract. de resign. benef. lib. 4. q. 2. num. 21. & seq. diffusè Gab. commun. concl. de probat. concl. 8. Guid. bon. Advoc. 10. num. 1. & seqq. Asc. de term. 176. Præs. de Franc. decis. 444. & ibi Barb. de potest. Episcop. lib. 2. alleg. 25. nu. 43. & 44. Gars. de benef. p. 5. §. 3. num. 267. Caval. pract. 99. q. 386. Rot. Aven. de Laurent. dec. 139. Tiracquell. de leg. Connub. l. 16. gl. 8. num. 144. & seqq. Ripoll. variar. resol. cap. 1. num. 420. Calà de mod. art. gl. mag. nu. 1440. Oter. lib. 2. diver. quæst. Jur. q. 3. nu. 3. & 18. Rot. in recoll. à Farinac. decis. 71. tit. 1. p. 1. & novissimè Thor. in vot. 78. nu. 19. & seq. De his hactenus.*

Franciscus Severinus.

### S U M M A R I U M.

*In contractu usurario, & simulato, & pignoratitio non cadit prescriptio, nu. 1.*  
*Ex enormissima læsione oritur dolus, nu. 2.*  
*Dolus annullat contractum, nu. 3.*  
*Læsio arguit dolum, num. 4.*  
*Stante dolo emptoris, cessat prescriptio, numer. 5.*  
*Dolus uti venenum inficit, & corrumpit, numer. 6.*  
*Dolus est deterior multiplici culpa, num. 7.*  
 - Jo. Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.

*Quæ sint comites, & affines doli, nu. 8.*  
*Prescriptio, ubi adest dolus, & mala fides, cessat, num. 9.*  
*Existente contractu simulato, & pignoratitio, fructus percepti restitui debent, numero 10. 18.*  
*Quando contractus est fictus, & fictum pactum de retrovendendo, censetur pignoratitius, & non venditionis, num. 11.*  
*Ex contractu simulato, & pignoratitio, non transfertur dominium, nec possessio, nec usucapiendi conditio, nu. 12.*  
*Ut contractus dicatur usurarius, & pignoratitius, quot requirantur, numer. 13. & seqq.*  
*Quando venditur res cum pacto de retrovendendo, cum maxima læsione, videtur potius data in pignus, cum pacto lucrandi fructus, quàm vendita, nu. 14.*  
*Fructus pignoris percipi non possunt, illos non computando in sortem, numer. 15. 17. & 20.*  
*Fructus percepti, existente contractu nullo, restituantur, restituto pretio, & compensato interesse illius, nu. 21.*

Quando contractus dicatur simulatus, & pignoratitius, & quot requirantur, an in eo cesset prescriptio, & fructus debeant restitui.

**I**N aliis nostris allegationibus conclusimus N. de Sciarriello Sancti Juliani Cafalis, Civitatis Theani hæredem quondam N. de Sciarriello, qui vendiderat quoddam pretium territorii quondam N. de Masellis Civitatis Suefæ cum pacto de retrovendendo intra quadriennium, potuisse agere adversus hæredes dicti quondam N. de Masellis emptoris non obstante lapsu temporis quinquaginta octo annorum, ex rationibus, de quibus in dictis allegationibus, quibus addo, dicto hæredi venditoris non obstare prescriptionem; non solum ratione, quia contractus censetur simulatus, pignoratitius, & usurarius, in quo, ut in dictis allegationibus affluenter diximus non cadit prescriptio, sed etiam, quia stante enormissimâ læsione satis ultra dimidiam, præsumitur dolus, *Gall. conf. 112. num. 20. Reg. Tapia decis. 23. numer. 114. sup. 5. Cavalier. decis. 2. de omiffis num. 5. Thor. novissimè in alleg. post vota num. 44. & in fine dictæ alleg. qui dolus reddit contractum nullum Mar. Antonio var. resolut. lib. 2. resol. 17. num. 6. & 7. læsio arguit dolum, Gram. decis. 76. numer. 12. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resol. 15. num. 24. vers. insuper &c. Rota dec. 102. numer. 2. & 3. part. 2. in novissimis Jo. de Amicis conf. 33. num. 28. Camill. De Medic. conf. 25. numer. 4. & 18. Gall. conf. 39. num. 20. & seqq. & conf. 68. numer. 24. Mar. Ant. var. resolut. lib. 2. resol. 69. casu 24. vers. insuper, &c. & resol. 60. numer. 20. vers. 3. &c. ubi præsumitur dolum, & contractum esse nullum, Calà de modo art. gl. magn. num. 1119. Igitur stante dolo emptoris ex maxima læsione orto non potest esse locus prescriptioni, cum dolus uti venenum inficiat, & corrumpat, *Burg. de dolo lib. 4. cap. 4. nu. 4. & dolus est deterior multiplici culpâ, idem Burg. lib. 3. c. 1. n. 28.*  
 O o 3 Et*

- 7 Et doli comites, & affines, sunt culpa, fraus, mendacium, perfidia, calumnia, mala fides, simulatio, & mora idem *Author. in dic. tractatu de dolo lib. 5. cap. 1. num. 1. & seqq.* Unde his attentis, nescio quomodo possit subsistere ex adverso allegata præscriptio contra *tex. in cap. vigilantibus, & in cap. fin. de præscript.*
- Sed dubitatur an hæredes emptoris, non solum teneantur ad relaxandum pretium territorii, sed etiam ad fructus perceptos, & conclusively procedendo, dico quod stante enormissima læsione non solum contractus dicitur simulatus, & foeneratitius, & non patitur præscriptionem, sed etiam fructus percepti, in sortem imputantur, & sic pretium ipsum extenuant ita perbellè in propriis terminis, *Rota Luc. divers. decis. 60. vers. Namque, &c. & nos affatim diximus in allegat. post Collect. Episc. Ricc. mei domini observandissimi, 3073. part. 7.* Ex eo, quod contractus sit fictus fictumque sit pactum de retrovendendo, præsumitur pignoratitius, & non venditionis, & ob nullum in emptore fuit translatum dominium; nullaque possessio, nec usucapiendi conditio, *Ripa in l. nemo potest num. 67. ff. de legat. 1. Afflict. decis. 40. num. 17. quos citat. Rot. Luc. in dic. dec. 60. cum multorum testimonio, asserentium in hoc casu nullam dari præscriptionem.*
- Et quod contractus dicatur pignoratitius, & usurarius, & quod duo tantum sufficiant, habemus *tex. ad litteram in c. ad nostram de empt. & vend. Perbellè Laderch. conf. 132. & stante enormissimâ læsione duo sufficere, nempe pactum, de retrovendendo, & modicitas pretii, ut contractus dicatur foeneratitius, & pignoratitius, ac fictitius, Monach. decis. Bon. 1. nu. 9. & 10. & videtur magis res in pignus data, cum pacto lucrandi fructus, quam vendita, & pignoris fructus percipi non possunt, non computando in sortem l. 1. & 2. C. de pign. act. in propriis terminis Valaf. conf. 41. & quod duo sufficiant, Minad. conf. 28. num. 14. & 15. & hanc esse communem testatur Grammat. decis. 76. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 122. num. 31. Borrell. conf. 35. nu. 27. & 28. & conf. 63. num. 9.* Et licet hæc quaestio sit valde controversa, si duo, vel tria requirantur, ut contractus censeatur usurarius, & pignoratitius ex relatis per *Martam in conf. 80. nu. 22. cæterosque DD. à nobis allegatos, conveniunt tamen omnes, quod quando modicitas pretii concurrat cum pacto de retrovendendo temporali, duo sufficiant, Marta ibidem num. 23.* Unde non mirum, si fructus percepti computentur in sortem secundum tradita in *cap. illo vos. de pignor.* Et duo sufficere, & 17 fructus perceptos in sortem computari, fatetur *Ripoll. var. resol. cap. 11. nu. 220. & seqq. & ita passim in Regno servari, quod duo sufficiant, refert, R. Rovitus in prag. 1. num. 50. de fide memor. Petra ad Gram. in dicta dec. 76. nu. 15. & 16.* Unde si contractus judicatur simulatus, & pignoratitius, merito fructus debent in sortem imputari, & si ultra sortem percepti restituendi secundum tradita in l. 1. & 2. C. de pignor. act. *Alex. Trent. var. resol. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. Matt. conf. 17. num. 3. Farinat. decis. 672. nu. 4. par. 2. tom. 2. Mezz. de contract. tit. de pignor. & hypoth. de natur. nu. 1. & seq. Capeblan. in prax. 1. nu. 273. & seq. de offic. & Auth. Bar. Crivell. dec. 83. Steph. Grat. tomo 4. d. disc. for. cap. 706. nu. 15. & seqq. Arnald. Ferr. ad Consuet. Burdig. tit. de retract. & 21. Gait. de Credito cap. 2. c. 7. num. 2242. & seqq. & cap. 4. quest. 8. nu. 980. & seqq. & nu. 991. & seqq. & nu. 1006. & seqq. Rendell. de Forest. & pasc. fol. 329. & de Vineâ par. 2. cap. 1. fol. 8. Vivi. decis. 373. Theff. decis. 78.* Et ite juris esse consulo, quod non tantum hæredes de Masellis teneantur ad relaxationem territorii, sed etiam ad fructus perceptos compensato interesse pretii soluti, juxta tradita per *Thor. in allegat. post vota propè finem, & per Donat. Ant. de Marimis, quonid. resol. cap. 153. & Capeb. in all. prag. 1. nu. 274. & Theff. in alleg. decis. 78.* Et ita post hæc scripta fuit decifum per Curiam Suelanam ad favorem mei crientilii.
- Franciscus Severinus.



# INDEX

## LOCUPLETISSIMUS OMNIUM RERUM IN HOC VOLUMINE CONTENTARUM,

*Alphabetico ordine digestus.*

### A.



**A**BLATUM quid dicatur? *Pra-*  
*lud. 1. n. 2. 3. & 5. pag. 342.*  
Absens pro mortuo reputatur.  
*Quaest. 5. num. 15. & Quaest. 7.*  
*nu. 12. 62.*  
Absolutio à juramento non est necessaria in  
Regno, in contractibus mulierum se obli-  
gantium pro alio. *Privil. 113. n. 10. 293.*  
Absolutionem à Romano Pontifice petere de-  
bet qui violentas manus in Clericum inje-  
cit. *Quaest. 3. nu. 247. 42.*  
Absurdum evitandum. *Allegat. n. 11. 398.*  
Accidens sæpe magis quam natura attenditur.  
*Quaest. 3. n. 55. 28.*  
Accidentaliter evenientia naturalem qualitatem  
aut rei substantiam non mutant. *Dicta quaest.*  
*3. n. 29. vers. Ex quibus. 24.*  
Accrescendi jus invitis accrescit. *Quaest. 17.*  
*num. 90. 166.*  
Nisi in milite. *Quaest. ead. 17. n. 91. ibid.*  
Accusans aliquem tenetur se subscribere ad  
poenam talionis, si non probaverit id, de  
quo accusat. *Privil. 93. n. 1. 274.*  
Quod hodie non observatur. *Id. Privil. nu-*  
*mer. 2. ibid.*  
Aliquem accusans de delicto & deinde non  
probens, tenetur actione injuriarum. *Id.*  
*Privil. 93. nu. 3. ibid.*  
Accusatore non probante reus absolvitur.  
*Privil. 56. nu. 5. & Privil. 139. nu. 2. 246.*  
*& 308. Quando id fallat? Id. Privil. 139.*  
*nu. 3. 308.*  
Accusatus de crimine pro quo poena sangui-  
nis constituta est, per procuratorem defen-  
di non potest. *Quaest. 9. nu. 113. 108.*  
Acquisita constante matrimonio, inter conju-  
ges communicantur. *Quaest. 3. n. 226. 40.*  
Acridophagorum vitæ, mortisque miserandæ  
genus. *Quaest. 1. n. 3. remis. 9.*  
Acta facta per Clericum Procuratorem valent

si de invaliditate non opponatur. *Privil.*  
*91. nu. 10. pag. 273. & 274.*  
Actio rei persecutoria, re extante pro ea  
datur; non existente, ad æstimationem  
contra furem, vel ejus hæredem; non hy-  
pothecaria. *Quaest. 8. nu. 40. 72.*  
Per alium ipso jure acquiri nequit; cessio-  
que desideratur. *Ead. quaest. 8. n. 259. 88.*  
Et quid juramento interveniente, aut ho-  
die regulariter. *Ead. quaest. n. 259. ibid.*  
Aquæ pluvix arcendæ, adversus agricolas  
denegatur. *Quaest. 13. nu. 83. 136.*  
Et passio in eodem subjecto consistere ne-  
queunt. *Quaest. 14. nu. 27. 139.*  
Injuriarum. *Vide Injuriarum actio.*  
Competit ex voto, ut aiunt in foro interio-  
ri. *Privil. 43. nu. 4. 382.*  
Vide *Privil. 43. nu. 5. ibid.*  
Amplia idem procedere favore Ecclesiæ.  
*Id. Privil. 43. nu. 6. 382. & 383.*  
Et favore Universitatis. *Id. Privil. 43. nu.*  
*7. 383.*  
Adversus exequutores testamentarios pro le-  
gato factio pro incertis, & male ablatiis  
quando detur? *Privil. 36. n. 1. 2. 3. & 4.*  
*377.*  
Actor debet sequi forum rei. *Privil. 98. nu.*  
*1. 277.*  
Quod limitatur in causa miserabilium perso-  
narum. *Id. Privil. 98. nu. 2. ibid.*  
Tenetur ædere reo quoad exceptionem  
fundendam. *Privil. 12. nu. 1. 215.*  
Amplia. *Id. Priv. 42. nu. 2. ibid.*  
Actore non probante reus absolvitur. *Privil.*  
*139. nu. 1. 308.*  
Etiam si reus nihil probaverit. *Privil. 56.*  
*num. 1. 245.*  
Amplia multipliciter. *Id. Privil. 56. num. 4.*  
*246.*  
Limita. *Id. Privil. 56. nu. 6. ibid.*  
Miserabili non probante an reus absolve-  
ndus sit? *Proæm. nu. 49. 6.*  
Actus agentis non operatur ultra intentionem.  
O o 4 Pri-

- Privil.* 39. nu. 13. pag. 236.  
 Voluntarius factus à majore parte Capituli valet, minori parte reluctante. *Privil.* 2. num. 3. 205.  
 Acquisitus per privilegium idem operatur quod id, quod concessum de jure communi. *Prelud.* 1. n. 5. & 6. 196.  
 Cessat, cessante causa, si sit finalis. *Privil.* 144. nu. 1. & 2. 312.  
 Judiciarius nequit fieri in die feriata. *Privil.* 52. nu. 1. 243.  
 Interpretari debet, ut causæ magis necessariæ & utili conveniat, & ita in dubio præsumitur. *Privil.* 30. nu. 2. 373.  
 Agentium non debent operari præter eorum intentionem. *Allegat.* nu. 12. 398.  
 Adam ob peccatum factus agricola, & ad terræ culturam damnatus. *Quæst.* 13. num. 1. 128.  
 Additio hæreditatis quando non sit necessaria ad effectum solvendi legata pia. *Privil.* 117. nu. 3. 298.  
 Administrator Ecclesiæ, vel pii loci ad rationum redditionem, & reliquorum solutionem condemnatus ad finem suspensivum appellare non potest. *Quæst.* 8. n. 375. 93.  
 Et an id in quolibet administratore regulare sit. *Quæst.* 8. nu. 374. *ibid.*  
 Ecclesiæ, vel universitatis, nec palam ejus bona emere potest. *Ead. quæst.* 8. numer. 191. 84.  
 Adulti, vel etiam pupilli palam poterat, licet hodiè secus. *Ead. quæst.* 8. num. 192. *ibid.*  
 Ecclesiæ ejus bonis ditatus præsumitur. *Ead. quæst.* 8. nu. 193. *ibid.*  
 Aliorum non præsumitur. *Ead. quæst.* 8. nu. 194. *ibid.*  
 Nec si reipublicæ, aut filii administrator sit. *Ead. quæst.* 8. n. 195. *ibid.*  
 Nisi malam reddiderit rationem. *Quæst.* 10. nu. 78. 115.  
 In præjudicialibus an contra factum suum venire possit administrator. *Quæst.* 8. num. 261. 88.  
 Ecclesiæ falsum instrumentum producens, an ei præjudicet? *Ead. quæst.* 8. n. 398. 94.  
 Fidem habere de pretio non potest. *Ead. quæst.* 8. nu. 118. & 119. 79.  
 Universitatis malè ejus rem gerens ad tutorem vel curatorem instar tenentur. *Quæst.* 10. num. 44. 114.  
 Reipublicæ pecuniam retinens, non solum cum usuris, sed si dolo fuerit versatus, ad usuras usurarum centesimalque tenentur, & punietur in quadruplum. *Ead. quæst.* 10. nu. 80. 115.  
 Et de levi culpa tenetur, non tamen ad usuras, sed ad fortem. *Ead. quæst.* 10. n. 80. *ibid.*  
 Rei vindicatione adversus eum experitur. *Ead. quæst.* 10. nu. 79. *ibid.*  
 Administratores & Syndicus excusantur ab hospitio. *Privil.* 105. nu. 3. 282.  
 Administratoris hospitalis, vel Ecclesiæ bona eidem sunt pro administratione obligata. *Proæm.* num. 61. 6.  
 Et an aliorum administratorum bona præterquam Ecclesiæ, vel minorum, tacitè pro administratione hypothecata existant. *Quæst.* 8. num. 36. & 37. 72.  
 Advea dicitur miserabilis. *Prelud.* 8. nu. mer. 6. pag. 201.  
 Advenæ pupillis & viduis æquiparantur, eademque in utrisque miserandi ratio, vel major extat. *Quæst.* 15. nu. 7. & 8. 142.  
 Alia supple *Verb.* Peregrini.  
 Advocati debent dari petentibus. *Privil.* 62. num. 1. 250.  
 Fallit favore personarum miserabilium. *Id. privil.* 62. num. 5. *ibid.*  
 Debent patrocinari gratis pro miserabilibus personis. *Privil.* 62. nu. 5. 250.  
 Renuentes pro ipsis patrocinari peccant. *Id. privil.* 62. nu. 6. *ibid.*  
 Possunt cogi ab officiali ad dandum consilium in causis etiam criminalibus. *Id. priv.* 62. nu. 3. *ibid.*  
 Advocatus recusans patrocinium injunctum aliis præstare, punitur. *Id. priv.* 62. nu. 4. *ibid.*  
 Infirmus salariam consequitur, neque per substitutum servire tenetur. *Quæst.* 3. num. 275. 44.  
 Universitatis potest contra singulos de ea consulere. *Quæst.* 10. nu. 21. 111.  
 Pro rusticis positionibus respondere potest. *Quæst.* 13. nu. 77. 136.  
 Pro aliis non potest, eoque longè remoto respondere. *Ead. quæst.* 13. nu. 78. *ibid.*  
 Et an, & quando erroneam confessionem revocare valeat, quin parti noceat. *Ead. quæst.* 13. num. 79. & 80. *ibid.*  
 Militare dicitur. *Quæst.* 17. nu. 14. 160.  
 An & quando militum, Nobiliumque privilegiis gaudeat. *Ead. quæst.* 17. num. 15. & seq. *ibid.*  
 Togatæ militiæ prætextu, an & quando fori principis gaudeat privilegio. *Ead. quæst.* 17. num. 57. 163.  
 Miserabilium personarum in Regno creatur regio assumptu. *Privil.* 62. nu. 7. 250.  
 Ædere tenetur quis arma contra se favore Ecclesiæ. *Privil.* 12. nu. 7. 215.  
 Reo ad exceptionem fundandam tenetur actor. *Id. priv.* 12. nu. 1. *ibid.*  
 Amplia. *Id. priv.* 12. nu. 2. *ibid.*  
 Non tenetur reus actori ad intentionem fundandam. *Id. priv.* 12. nu. 3. *ibid.*  
 Instrumenta contra se nemo tenetur. *Id. priv.* 12. nu. 3. *ibid.*  
 Miserabilibus personis actricibus rei tenentur. *Id. priv.* 12. nu. 5. *ibid.*  
 Instrumenta ad fundandam illius intentionem fisco actori reus ab eo conventus ædere tenetur. *Id. priv.* 12. nu. 5. *ibid.*  
 Amplia. *Id. priv.* 12. nu. 6. *ibid.*  
 Ædificari, construi, aut extolli quidquam juxta Ecclesiam non potest, quod illi afferat præjudicium, etsi pium contineat opus. *Quæst.* 8. nu. 213. 85.  
 Ædificium solo cedit. *Ead. quæst.* 8. num. 74. 75. & 76.  
 In alieno solo pecuniis Ecclesiæ constructum solo non cedit, sed ædificio, & sic Ecclesiæ utrumque. *Ead. quæst.* 8. numer. 75. & 76. 76.  
 Æquiparatio, ut procedat, quid desideret? *Ead. quæst.* 8. nu. 8. 69.  
 Æquiparatorum idem judicium est. *Ead. quæst.* 8. nu. 7. *ibid.*  
 Æquitas quænam sit? *Privil.* 75. nu. 1. 261.  
 Quando non attendatur. *Id. privil.* 75. nu. 6. 10. & 11. *ibid.*  
 Depen-



# Index Rerum.

409

- Dependens à legibus & viris prudentibus attenditur. *Id. privil. 75. n. 8. pag. 261.*
- Favore Ecclesiarum & Ecclesiasticorum est servanda, sed absque tertii præjudicio. *Id. privil. 75. nu. 13. ibid.*
- Præfertur rigori. *Priv. 79. nu. 5. 263.*
- Est certior modus interpretandi leges. *Id. priv. 79. nu. 6. ibid.*
- Non scripta, an Ecclesiæ, & miserabilium favore, scripto rigori præferatur. *Quæst. 8. nu. 407. 95.*
- Regulariter scripto rigori præferatur. *Ead. quæst. 8. nu. 306. ibid.*
- Æquum non est, ut cum primum quis obligatur, statim in mora constituitur. *Priv. 147. nu. 5. 317.*
- Ætas quinquaginta quinque annorum, à muneribus personalibus excusationem præstat. *Quæst. 3. n. 197. 38.*
- A tutelæ, vel curæ munere non septuaginta annorum minor. *Ead. quæst. 3. nu. 198. & quæst. 5. nu. 25. remissivè, & quæst. 18. nu. 16. 38. 51. & 175.*
- Et à munere frumenti comparandi. *Quæst. 18. nu. 19. 176.*
- Quæ à munere militari excuset? *Ead. quæst. 18. nu. 20. ibid.*
- Ab honoribus & muneribus his cohærentibus, quæ, quinquaginta annorum, neque nuptiis, neque militiæ apta. *Ead. quæst. 18. num. 20. ibid.*
- Servilis quæ dicatur, si à lege expresse designata non est, judicis arbitrio relinquatur. *Ead. quæst. 18. nu. 22. ibid.*
- Nisi in septuagenario, & sic, decrepito. *Ead. quæst. 18. nu. 71. 182.*
- A Jejunii obligatione, quæ mares, ac foeminas eximat? *Ead. quæst. 18. num. 72. usque ad 76. ibid.*
- Decrepita à septuaginta incipit annis. *Ead. quæst. 18. nu. 25. 177.*
- Ætatum, mundique gradus, quot? *Ead. quæst. 18. nu. 16. 175.*
- Affirmativa & negativa non differunt quando per eadem media probantur. *Allegat. nu. 72. 401.*
- Afflictio non est danda. *Quæst. 13. num. 30. 131.*
- Agens ex una causa & ex alia probans, succumbit. *Quæst. 14. nu. 19. 139.*
- Inter mercatores obtinet. *Ead. quæst. 14. n. 18. ibid.*
- Universitatis nomine, non dicitur singulorum nomine agere. *Quæst. 10. nu. 20. 111.*
- Agere sine cessione an hodie possit qui nequiret olim. *Quæst. 8. num. 259. 88.*
- Pro libertate, penitus extraneo licet. *Quæst. 16. num. 105. 154.*
- Compellitur nemo. *Quæst. 14. nu. 38. 139.*
- Mercatoris gratia compellitur. *Ead. quæst. nu. 39. 140.*
- Agnatione filii, an militis rumpatur testamentum. *Quæst. 17. num. 195. 170.*
- Agri desertor biennali possessione ab eo arceatur. *Quæst. 13. nu. 10. 129.*
- Et animi & corporis angoribus cruciatur. *Ead. quæst. 13. num. 11. ibid.*
- Quibus etiam voluptatibus fruatur. *Ead. quæst. 13. nu. 17. 130.*
- Dives reputatur. *Ead. quæst. 13. num. 14. ibid.*
- Parvo dives, nec aliena concupiscit. *Ead. quæst. 13. nu. 15. pag. 130.*
- Fortunatus dicitur beatus. *Ead. quæst. 13. num. 18. ibid.*
- Agricola indebitè solum repetens onus probandi debitum esse in adversarium transfert. *Proem. nu. 49. 6.*
- An miserabilis sit persona, & ut miserabilis principis fori jure utatur. *Quæst. 13. per totam. 128.*
- Continuis laboribus præmitur. *Ead. quæst. 13. num. 2. & seqq. ibid.*
- A labore est laborator appellatus. *Ead. quæst. 13. ibid.*
- Glebis inhærere præcipitur. *Ead. quæst. 13. nu. 4. ibid.*
- In eum qui ineptè, seu curiosè vineas, agrosve tractasset, graviter censores animadvertere solebant. *Ead. quæst. 13. num. 9. 129.*
- Dicitur miserabilis. *Prelud. 8. nu. 6. 201.*
- Agricolæ diverso jure quam alii (in præjudicialibus præsertim, & in his quæ ad juris conservationem, vigoremque tendunt) non utuntur. *Quæst. 13. nu. 23. 131.*
- In sacris literis commendantur. *Ead. quæst. 13. nu. 24. ibid.*
- Universum sustinent orbem. *Ead. quæst. 13. num. 25. ibid.*
- Magno in pretio pace & bello utique habitati sunt. *Ead. quæst. 13. nu. 26. ibid.*
- Ab omni munere extraordinario & personaliter immunes existunt. *Ead. quæst. 13. nu. 27. ibid.*
- Humanè tractari, nec vestigialibus onerari debent. *Ead. quæst. 13. nu. 30. ibid.*
- Militare cogendi non sunt, nec militiæ ultrò se offerentes admittendi. *Ead. quæst. 13. nu. 31. 132.*
- Pro debito capi, aut exequi personaliter non possunt. *Ead. quæst. 13. nu. 46. ibid.*
- Alibi, quam in domicili sui foro conveniri nequeunt, neque se alteri judici submittere. *Ead. quæst. 13. nu. 47. 133.*
- Pro aliis quam pro agricolis fidejussores existere non possunt. *Ead. quæst. 13. num. 48. ibid.*
- Neque ut principales, aut fidejussores in favorem dominorum locorum ubi degunt se obligare, etiam cum renunciatione, queunt. *Ead. quæst. 13. nu. 49. ibid.*
- Renunciare prædictis favoribus non possunt. *Ead. quæst. 13. nu. 52. ibid.*
- In frumenti, vel ordei, quod ipsi colligere venditione, taxam servare à constitutionibus regis præfinitam non adstringuntur. *Ead. quæst. 13. num. 54. ibid.*
- Tempore messium, frugumque colligendarum in judicium trahi non possunt. *Ead. quæst. 13. nu. 56. ibid.*
- Necessitate poscente, etiam festis diebus rurale opus peragere valent. *Ead. quæst. 13. num. 57. ibid.*
- Et multis confortibus litis uno in urbe ad litem peragendam retento, ceteri in proprias domos remittendi. *Ead. quæst. 13. n. 58. ibid.*
- Actione aquæ pluvie arcendæ non tenentur. *Ead. quæst. 13. nu. 83. 136.*
- Alia supple *Verb. Rusticus.*
- Agricultura nullo anni spatium vacationem à labore præstat, quorum summaria sit descriptio. *Ead. quæst. 13. nu. 3. 128.*

Res

- Res est cunctanti infidiosa aggressis, quæ nec moram, nec intermissionem præstat. *Ead. quæst. 13. nu. 4.* pag. 128.
- Parum laboriosa, inutilis, & sterilitatem sæpe ferens. *Ead. quæst. 13. nu. 8.* 129.
- Dulces reddit labores. *Ead. quæst. 13. n. 16.* 130.
- Laboriosa, sed voluptatibus plena, oblectamentis referta. *Ead. quæst. 13. n. 20.* 131.
- Aleatorum nec lucrum nec perditio discerni potest. *Quæst. 14. nu. 6.* 137.
- Alexander magnus veteranis militibus orbem terrarum subjugavit. *Quæst. 18. num. 38.* 179.
- Alienans res Ecclesiæ, quibus pœnis plectatur. *Quæst. 8. nu. 352. remissivè.* 92.
- Alienare bona relicta non potest exequutor ad pias causas nisi pecunia præsentente. *Privil. 151. num. 2.* 320.
- Prohibitus alienare, hypothecare potest. *Privil. 156. nu. 9.* 322. & 323.
- Alienatio de rebus pupilli, si ei utilis sit, an solemnitates alias requisitas necessariò desideret. *Quæst. 3. nu. 152. & seq. & quæst. 5. nu. 25.* 35. & 51.
- Idem in Ecclesia. *Quæst. 5. nu. 47.* 53.
- Quasque solemnitates pupillarium rerum alienatio requirat. *Quæst. 3. nu. 153.* 35.
- Et an rerum mobilium, jurium, & actionum alienatio giudiciale decretum requirat. *Ead. quæst. 3. num. 154.* *ibid.*
- Rerum minorum sive tutoris, vel curatoris autoritate, judicisque decreto non tenet, nisi in minorum utilitatem cedat. *Quæst. 5. nu. 25. remissivè.* 51.
- In Ecclesiam, vel potentiorum, an fieri prohibeatur, factaque non subsistat. *Quæst. 8. n. 16.* 70.
- Aut in Clericos, eadem ratione. *Quæst. 9. nu. 28.* 101.
- Faciens alienationem in potentiorum, causæ jactura mulctatur. *Quæst. 8. n. 402.* 94.
- Limitatur Ecclesiæ favore. *Ead. quæst. 8. n. 403.* *ibid.*
- Rerum minorum, vel Ecclesiæ, nisi cum causa & solemnitate fieri non potest. *Ead. quæst. 8. nu. 55.* 74.
- Quæ sine requisitis solemnitatibus ab Ecclesia facta est, an teneat. *Ead. quæst. 8. n. 56.* *ibid.*
- Etiam contrahente invito. *Ead. quæst. 8. num. 57.* *ibid.*
- De re legata ademptionem legati inducit. *Ead. quæst. 8. n. 219.* 86.
- An ex alienatione earum rerum, quæ inferens in specie alienaturus non esset inducatur. *Quæst. 5. nu. 59. in fin.* 54.
- Bonorum captivi, pro ipsius redemptione, etiam à penitus extraneo, ipsoque invito fieri potest. *Quæst. 16. numer. 104. & 105.* 154.
- Rei Ecclesiæ quando præsumatur simulata. *Privil. 17. nu. 7.* 219.
- Bonorum, quorum pretium est relictum, ut distribuatur miserabilibus personis est facienda præsentente pecunia, & non habita fide de pretio. *Privil. 151. n. 1.* 320.
- Alienationis prohibitio. *Vide Prohibitio.*
- Alimenta relicta sub modo, eo non impleto, an debeantur? *Quæst. 8. num. 249. & 250.* 87.
- Legata in non perfecto testamento, si per triennium præstari contingat, in futuram debentur. *Ead. quæst. 8. n. 320.* pag. 91.
- Capto ab hostibus præstita repeti nequeunt. *Quæst. 16. nu. 84.* 153.
- Alii possunt. *Ead. quæst. 16. nu. 85.* *ibid.*
- Quæ avia nepti præstitit, an repetat? *Ead. quæst. 16. nu. 85.* *ibid.*
- An & quando pro alimentis tacita competat hypotheca? *Supple. Verb. Fructus.*
- Debentur pauperibus lite pendente. *Privil. 72. n. 3.* 285.
- Quare? *Id. privil. 72. nu. 4.* *ibid.*
- Debentur fratri agenti contra fratrem super hæreditate. *Id. privil. 72. n. 5.* *ibid.*
- Debentur uxori agenti contra maritum super hæreditate. *Id. privil. 72. nu. 6.* *ibid.*
- Limita. *Id. privil. 72. nu. 7.* *ibid.*
- Præstita alimenta actore succumbente non sunt restituenda. *Id. privil. 72. n. 12.* *ibid.*
- Alius, Pronominis hujus natura. *Proem. nu. 2. remissivè & Quæst. 15. nu. 4.* 142.
- Allegare turpitudinem suam quando liceat? *Privil. 123. num. 3.* 301.
- Aloysius Riccius Doctissimus vir & Clarissimus eques ab Authore memoratur. *Privil. 16. nu. 20.* 364.
- Alterius facto nemo oneratur. *Quæst. 10. nu. 92.* 116.
- Amans, verius est ubi amat, quam ubi ammat. *Quæst. 20. n. 6.* 186.
- Militare dicitur. *Quæst. 17. nu. 34.* 161.
- Non reputatur qui prodigus non est. *Ead. quæst. 17. nu. 1.* 158.
- Furioso & prodigo comparatur. *Ead. quæst. 17. nu. 1. & seqq.* *ibid.*
- Et an semper? *Ead. quæst. 17. n. 4.* *ibid.*
- Alia supple. *Verb. Amor.*
- Amicitia consanguinitatem affectu superat. *Quæst. 12. num. 5.* 124.
- Amicos habens, & non habens miser dicitur. *Quæst. 2. nu. 27. & 28.* 14.
- Amicus parentis pupilli, tutorem eidem petere potest, vel consanguineis petere negligentibus. *Quæst. 3. nu. 95.* 32.
- Amor litterarum honestus & laudabilis etiam in humanas jecit miseris, corporis & animi, ad dementia & mortem usque. *Quæst. 20. n. 4.* 186.
- Nescit modum amor. *Ead. quæst. 20. n. 2.* *ibid.*
- Temperatior jam & parcior. *Ead. quæst. 20. nu. 4.* *ibid.*
- Amore cupidineo tentus an miserabilis sit? *Quæst. 12. nu. 2. & quæst. 20. per totam.* 124. & 186.
- Amoris vi delinquens, mitius punitur, & aliqualem excusationem à legibus obtinet. *Quæst. 20. num. 7.* *ibid.*
- Analogum. Per se sumptum, stat pro famosiori significato. *Quæst. 10. nu. 2.* 110.
- Andrææ Alciati opinio reprehenditur. *Quæst. 3. num. 66.* 29.
- Anima censetur præposita rebus mundanis. *Privil. 68. nu. 4.* 254.
- Censetur rebus anteponenda. *Privil. 20. nu. 8.* 221.
- Cunctis rebus est anteponenda. *Privil. 3. nu. 5.* 348.
- Coeteris rebus præponenda est. *Privil. 40. num. 5.* 380.
- Animæ favore, quis tenetur edere arma contra se. *Privil. 42. nu. 7.* 382.

# Index Rerum.

411

- Favere debemus maximopere. *Privil.* 29. num. 5. pag. 228.
- Animalia aratoria pro nullo regulariter debito capi, aut executioni subjici possunt. *Quæst.* 13. num. 36. 132.
- Et quid si alia ditoris bona non extent. *Ead. quæst.* 13. nu. 37. 38. & 39. *ibid.*
- Antefactum successit in locum donationis propter nuptias. *Privil.* 145. nu. 34. 316.
- Apices juris non attenduntur in materia piæ causæ. *Privil.* 160. nu. 4. 325.
- Non sunt adhibendi in causis piis. *Privil.* 68. nu. 6. 254.
- Non attenduntur, ubi agatur de salute animæ. *Id. privil.* 68. nu. 6. *ibid.*
- Juris cessant pro exoneratione conscientiar. *Privil.* 62. nu. 9. 395.
- Juris repelluntur pro animæ salute. *Privil.* 51. nu. 4. 389.
- Unde leges subditorum animabus consulentes, sunt favorabiles. *Id. privil.* 51. nu. 5. *ibid.*
- Appellare an liceat à tutoris datione, à sententiæ excusationem non admittente? *Quæst.* 3. nu. 190. 37.
- Omnibus casibus & personis licet. *Quæst.* 8. nu. 366. 93.
- Convictis, confessisque exceptis. *Quæst.* 10. nu. 61. 114.
- Debitori universitatis convicto, non vero confesso, an liceat? *Ead. qu.* 10. nu. 62. *ibid.*
- An à sententia de residendo in Ecclesia concedatur. *Qu.* 8. n. 367. 93.
- Administratores, an & quando liceat? *Vide. Administrator.*
- Ab Episcopi sententia ad Rectorem, Præsidemve Provinciæ, an fuerit aliquando permittum? *Qu.* 9. nu. 23. 101.
- Quid servetur hodie? *Ead. qu.* 9. num. 82. 105.
- A Præside Provinciæ ad Præfectum, Quæstoremve Sacri Palatii dabatur. *Ead. qu.* 9. n. 75. *ibid.*
- A Senatu sacrove Auditorio non licet. *Ead. quæst.* 9. nu. 76. *ibid.*
- An & quando à Præfectis Prætorio Galliciæ permittum sit? *Ead. qu.* 9. num. 79. *ibid.*
- Et an à Prorege ad Senatum? *Ead. qu.* 9. nu. 81. *ibid.*
- Et an & quando à judicibus ordinariis ad alios quoque Ordinarios? *Ead. qu.* 9. num. 83. *ibid.*
- A Decreto carcerationis fiendæ, concessum. *Qu.* 11. nu. 8. 119.
- Etiam post decem dies, continui gravaminis ratione. *Ead. qu.* 11. nu. 9. *ibid.*
- Et à sententia exilii vel tritemium. *Ead. qu.* 11. n. 10. *ibid.*
- Ab excommunicationis decreto, an liceat, ejusve appellatione suspendatur effectus? *Ead. qu.* 11. n. 47. 122.
- Appellatio interponi debet infra decem dies. *Privil.* 96. n. 1. & 2. 276.
- Non datur à Vicario ad Episcopum. *Privil.* 50. n. 2. 242.
- Potest interponi per miserabiles personas post decem dies. *Privil.* 96. nu. 4. 276.
- Amplia. *Id. priv.* 96. n. 5. *ibid.*
- Est provocatio de minori judice ad majorem. *Privil.* 61. nu. 1. 249.
- Debet fieri gradatim. *Id. privil.* 61. nu. 2. pag. 249.
- Aliàs est nulla. *Id. privil.* 61. nu. 3. *ibid.*
- Non admittitur à tertia sententia. *Privil.* 159. n. 1. 524.
- Etiam si sit interlocutoria. *Id. privil.* 159. n. 2. 324. & 325.
- Maximè si habeat vim definitivæ. *Id. privil.* 159. nu. 3. 325.
- Debet fieri gradatim à Judice sæculari ad superiorem. *Privil.* 61. nu. 8. 249.
- Extinguit pronunciatum. *Privil.* 18. num. 2. 220.
- Appii filiæ factum, & petulans pariter dictum. *Qu.* 1. num. 9. 10.
- Appolides, quæ dicantur? *Quæst.* 15. num. 20. 143.
- Arbiter post susceptam causam eam cogitur terminare. *Qu.* 3. nu. 285. 45.
- Argumentis opus non est, ubi clara extat dispositio legis. *Qu.* 7. nu. 12. 62.
- Argumentum ab speciali ad generalem casum non procedit. *Proem. n.* 49. 6.
- A Fisco ad Ecclesiam, & è converso, an teneat? *Qu.* 8. nu. 21. 71.
- De dote profana ad spiritualem valet. *Ead. qu.* 8. n. 299. 90.
- Et de dote ad piam causam. *Ead. qu.* 8. n. 300. *ibid.*
- Et de contractibus ad ultimas voluntates. *Ead. qu.* 8. n. 73. 75.
- Et de æquitate armatæ militiæ ad cœlestis militiæ æquitatem. *Qu.* 9. n. 25. 101.
- Et è converso. *Quæst.* 17. nu. 12. 159.
- Ab æquiparatis ut procedat, omnimoda adesse similitudo debet. *Qu.* 10. num. 23. 112.
- De pupillis ad Universitatem, an & quando sustineatur? *Ead. qu.* 10. n. 23. *ibid.*
- Et an & quando à morte civili ad naturalem. *Qu.* 16. n. 24. 25. & 28. 149. & 150.
- De pia causa ad libertatem, & è contra, valet. *Ead. qu.* 16. n. 42. 151.
- De militibus ad advocatos. *Qu.* 17. nu. 14. & 56. 160. & 163.
- De mutuo ad indebitum, an & qualiter procedat. *Qu.* 19. n. 20. 185.
- De Schalaribus ad milites, & è converso, tenet. *Qu.* 12. nu. 26. 126.
- De legitima ad piam causam est validum. *Privil.* 3. nu. 6. 206.
- Valet de alimentis ad piam causam. *Privil.* 163. nu. 19. 328.
- De majori ad minus non valet in dispensationibus. *Privil.* 4. n. 20. 208.
- De dote ad piam causam valet. *Privil.* 22. nu. 6. 223.
- Sic etiam de alimentis. *Id. privil.* 22. nu. 8. *ibid.*
- De matrimonio carnali ad spirituale est validum. *Privil.* 107. n. 2. 285.
- De filiis ad piam causam valet. *Privil.* 55. nu. 11. 391.
- An valeat de legato ad donationem? *Privil.* 4. n. 6. 349.
- De anima ad corpus non valet. *Privil.* 51. nu. 6. 389.
- Arma contra se præbere nemo tenetur. *Qu.* 8. n. 156. 82.
- Tenetur Ecclesiæ aut Fisci favore. *Ead. qu.* 8. n. 157. *ibid.*
- Nobilibus & militibus in executione relinqui

- qui debent. *Qu.* 17. num. 190. & 191. & seq. pag. 169.
- Membra militum esse dicuntur. *Ead.* qu. 17. n. 35. 161.
- Ars mendendi est interdicta Clericis, & ideo illam ediscere absque metu excommunicationis non possunt. *Privil.* 87. n. 1. 268.
- Articulo mortis constitutus quis dicatur? *Vi-de* Mortis in articulo.
- Ascribens in testamento sibi, & legis Corneliae poenam incurrit, & emolumentum perdit. *Quaest.* 8. n. 334. 91.
- Limitatus Ecclesiae favore. *Ead.* qu. 8. n. 335. *ibid.*
- Affertioni miserabilium personarum eligentium forum se perhorrescere potentiam adversariorum statuit. *Privil.* 23. n. 5. 368.
- Atrocitas criminis casui Curiae locum facit. *Qu.* 9. n. 43. 65. & 84. 103. 104. & 106.
- Et an olim faceret. *Ead.* quaest. 9. num. 88. 106.
- Avaritia omnes tenentur. *Quaest.* 14. n. 11. 138.
- Et prodigalitas aequae ad rei familiaris perditionem deducunt. *Qu.* 19. n. 8. 184.
- Omnium malorum mater & radix. *Proem.* n. 1. 341.
- Avarus miser est. *Qu.* 2. n. 14. 13.
- Dicitur miserabilis. *Prelud.* 8. nu. 6. 201.
- Non gaudet miserabilium privilegiis, à n. 8. & in fine qu. 2. & qu. 20. n. 6. 13. & 186.
- Tormentum patitur in servando, vel amittendo, quod quaerendo sustinet. *Qu.* 14. n. 4. 137.
- An & quando ab administratione debeat removeri? *Qu.* 19. n. 8. 9. & 10. 184.
- Auctor modernos tacite mordet in casu vero. *Privil.* 101. nu. 2. 279.
- Plures edidit sui ingenii partus, qui fuerunt iterum impressi cum novis locupletationibus. *Proem.* n. 3. 195.
- Impugnat Paris. conf. 16. *Privil.* 71. n. 8. 256.
- Recencet duas declarationes ad Sac. Concil. Trid. Sess. 25. Cap. 4. *privil.* 71. num. 20. 257.
- Utitur distinctione, concordando diversas opiniones. *privil.* 114. n. 12. 296.
- Reprobat duos modernos qui errarunt. *privil.* 73. nu. 9. 259.
- Consultus limitavit votum Martae 75. & quaest. 106. *Thesaur.* lib. 3. quaest. forens. *privil.* 54. n. 3. 244. & 245.
- Audientiae Regiae, quibus praecipue causas fuerint constitutae? *Qu.* 9. n. 19. 100.
- In Castellana ditione, quae Regii diplomatis usum habeant? *Ead.* qu. 9. n. 78. 105.
- Avia, pro nuptis alimentis expendens, an repetat? *Qu.* 16. n. 85. 153.
- Aurati equites. *Vide* Equites.
- Authentica habita, C. ne filius pro patre, in observantia non est. *Qu.* 12. num. 29. 126.
- Axioma juris quomodo intelligitur, quod potius credatur duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus? *Allegat.* n. 65. & seqq. 400. & 401.
- vil.* 105. n. 9. pag. 283.
- Banniti damnati ad triremes, ad perpetuos carceres non possunt testari ad causas pias, etiam concessione iudicis. *privil.* 32. num. 7. 375.
- Bannitus etsi alicujus constitutionis vigore impunè offendi possit, in carcere existens, offendi nequit. *Qu.* 11. n. 48. 122.
- Baro, habens merum & mixtum imperium, potest prohibere vasallo, ne in derogationem jurisdictionis vadat ad privilegia regia. *privil.* 61. n. 4. 249.
- Potest ponere collectam pro maritanda filia in primo matrimonio. *privil.* 4. n. 11. 207.
- Baroni remittitur vasallus in prima instantia condemnatus per tribunal superius. *privil.* 97. n. 4. 277.
- Bart. & alii dicunt quod legata facta pro incertis, & malè ablatis debent consistere per testes, vel per instrumentum. *Privil.* 23. n. 2. 368.
- Beneficiatus, non ideo pauper dicitur, quod integrum & absolutum dominium in beneficii fructibus non habeat. *Qu.* 9. num. 33. 101.
- Non sic cum Ecclesia sua, sicut Episcopus cum Cathedrali contraxisse videtur. *Qu.* 8. n. 14. 70.
- In vita beneficii proventuum usufructuarius censetur; in morte (generali recepta consuetudine) aut de eis liberè disponit; aut intestatus, parentes, vel consanguineos successores habet. *Ead.* qu. 8. n. 16. *ibid.*
- Alia supple, *Verb.* Clericus.
- Beneficium pietatis & miserationis ratione concessum, per verba generalia non tollitur. *Proem.* n. 16. 4.
- Invito non datur. *Quaest.* 8. nu. 66. 75.
- Ecclesiae invitae non solum datur, sed etiam alteri, si Ecclesiae utilitatem respiciat. *Ead.* qu. 8. nu. 67. *ibid.*
- Quid sit? *Qu.* 3. n. 114. 33.
- Primum debet peti infra triginta dies. *Privil.* 134. nu. 2. 306.
- Secundum potest peti infra alios triginta dies si non adest publicatio. *Privil.* 134. n. 3. *ibid.*
- L. 2. C. de rescindenda vendit.* an cessat in venditione cum pacto de retrovendendo. *Allegat.* nu. 42. 400.
- Datur propter officium, & cessante officio cessat beneficium. *Privil.* 105. n. 4. 282.
- Non percipit negligens officium. *Id.* *privil.* 105. n. 5. *ibid.*
- Concessum alicui miserationis gratia non tollitur per verba generalia. *Privil.* 3. nu. 3. 206.
- Beneplicitum morte extinguitur. *Privil.* 134. nu. 1. 305.
- Respiciens favorem miserabilium personarum, morte non expirat. *Privil.* 131. n. 2. *ibid.*
- Ita etiam est si respiciat publicum favorem. *Id.* *privil.* 131. nu. 3. 305. & 306.
- Bona fideicommissio alienari non possunt. *Privil.* 64. n. 1. 251.
- Fallit favore miserabilium personarum. *Id.* *privil.* 64. n. 2. *ibid.*
- Et favore dotis. *Id.* *privil.* 64. n. 5. & 252.
- Ecclesiae non possunt alienari absque assensu apostolico. *Privil.* 130. n. 1. 305.
- Hospiti-

## B.

BAJULI terrae excusantur ab hospicio. *pri-*

# Index Rerum. 413

- Hospitalium non possunt alienari absque solemnitate Extravag. *Ambitiosa. Id. privileg. 130. n. 3.* pag. 286.
- Confraternitatum non possunt alienari absque assensu apostolico, quando tendunt in alimoniam pauperum. *Id. privileg. 130. n. 4. ibid.*
- Ecclesiarum inter & Laicalium confraternitatum nulla datur differentia, quoad probabilitatem alienationis. *Id. privileg. 130. num. 5. ibid.*
- Conductorum fiscalium sunt obligata fisco. *Privileg. 107. n. 6. ibid.*
- Tutoris sunt obligata pupillo. *Id. privileg. 107. n. 4. ibid.*
- Ecclesiarum sunt personarum miserabilium. *Privileg. 90. n. 4. 272.*
- Clericorum damnatorum de hæresi, ad quem spectent? *Qu. 8. n. 31. 72.*
- Administratorum, an pro administratione tacite obligata censeantur. *Ead. qu. 8. num. 36. 37. & 38. & Proæm. n. 61. 72. & 6.*
- Quæ post testamentum patrimonio testantis accrevere, mobilium legato non continentur. *Ead. qu. 8. n. 158. 82.*
- Nisi Ecclesiarum factis. *Ead. quæst. 8. numer. 159. ibid.*
- Universitatis, sine solemnitate (minorum instar) alienari non possunt; & quæ ad id desideretur? *Qu. 10. n. 46. 114.*
- Ecclesiarum, fideicommissis, vel restitutioni subjecta, pro captivorum redemptione alienari possunt. *Qu. 16. n. 52. remissive. 151.*
- Captivi, eo etiam renuente, pro ipsius libertate, redemptioneque distrahere tertio licet. *Ead. qu. 16. n. 104. & 105. 154.*
- Omnia in actione iudicati debitori possunt auferri. *Quæst. 17. n. 189. 169.*
- Mariti, tacite pro uxoris dote sunt obligata. *Qu. 8. num. 45. 73.*
- Et tutorum & curatorum pro administratione. *Ead. qu. 8. n. 36. 72.*
- Et quid aliorum. *Ead. qu. 8. n. 37. ibid.*
- Minorum, curatore auctore, cumque iudicis decreto, alienari possunt. *Qu. 5. n. 59. 54.*
- Alia in id. *Verb. Alienatio.*
- Inducta in prædium rusticum, vel urbanum, an tacite pro pensione sint obligata? *Vide Res inductæ.*
- Fideicommissis subjecta ex causa dotis alienari possunt. *Privileg. 58. n. 1. 393.*
- Amplia. *Id. privileg. 58. n. 2. 393. & 394.*
- Quod procedit etiam instituta pia causa. *Id. privileg. 58. n. 3. 394.*
- In quibus est instituta pia causa non possunt pro dote dari. *Id. privileg. 58. n. 4. ibid.*
- Boni sæpè majoribus, ut virtus perficiatur, premuntur miseris. *Qu. 2. n. 36. 15.*
- Boves aratorii pro nullo regulariter debito capi, aut executioni subijci possunt. *Qu. 13. n. 36. 132.*
- Quid si alia debitoris bona non extant? *Ead. qu. 13. n. 37. 38. & 39. ibid.*
- Mastrati, aut occidi olim sub gravibus pœnis vetabantur, & quare? *Ead. qu. 13. n. 41. 42. & 43. ibid.*
- Quidque apud nostrates. *Ead. qu. 13. num. 44. ibid.*
- titutæ. *Qu. 9. n. 19. pag. 100.*
- Canon five canonica sanctio. *Vide Pœna & verb. Solutio.*
- Canones debent servari in causis miserabilium personarum, si leges variant ab ipsis. *Privileg. 79. n. 1. 263.*
- Canonica Episcopalis portio de Ecclesiarum dote defalcanda non est. *Quæst. 8. numer. 437. 96.*
- Capite damnati an olim hodieve testamenti factionem habuerint, habeantque? *Qu. 17. nu. 135. 167.*
- Et quid in milite. *Ead. qu. 17. n. 136. ibid.*
- Censu qui, & quæ eorum natura & conditio. *Ead. qu. 17. n. 48. remissive. 162.*
- Capitulum Regni, incipiens *Ladislaus*, declaratur. *Privileg. 107. n. 9. 286.*
- Captivi an constituere procuratorem possint? *Quæst. 16. n. 30. & duobus seqq. 150.*
- Quamvis testari nequeant, an mandatum, facultatemve de suis bonis disponendi dare possint? *Ead. qu. 16. n. 32. ibid.*
- Jus suum illæsum conservant, nec ullo tempore perit. *Ead. qu. 16. n. 40. 151.*
- Libertatem adepti, quod postmodum ad rerum suarum recuperationem tempus habeant. *Ead. qu. 16. n. 41. ibid.*
- Qui à captivitate evasere, pro redemptionis pecunia, aliave quavis causa; à gabelle, seu pedaggi exactioe liberi existunt. *Ead. qu. 16. n. 120. 155.*
- Qui officium publicum obtinebant consumptioni obnoxium, possunt (contrariis legibus non obstantibus) illud renunciare. *Ead. qu. 16. n. 122. ibid.*
- Christiani apud Sarracenos Captivi, servi non sunt. *Vide Christiani.*
- Alia supple *verb. Servus.*
- Captivorum misera describitur conditio. *Qu. 16. n. 1. 148.*
- Captivos multæ nationes cum deos placatos esse volebant, immolabant. *Ead. qu. 16. nu. 4. ibid.*
- Captivus dicitur miserabilis. *Prelud. 8. num. 6. 201.*
- Carcer est mala mansio & locus horribilis. *Qu. 11. n. 4. 118.*
- Non ad pœnam, sed ad custodiam inventus. *Ead. qu. 11. n. 13. 119.*
- Pœnam tamen, & maximam continet. *Ead. qu. 11. n. 14. ibid.*
- Carcerari quilibet pro debito potest. *Qu. 17. n. 111. & 185. 166. & 169.*
- Miles non potest. *Ead. qu. 17. n. 112. 113. & 186. ibid.*
- Neque is qui non convenitur ultra id quod facere valet. *Ead. qu. 17. n. 115. 166.*
- Pro debito ex delicto descendenti, vel quasi, in carcerem mitti potest, qui aliàs carcerari pro debito nequit. *Quæst. 11. nu. 19. & seqq. 120.*
- Pro debito civili non nisi pauper potest. *Ead. qu. 11. n. 24. ibid.*
- Carceratam mulierem carnaliter cognoscens, meretricem licet qualiter puniatur? *Qu. 11. n. 50. 122.*
- Carcerati possunt relaxari & cogi ad dandam fideiussionem de se repræsentando, feriis quibuscumque non obstantibus. *Privileg. 52. n. 8. 244.*
- Pauperibus æquiparantur. *Quæst. 11. n. 30. & seqq. 121.*

C

Cancellariæ quibus præcipuè causis fuerint con-  
Jo Mar. Novar. Tract. de Priv. Tom. II.

P p

In

- In dubio sunt favendi & præsumendum pro eis. *Ead. qu. 11. n. 33.* pag. 121.
- Carceratorum causa, proque eis relictum, etiam si culpa sua in carcerem devenerint, pium dicitur, & in causæ piæ distributionem exequutor datus in eos distribuere potest. *quest. 11. n. 29.* 121.
- Carceratus an miser sit, miserabiliumque privilegii utatur? *Ead. quest. 11. per totam.* 120.
- Servitutis speciem refert. *Ead. qu. 11. nu. 1.* *ibid.*
- Non videtur, brevi tempore exiturus in carcere. *Ead. qu. 11. n. 28.* 121.
- Pauper, ab eo, qui illum in carcerem detruendi fecit, est alendus, & si ægrotet, & ejus curari sumptibus. *Ead. quest. 11. numer. 34.* *ibid.*
- Pauper ad expensas custodiæ non tenetur, nec pro eis retinetur in carcere. *Ead. qu. 11. n. 35.* *ibid.*
- Et quid pro alimentis, quæ carceris custos in carcerati alimoniam præstitit. *Ead. qu. 11. n. 35. remissivè.* *ibid.*
- Obligatione, quam in carcerantis favorem fecit, non adstringitur. *Ead. qu. 11. n. 37.* *ibid.*
- Dicitur non solum in publicis vinculis detentus, sed in quolibet loco à iudice designato, licet civitas sit. *Ead. qu. 11. n. 40.* *ibid.*
- In uno loco existens, arctari non debet ad comparandum in alio. *Ead. qu. 11. num. 12.* *ibid.*
- Nec per procuratorem; sed sufficit per excusatorem impedimentum allegare, terminumque ad probationem petere. *Ead. qu. 11. n. 43.* *ibid.*
- Restitutione dignus est. *Ead. qu. 11. n. 46.* 122.
- Sub fide & securitate publica existit, eumque offendens, vel occidens, legis Juliæ majestatis tenetur. *Ead. qu. 11. n. 49.* *ibid.*
- Et quemadmodum in propria domo, in carcere tutus esse debet. *Ead. qu. 11. n. 51.* *ibid.*
- Pro criminali causa, pro civili recommendari non potest. *Ead. qu. 11. n. 51.* *ibid.*
- Et an pro civili debito captus, pro alio debito, vel delicto recommendari possit? *Ead. qu. 11. n. 52. remissivè.* *ibid.*
- Injustè carceratus, tutè, fractis etiam carceribus effugere potest. *Ead. qu. 11. numer. 53.* *ibid.*
- Nobilis, magnæque existimationis, an etiam in criminali causa sub fidejussoribus relaxari debeat? *Ead. qu. 11. n. 54.* *ibid.*
- Interim quotidianas distributiones lucratur. *Ead. qu. 11. n. 53.* *ibid.*
- An & quando in criminalibus sub fidejussoribus relaxatur? *Ead. qu. 11. num. 54. remissivè.* *ibid.*
- Condemnatus non nisi solvat, relaxatur. *Ead. qu. 11. n. 59.* *ibid.*
- A sententia pecuniariæ condemnationis appellans, fidejussorem de repræsentando, condemnationemque solvendo offerens, an sit relaxandus. *Ead. quest. 11. numer. 60. & 61.* *ibid.*
- Dicitur miserabilis. *Præud. 8. n. 6.* 201.
- Carcere effracto ad Ecclesiam fugiens, ejus gaudet immunitate. *Quest. 11. n. 62.* 122.
- Effracti carceris pœnam vitat, ad Principem, superioremve competentem judicem se conferens. *Ead. qu. 11. n. 63.* *ibid.*
- Quibus aliis casibus fracti carceris pœnam evitet? *Ead. qu. 11. n. 64. remissivè.* pag. 123.
- A carcere fugiens, custodis negligentia audivisse præsumitur. *Ead. qu. 11. num. 65.* *ibid.*
- In carcere mortuus, mala custodis cura defuisse videtur. *Ead. quest. 11. numer. 66.* *ibid.*
- Ostium apertum videns, à carcere fugiens, carceris crimine non tenetur. *Ead. qu. 11. n. 67.* *ibid.*
- An quo ad forum, saltem fori, orationibus, quibus os non aperiatur, neque fateatur delictum, possit uti. *Ead. quest. 11. n. 71.* *ibid.*
- Prohibitio ne quis carceratos alloquatur, carceratos alios non comprehendit. *Ead. qu. 11. n. 70.* *ibid.*
- Carcerem diuturnum, qui sustinuit, vel in totum venia donandus, vel puniendus est mitius. *Ead. qu. 11. n. 12.* 119.
- Et in ea existentia tempus, post exilii, similisve condemnationis sententiam in exilii tempus computatur. *Ead. quest. 11. nu. 11.* *ibid.*
- Et quid pro tempore existentia in carcere ante sententiam? *Ead. quest. 11. n. 11. remissivè.* *ibid.*
- Carceris perpetui pœna an imponi possit. *Ead. qu. 11. n. 1.* 118.
- Pœna major quam in opere publico laborare, quibusdam visa est. *Ead. quest. 11. n. 2.* *ibid.*
- Tormenti speciem continet. *Ead. qu. 11. n. 5.* *ibid.*
- Morti comparatur, ejusque subrogatur loco. *Ead. qu. 11. n. 7.* 119.
- Et deportationi. *Ead. qu. 11. n. 3.* 118.
- Castella hodie tantum in duas provincias dividitur. *Qu. 9. n. 21.* 100.
- Causa curiæ, qui? *Qu. 9. num. 43. & 65.* 102. & 104.
- An pro morte simplicis Clerici concedatur? *Ead. quest. 9. n. 84. & sequentibus.* 106.
- Et quid olim? *Ead. quest. 9. numer. 88.* *ibid.*
- Ex causæ gravitate, & magnitudine conceditur. *Qu. 16. num. 17. & sequentibus, præcipuè num. 19. & seq.* 149.
- Catoniana Regula. *Vide Regula.*
- Caupones. *Vide Stabularii.*
- Causa miserabilium personarum divitum, summaria non est, neque ut summaria tractatur. *Proem. n. 7.* 3.
- Cessante non cessat effectus, quando consumatus productusque adest. *Qu. 3.* 21.
- Privilegii cessante privilegium cessat. *Qu. 12. n. 26.* 126.
- Facit hominem turpem, non damnatio. *Qu. 16. n. 6.* 148.
- Accidentalis an naturalis prævaleat? *Qu. 3. n. 54.* 28.
- Arctata potentia causa, ejus quoque arctari effectus debet. *Qu. 9. n. 40.* 102.
- Finalis concedendi scholaribus conservatores judices quæ exiterit? *Qu. 12. numer. 28.* 126.
- Primo conclusa non expediatur si sit præjudicialis majori causæ postea conclusæ. *Privil. 1. n. 9.* 204.
- Finalis diligenter est inspicienda. *Privil. 144. n. 4.* 312. *Quæ*

# Index Rerum

415

- Quæ nocet potius inspicitur non quæ prod-  
est. *Privil.* 30. n. 3. pag. 373.
- Quod limitatur. *Id. privil.* 30. n. 4. *ibid.*
- Pia si fuerit substituta filio subintelligitur  
conditio si sine filiis decesserit. *Privil.* 7.  
n. 5. 353.
- Filiorum duplici onere suffulta prævalere de-  
bet. *Privil.* 6. n. 4. 351.
- Filiorum præfertur piæ causæ. *Id. privil.*  
6. n. 5. *ibid.*
- Cessante cessat effectus. *Allegat. n.* 60. 400.
- Causæ nomen generale est, civilem & crimi-  
nalem complectens. *Quæst.* 3. n. 33. 23.
- Et an, & in quo à lite differat? *Ead. quæst.*  
3. n. 23. *ibid.*
- Non succurritur, sed personæ, quæ præci-  
puum meruit favorem. *Ead. quæst.* 3. n. 41. 26.
- Feudales proprios judices habent. *Ead. quæst.*  
3. n. 75. & 229. 30. & 40.
- Ecclesiæ summarie, breviterque explicari  
debent. *Quæst.* 8. n. 363. 93.
- Colonorum, vel rusticorum Ecclesiæ, & il-  
li ad tempus servientium, an ad Ecclesiast-  
icum forum pertineant? *Qu.* 9. n. 36. 102.
- Aut publicè pœnitentium. *Qu.* 9. n. 37. *ibid.*
- Miserabilium personarum, diebus etiam feri-  
atis tractantur. *Quæst.* 11. n. 32. 121.
- Carceratorum, summarie, & de plano agun-  
tur. *Ead. quæst.* 11. n. 31. *ibid.*
- Et diebus etiam feriatis. *Ead. qu.* 11. n. 32.  
*ibid.*
- Scholasticorum, piæ dicuntur piarumque cau-  
sarum privilegiis gaudent. *Qu.* 12. n. 31. 126.
- Pauperum, dotis, Ecclesiæ, Clericorum, &  
publici favoris comparantur. *Ead. quæst.*  
12. n. 32. 33. & 34. *ibid.*
- Agricultorum prius aliis tractandæ, breviter  
summarieque expediendæ. *Quæst.* 13. num.  
55. 133.
- Mercantiles summarie sunt & spretis apici-  
bus juris decidendæ. *Quæst.* 14. n. 17. &  
*sequentibus.* 138.
- Advenarum, & peregrinorum, summarie  
sunt, & breviter terminandæ. *Quæst.* 15.  
n. 14. & 40. 142. & 145.
- Militum, breves, summarieque existunt.  
*Qu.* 17. n. 224. 171.
- Et an diebus festis agitentur? *Qu.* 17. n.  
224. *ibid.*
- Meri & mixti imperii delegari an possint.  
*Ead. quæst.* 17. n. 147. & 148. 168.
- Universitatis, singulorum non dicuntur, ne-  
que è contra. *Qu.* 10. n. 20. 111.
- Arbitrarie non possunt tractari in diebus feri-  
atis in honorem Dei. *Privil.* 52. n. 4. 243.
- Miserabilium personarum possunt proponi in  
iudicio, feris non obstantibus. *Id. privil.*  
52. n. 5. *ibid.*
- Miserabilium personarum possunt cognosci per  
iudicem Ecclesiasticum, etiam si sint laici.  
*Privil.* 94. n. 4. & 5. 275.
- Miserabilium personarum sunt summarie. *Privi-  
vil.* 149. n. 7. 319.
- Miserabilium personarum inter pias reponun-  
tur. *Privil.* 37. n. 4. 233.
- Miserabilium personarum & alimentorum fiunt  
absque forma iudicii. *Privil.* 11. n. 1. 214.
- Miserabilium personarum iudicantur secundum  
jus canonicum. *Privil.* 76. n. 4. 262.
- Miserabilium personarum sunt piæ cæteris ex-  
pediendæ celeriter. *privil.* 82. n. 1. 265.
- Ecclesiasticæ debent terminari secundum Can-  
ones. *privil.* 79. n. 2. 263.
- Jo. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*
- Causam non fuisse expressam, vel falso ex-  
pressam, paria sunt, prout etiam si incerti-  
tudinarie. *privil.* 37. n. 6. pag. 378.
- Causarum piarum dispositiones, juris gentium  
solemnitatibus contentæ sunt. *Quæst.* 16.  
n. 50. 151.
- Celans Ecclesiæ, vel alterius debitorem, qua-  
liter teneatur? *Qu.* 8. num. 323. 324. &  
325. 91.
- Celtiberorum in bello mos. *Qu.* 17. num. 50.  
162.
- Censores graviter in eos animadvertere sole-  
bant, qui fundos, aut vineas suas incurio-  
sè tractassent. *Qu.* 13. n. 9. 129.
- Censuarius mille etiam annis non solvens, à ju-  
re suo non cadit. *Qu.* 8. n. 102. 78.
- Censualis potius quàm emphiteuticus præsu-  
mitur contractus. *Ead. quæst.* 8. n. 99. 77.
- Censum inconsulto Domino alienans, à jure  
suo non cadit. *Ead. quæst.* 8. n. 103. 78.
- Census rem nostram esse demonstrat; Canon  
alienans. *Ead. quæst.* 8. n. 102. *ibid.*
- In re legata solvitur per legatarium. *privil.*  
49. n. 2. 387.
 Favores non sunt impartendi miserabilibus  
 personis cum aliorum injustitia. *Prelud.*  
 10. n. 1. 203.  
 Concessi libertati communicantur miserabili-  
 bus personis. *privil.* 150. n. 4. 320.  
 Favori suo, an & quando renunciare quis va-  
 leat. *Vide Renunciare.*  
 Fenestræ fieri non possunt ad Monialium cœ-  
 tum prospectum habentes, factæque des-  
 truuntur. *Quæst.* 8. n. 212. 85.  
 Feriæ solennes repentinæ inductæ impediunt,  
 ut quis possit in jus vocari. *privil.* 52. n.  
 2. 243.  
 Non obstant quando agit Ecclesia. *Id. pri-  
 vil.* 52. n. 7. 244.  
 Messium & vindemiarum in publicis causis  
 non servantur. *Quæst.* 10. n. 57. 114.  
 Frugum colligendarum gratia sunt constitutæ.  
*Quæst.* 13. n. 56. 133.  
 Feudales Causæ. *Vide Causæ feudales.*  
 Feudatarius, majora saltem feuda à Romano  
 Imperio tenens, an & quando militaribus  
 privilegiis gaudeat? *Quæst.* 17. numer. 22.  
 160.  
 Feudum publicans, fructus pendentes publicat.  
*privil.* 16. n. 12. 362.  
 Fideicommissarius debet capere hæreditatem  
 de manu hæredis, sic etiam usufructuarius  
 usufructum. *privil.* 45. n. 3. 239.  
 Fideicommissum universale, absque restituti-  
 one in Ecclesiam transit. *Quæst.* 8. num.  
 222. 86.  
 In alios ut transeat, restitutio necessaria est.  
*Ead. quæst.* 8. n. 223. *ibid.*  
 Et quid in fideicommissis particularibus?  
*Ead. quæst.* 8. n. 224. *ibid.*  
 Non extare in dubio judicandum est. *privil.*  
 162. n. 1. 326.  
 Sed quando secus. *Id. Privil.* 162. num. 2.  
 & 3. *ibid.*  
 Fidejubsens donare videtur. *Quæst.* 3. numer.  
 114. 33.  
 Fidejubere quibus non licet? *Privil.* 154.  
 num. 3. 321.  
 Pro alio nemo cogitur. *Quæst.* 3. numer.  
 114. 33.  
 Pupilli favore limitatur. *Ead. qu.* 3. num.  
 115. *ibid.*  
 Prohibetur qui caret sua administratione.  
*privil.* 41. n. 4. 381.  
 Fidejussio omnis regulariter valet. *privil.* 154.  
 num. 1. 321.  
 Fidejussor judicio sisti, aut judicatum solvi,  
 in causa civili præstari regulariter debet.  
*Quæst.* 9. n. 121. 108.  
 Judicio sisti, ejus qui Clericus effectus est,  
 fidejussione liberatur. *Ead. quæst.* 9. n. 122. *ibid.*
- Aliàs non idoneus, censetur idoneus favore  
 miserabilium personarum. *privil.* 154. nu.  
 4. pag. 321.  
 Fidejussores plures existentes, pro parte con-  
 veniendi sunt, divisionique beneficium ha-  
 bent. *Quæst.* 3. n. 117. 33.  
 A tutoribus dati, in solidum conveniuntur.  
*Ead. qu.* 3. n. 118. *ibid.*  
 Pupilli aut minoris, an eorum utantur fa-  
 vore. *Ead. qu.* 3. num. 131. 132. 133. &  
 134. 34.  
 Figura judicii non requiritur in Regno Nea-  
 politano. *Privil.* 11. n. 6. 215.  
 Filiatio an filii appellatione probetur. *Quæst.*  
 16. nu. 107. 154.  
 Filiis ejusdem qualitatis & bonæ conditionis  
 æqualiter sunt amandi. *Proam. numer.* 1.  
 195.  
 Quinque, à quibus oneribus excusant patrem?  
*privil.* 105. nu. 15. 283.  
 Duodecim à quibus? *Id. privil.* 105. num.  
 16. *ibid.*  
 Qui veniant in tali numero? *Id. privil.* 105.  
 num. 17. *ibid.*  
 Et à quibus oneribus non excusant? *Id.*  
*priv.* 105. num. 18. *ibid.*  
 Testimonium contra patrem non probat.  
*privil.* 42. num. 1. 382.  
 Filiifamilias, qui sunt sub potestate patris,  
 testari nequeunt. *privil.* 169. n. 1. 339.  
 Favore miserabilium personarum testari pos-  
 sunt, sic etiam piæ causæ. *Id. priv.* 169.  
 num. 9. 340.  
 Etiam in adventitiis, in quibus patri non  
 quæritur usufructus testari nequeunt. *Id.*  
*privil.* 169. num. 7. *ibid.*  
 Nec etiam cum consensu patris. *Id. privil.*  
 169. num. 8. *ibid.*  
 Filiorum favor causa Religionis & Ecclesiæ  
 est potior. *Privil.* 6. n. 1. 351.  
 Causa duplici onere suffulta debet prævalere  
*Id. privil.* 6. n. 4. *ibid.*  
 Causa præfertur piæ causæ. *Id. privil.* 6. n.  
 5. *ibid.*  
 Causa est potior apud patrem testatorem,  
 quàm causa Religionis. *Id. privil.* 6. n. 7.  
*ibid.*  
 Filios habens, & non habens, miseriam pa-  
 titur. *Quæst.* 2. n. 26. 14.  
 Filius, per matrimonium, an à parentis potes-  
 tate eximatur? *Qu.* 3. n. 36. 25.  
 Etiam non aditam paternam hæreditatem,  
 transmittit. *Quæst.* 8. n. 348. 92.  
 Ejus qui læsæ Majestatis crimen commisit,  
 etiam punitur. *Qu.* 9. num. 110. 107.  
 Nisi Clericus sit. *Ead. quæst.* 9. num. 110.  
 & 111. *ibid.*  
 Illegitimus paterna successione arcetur. *Ead.*  
*quæst.* 9. num. 117. *ibid.*  
 Viginti quinque annis major, in patris po-  
 testate existens, an Reipublicæ munera su-  
 bire teneatur. *Qu.* 3. n. 116. 33.  
 Qui patri infirmo non providit, ejus hæ-  
 reditate privatur. *Ead. quæst.* 3. num. 286.  
 45.  
 Una & eadem persona cum patre, & pa-  
 terni corporis portio judicatur. *Qu.* 5. nu.  
 10. 50.  
 In patris potestate constitutus, nec con-  
 veniri à quoquam, nec convenire quem-  
 quam ipse potest. *Ead. quæst.* 5. num. 111.  
*ibid.*  
 Minor

# Index Rerum.

435

- Minor emancipatus patrem habens, fori, legisque unicæ, C. quando imperat inter pupil. & vid. gaudet. *Ead. qu. 5. numer. 13.* pag. 50.
- Vel si patrem inutilem habeat. *Ead. quest. 5. n. 14.* *ibid.*
- Aut longè absentem. *Ead. qu. 5. num. 15.* *ibid.*
- Vel si actionem proponere, aut prosequi pater in judicio omittat, renuat, expressè remittat. *Ead. quest. 5. n. 16.* *ibid.*
- Quibus in casibus cum patre experiri in judicio possit? *Ead. quest. 5. num. 17. remissivè.* *ibid.*
- An bonis patris Religionem ingressi, non nisi post mortem legitimam habeat? *quest. 8. n. 435.* 96.
- Ingratitudinem adversus patrem committens exhæredari potest. *Qu. 9. n. 114.* 107.
- Clericus non potest. *Ead. qu. 9. num. 115.* *ibid.*
- Absque parentis autoritate in judicio comparere non potest. *Ead. quest. 9. nu. 124.* 108.
- Clericus potest. *Ead. qu. 9. n. 123.* *ibid.*
- An institui, aut exhæredari nominatim debet, nec præteritus testamentum rumpit. *Qu. 17. nu. 122.* 167.
- Potest retinere dotem matris pro administratione tutelæ donec reddiderit computum. *privil. 67. nu. 4.* 254.
- Quotuplex peculium habeat? *privil. 155. nu. 1.* 321.
- In castrensi, vel quasi, quod habeat? *Id. priv. 155. n. 2.* *ibid.*
- Quid in adventitio? *Id. privil. 155. num. 4.* *ibid.*
- Quid in profectio? *privil. 155. nu. 3.* *ibid.*
- Pro sua legitima nequit accipere meliora bona. *privil. 102. n. 3.* 280.
- Ita quoque mulier pro sua dote. *Id. privil. 102. n. 4.* *ibid.*
- Monitus à judice Ecclesiastico, legata pia relicta in paterno testamento solvere, si intra annum neglexerit, legitima portione privatur. *privil. 11. n. 2.* 356.
- Vide *Id. privil. 11. n. 3.* *ibid.*
- Negligens in libertate concedenda ex testamento patris, non amittit legitimam. *Id. privil. 11. nu. 4.* *ibid.*
- Non adimplens legata pia relicta in testamento patris, non amittit legitimam. *Id. privil. 11. n. 5.* *ibid.*
- Si non craverit executioni demandari, legata facta pro exoneratione conscientie, & pro male ablatis, debet privari legitima. *Id. privil. 11. n. 6.* *ibid.*
- Non revelans contra patrem, non incidit in excommunicationem. *privil. 42. n. 2.* 382.
- Limita. *Id. privil. 42. n. 3.* *ibid.*
- Filiusfamilias miles, non solum de Castrensi- bus testari, sibi que testamentum facere potest; sed etiam filio pupillo. *quest. 17. n. 127. & 128.* 167.
- Etiam patre permittente, testari non poterat. *Ead. quest. 17. n. 208.* 170.
- Et quid de jure regia. *Ead. quest. 17. nu. 210.* *ibid.*
- Miles, de Castrensi- bus, aut quasi castrensi- bus testari potest. *Ead. quest. 17. nu. 209.* *ibid.*
- Et pro his cum patre contendere valet. *Ead. quest. 17. nu. 212.* p. 170.
- Pro aliis non potest. *Ead. quest. 17. n. 211.* *ibid.*
- Quidquid quærit, quærit patri. *privil. 169. nu. 2.* 339. & 340.
- Senator, sub patria potestate existens, etiam patre consentiente, testari nequit. *Id. priv. 169. n. 5.* 340.
- Potest testari inter liberos. *priv. 145. num. 20.* 314.
- Quando valide donet de profectitiis & adventitiis? *priv. 155. n. 5.* 321. & 322.
- Relictus tutor miserabilium personarum, cogi potest ad exercendam tutelam. *privil. 145. num. 1.* 312.
- Quare. *Id. privil. 145. numer. 2. 3. & 4.* 312. & 313.
- An possit facere testamentum, & dare tutorem filiis suis, si habeat patrem in cujus potestate sit. *Id. privil. 145. nu. 10.* 313.
- An & quando & ad pias causas possit facere testamentum? *Id. privil. 145. n. 15.* 314.
- An possit donationem causa mortis facere? *Id. privil. 145. n. 16.* *ibid.*
- Et quid in bonis, in quibus pater habet, vel non, utumfructum? *Id. privil. 145. n. 19.* *ibid.*
- Firmum nihil adeo inhumanis ut contradicere careat. *Qu. 1. n. 5.* 10.
- Fisco actori reus ab eo conventus tenetur edere instrumenta ad fundandam illius intentionem. *privil. 12. n. 5.* 215.
- Amplia. *Id. privil. 12. num. 6.* *ibid.*
- Fiscus, duabus sententiis existentibus, altera pro fisco, contra eum altera; an quæ fisco favet attendatur. *Proæm. numer. 46. remissivè.* 6.
- Privato succedens, pro tempore præterito privati, pro futuro, proprio jure utitur. *Qu. 5. n. 22.* 51.
- Est ultimus privilegiatorum. *Qu. 8. numer. 22.* 71.
- Contra eum in dubio est judicandum. *Ead. qu. 8. n. 23.* *ibid.*
- Habet tacitam hypothecam in bonis cum illo contrahentis. *Ead. quest. 8. num. 26.* *ibid.*
- Victus in expensis non condemnatus. *Ead. qu. 8. n. 94.* 77.
- Intra triennium, sub specie de novo reperi- torum instrumentorum sententiam contra se latam retractare facit. *Ead. qu. 8. nu. 164. & seq.* 82.
- Instrumenti perditum tenorem etiam non peritis testibus probat. *Ead. quest. 8. num. 175.* 83.
- Quatenus in sui debitoris bonis, adversus- que alios ejusdem debitoris creditores pri- vilegiatus in hypotheca existat. *Ead. qu. 8. nu. 176.* *ibid.*
- Prælationis privilegio in actione personali gaudet. *Ead. qu. 8. num. 178.* *ibid.*
- Videns pignus distrahi, nisi expresse con- sentiat, jus pignoris remississe non videtur. *Ead. qu. 8. num. 203. & 204.* 85.
- Breviter & executivè contra debitores suos agit in liquidis. *Ead. qu. 8. n. 362.* 93.
- Debitores sui debitoris, non excusso prin- cipali convenire potest. *Ead. qu. 8. nu. 415.* 95.
- Pecuniam etiam consumptam, posteriori creditori solutam, repetit. *Ead. quest. 8. num.*

- num. 418. 420. & 421. pag. 95.  
Rem communem cum alio habens, totam potest vendere, vel pignorarè. *Ead. quæst. 8. n. 430.* *ibid.*  
Minima etiam parte ad eum pertinente. *Qu. 10. n. 68.* 115.  
Pro sibi tributis debitis, in bonis debitoris hypothecam habet. *Ead. qu. 10. num. 77.* *ibid.*
- Fœlicitas humana, miseriam ex peccato venientem non tollit. *Qu. 2. n. 12.* 13.  
Humana, miseria est, & quanto quique fœlicior, tanto miserior. *Ead. quæst. 2. num. 37.* 15.  
Fœlix nemo malus. *Ead. qu. 2. nu. 12.* 13.  
Fœmina regulariter prohibetur esse procuratrix. *privil. 41. nu. 1.* 237.  
Fallit favore miserabilium personarum. *Id. priv. 41. n. 2.* *ibid.*  
Fallit pro Ecclesia. *Id. priv. 41. n. 3.* *ibid.*  
Fallit in causa propria. *Id. privil. 41. num. 5.* *ibid.*  
Fallit in causa parentum. *Id. privil. 41. nu. 6.* *ibid.*  
In relictis ad favorem miserabilium personarum à testimonio non repellitur. *privil. 141. nu. 1.* 309.  
In testamento patris inter liberos adhiberi potest in testem. *Id. privil. 141. n. 3.* *ibid.*  
An miserabilium, & Ecclesiæ Advocata existere possit? *Proœm. n. 40.* 5. & 6.  
An possit pro miseris fidejuberè? *Id. Proœm. nu. 62.* 7.  
An pro Ecclesia, vel pia causa? *Quæst. 8. nu. 370.* 93.  
Pro aliis regulariter nequit. *Ead. qu. 8. n. 370.* *ibid.*  
Dilapidatorem bonorum Ecclesiæ accusare potest: regulariter prohibetur. *Ead. qu. 8. n. 370.* *ibid.*  
Nisi cum suam, suorumve injuriam prosequitur. *Quæst. 3. num. 141.* 34.  
Tutorem suspectum accusandi facultatem habet. *Ead. qu. 3. n. 142.* *ibid.*  
Pro debito civili, etiam fiscali ad carcerem trahi nequit. *Ead. quæst. 3. nu. 143. & 245.* 34. & 41.  
Pro pupillari potest, etiam mater. *Ead. qu. 3. n. 144.* 34.  
Neque pro causa criminali levi carceratur. *Ead. quæst. 3. nu. 246.* 42.  
Mares devotione excellit. *Ead. quæst. 3. n. 234.* 41.  
Excusatur à pœna legis si quis in tantam, C. Unde vi. *Ead. quæst. 3. num. 238. remissivè.* *ibid.*  
Et an à præsumpta fraude, à pœna falsi, ob scripturæ lacerationem, & à perjurio? *Ead. quæst. 3. n. 238.* *ibid.*  
Quæ in Canonem, si quis suadente Diabolo, incidit, Romam pro absolutione ire non tenetur; sed à proprio eam obtinet Episcopo. *Ead. quæst. 3. n. 247.* 42.  
Defuncti necem non vindicans, illius hæreditate non privatur. *Ead. quæst. 3. n. 250. & qu. 5. n. 64.* 42. & 55.  
Decem & octo annis major, quæ veniam impetravit ætatis, major habetur, nec restitutionem, forive privilegium habet. *Quæst. 4. n. 14.* 47.  
Fœminæ excluduntur existentibus masculis. *privil. 7. n. 4.* 352. & 353.
- Restitutionem adversus propriam confessionem habent, cum de delicto aliter non constet. *quæst. 3. nu. 240.* pag. 41.  
Bonam fidem habere præsumuntur, illamque muliebris sexus inducit, & doli præsumptionem excludit. *Ead. quæst. 3. nu. 242.* *ibid.*  
Omnis doli arte instruuntur. *Ead. quæst. 3. n. 243.* *ibid.*  
Ad iudicium, ut testimonium ferant, trahi non debent. *Ead. qu. 13. n. 244.* *ibid.*  
An juris ignorantia excusentur? *Ead. quæst. 3. n. 249.* 42.  
Debilioris complexionis, & caloris, quam mares sunt, citius pubescunt, & senescunt citius. *quæst. 18. n. 23.* 177.  
An minore ætate quàm masculi à jejunii observatione eximantur? *Ead. qu. 18. n. 23.* *ibid.*  
Fœminarum delicta, apud multas nationes, pecuniaria multa redimebantur. *quæst. 3. nu. 239.* 41.  
Earum privilegia remissivè. *Ead. qu. 3. n. 250.* 42.  
Fœminas lædi facilè lex præsumit. *Ead. qu. 3. n. 243.* 41.  
Fœminis, ut pupillis, nemine petente, de Advocato iudex providet. *Ead. quæst. 3. n. 236.* *ibid.*  
Mitiùs cum eis agitur. *Ead. qu. 3. n. 237.* *ibid.*  
Et an etiam in hæresis crimine. *Ead. qu. 3. nu. 238. remissivè.* *ibid.*  
Fœnerari ab agricolis, an & quatenus Imperator Justinianus concesserit? *Quæst. 13. n. 60.* 134.  
Forenses excusantur ab hospitio. *privil. 105. n. 9.* 283.  
Forma sine substantiali forma nihil in rerum natura subsistit. *qu. 8. n. 57.* 75.  
Dat esse rei, illaque mutata tota extincta censetur. *privil. 29. n. 4.* 372.  
Est servanda, eique nihil addi aut detrahi potest. *Id. privil. 29. nu. 2.* *ibid.*  
Est de genere indivisibilium. *Id. privil. 29. n. 3.* *ibid.*  
Formæ quidquam addi, aut detrahi, neque in melius quidem, aut identitatis ratione potest. *Qu. 9. num. 44.* 103.  
Fortuna volubilis, & tantùm constans in levitate sua est. *qu. 14. n. 12.* 138.  
Forus. Fori electionem an habeat, qui ubique locorum se convertisse pactus est? *Qu. 3. n. 61. & seqq. usque ad 68. 28. 29. & 30.*  
Principis electio propter criminis immanitates conceditur. *quæst. 9. num. 7.* 99.  
In foro suo, tam in civilibus, quàm in criminalibus conveniendus quis est. *Ead. qu. 9. n. 42. & seqq.* 102. & 103.  
Alia. Vide Electio, & Privilegium.
- Franciscus Carracus novissimè de casibus Curie scribens, reprehenditur. *Proœm. num. 11.* 4.  
Fratrè pro fratris redemptione expendens an repetat? *Quæst. 16. n. 87.* 153.  
Fratres minores. Vide Religiosus.
- Fraudibus præcludenda via. *Qu. 15. num. 5.* 142.  
Fraus malæ fidei possessoris prodesse non debet. *Pralud. 3. n. 4.* 343.  
Ne fiat est occurrendum. *privil. 16. num. 8.* 218.  
Nulli

# Index Rerum.

437

Nulli debet patrocinari. *Id. privil.* 16. n. 9. pag. 218.  
 In dubio non præsumitur. *privil.* 17. n. 2. & 3. 219.  
 Fructus ex quibus pensio Ecclesiastica, vel alimenta solvenda sunt, tacite pro pensione, vel alimentis obligari censentur. *Qu.* 8. n. 82. & 85. 76.  
 Pro aliis pensionibus ex fructibus, aut ex certo fundo relicto, aut promissis, personalis solum competit actio. *Ead. qu.* 8. n. 83. *ibid.*  
 Si super certis bonis pensio constituta sit, contrahitur hypotheca. *Ead. qu.* 8. n. 84. *ibid.*  
 Non modo rientes, sed maturi jam, & à solo separati perditione subsunt. *Qu.* 13. n. 11. 130.  
 Pignoris percipi non possunt, illos non computando in sortem. *Allegat. n.* 15. 16. 17. 18. 19. & 20. 406.  
 Percepti, existente contractu nullo, restituantur, restituto pretio, & compensato interesse illius. *Allegat. n.* 21. *ibid.*  
 Rei legatæ non pertinent ad legatarium, nisi qui collecti sunt post aditam hæreditatem. *privil.* 25. n. 1. 369.  
 Rei requiritur dominium. *Id. privil.* 25. n. 2. *ibid.*  
 Rei legatæ pro incertis & male ablatis debentur à die mortis testatoris. *Id. privil.* 25. n. 3. *ibid.*  
 Rei legatæ hæreditate jacente pertinent ad legatarium. *Id. privil.* 25. n. 5. 370.  
 Rei legatæ ante acceptationem ad legatarium spectant, nisi res fuerit propria testatoris, quo casu fructus illi debentur à die aditæ hæreditatis, etiam ante acceptationem. *Id. privil.* 25. n. 10. & 11. *ibid.*  
 Nisi legatum sit conditionale. *Id. privil.* 25. n. 12. *ibid.*  
 In confiscatione rerum mobilium non veniunt. *privil.* 16. n. 6. 361.  
 A solo separati connumerantur inter mobilia. *Id. privil.* 16. n. 3. *ibid.*  
 Secus fructus pendentes. *Id. priv.* 16. n. 4. *ibid.*  
 Sunt pars fundi. *Id. privil.* 16. n. 5. *ibid.*  
 Ita quod de eis potest fieri supplementum legitimæ. *Id. privil.* 16. n. 7. *ibid.*  
 Frumentum recollectuum, si executionis ratione agricolis capiatur; non minori quantitate, quam taxæ pretio distrahendum est, aut emptore non existente eo pretio capere compellitur creditor. *Qu.* 13. n. 51. 133.  
 Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur. *Prelud.* 1. n. 7. 196.  
 Fugæ suspicione fenæ vacant. *Quæst.* 18. num. 70. 182.  
 Eugiens à carcere, custodis negligentia fugisse præsumitur. *Qu.* 11. n. 65. 123.  
 Fundamento destructo, inædificatum corruiat, necesse est. *Quæst.* 9. n. 41. & *quæst.* 20. n. 4. 102. & 218.  
 Fundus dotalis, nec consensu Conjugum alienari potest. *privil.* 58. n. 13. 247.  
 Pupilli, aut viduæ in quo falsa cuditur moneata, an ordinariis poenis subjaceat. *Qu.* 3. n. 199. 38.  
 Funeris sumptus de hæreditate deducitur, & cuivis alii creditori præfertur. *Qu.* 3. n. 281. 45.  
 Quid hodie. *Ead. qu.* 3. n. 281. *remissivè. ibid.*  
 Fur vel ejus hæres pro re furto substracta, *Jo Mar. Novar. Traët. de Priv.* Tom. II.

an hypothecaria, vel persecutoria solum actione, re extante, teneatur, vel ad æstimationem, non existente? *Qu.* 8. n. 40. p. 72.  
 Furcæ poena qui plectantur? *Qu.* 17. n. 164. *remissivè.* 168.  
 Furiosi & prodigi habent restitutionem. *Privil.* 63. n. 2. 250. & 251.  
 Amplia. *Id. privil.* 63. n. 3. & 4. 251.  
 Furiosus est miserabilis persona. *Qu.* 19. n. 2. 183.  
 Nec naturaliter obligatur. *Ead. quæst.* 19. n. 14. 185. & 186.  
 Mente captus, infans, & pupillus, favore piæ causæ testari nequeunt. *priv.* 171. n. 3. 341.  
 Furtum qui committit & patitur miser est. *Qu.* 2. n. 31. 14.

## G.

GABELLA de pecudibus, seu armentis, pro redemptione dandis, non debetur. *Qu.* 16. n. 119. 155.  
 Alio. *Vide* Pedagogium.  
 Gallæci pro Curia casu an & quando adversarios ad Vallisoletanam Cancellariam trahere possint? *Qu.* 9. n. 24. 101.  
 Gallæciæ Præfecti Prætorio, quo nomine & potestate fungantur? *Ead. qu.* 9. n. 78. & 79. 105.  
 Generi per speciem an derogetur? *Allegat. n.* 63. 400.  
 Genus qualiter apud Juristas, qualiterque à Dialecticis accipiatur? *Qu.* 2. n. 5. 11.  
 Mortis, morte ipsa deterius. *Qu.* 18. n. 9. 173.  
 Gradus piæ causæ tres requiruntur. *Privil.* 12. n. 3. 357.  
 Gratia publicam utilitatem respiciens, morte concedentis non expirat. *Proam. n.* 75. & *qu.* 10. n. 97. 7. & 116.  
 Et quid si miserabilium favorem contineat? *Proam. n.* 75. 7.  
 Regulariter concedendum morte expirat. *Qu.* 10. n. 96. 116.  
 Provisionis dicitur subreptitia, si provifus obtinens beneficium aliud, de eo non fecit mentionem. *privil.* 40. n. 12. 236.  
 Gratiani lapsus. *Qu.* 9. n. 57. & 59. 104.  
 Gravatus hæreditatem restituere. *Vide* Restituere.  
 Gravitas delicti ex poenæ gravitate cognoscitur. *Qu.* 9. n. 11. 100.  
 Gulofus miser est. *Qu.* 2. n. 17. 14.

## H.

HABENS partem in fructibus habet partem in prædio. *privil.* 16. n. 8. 361.  
 Electionem, si unam rem acceptat, alteram repudiare tenetur. *privil.* 25. n. 9. 370.  
 Potestatem procedendi de facto, uti Deus judicare potest. *privil.* 164. n. 29. 335.  
 Majus privilegium debet præferri. *privil.* 168. n. 4. 337.  
 Habere maritum inutilem, & non habere, paria sunt. *Qu.* 7. n. 2. 3. & 11. 61. & 62.  
 Hæbrei soliti accommodare lectos, non possunt cogi ad illos præstandos. *privil.* 24. n. 2. 224.  
 Hæredi non prodest inventarium, nisi fiat infra nonaginta dies. *privil.* 29. n. 11. 228.  
R r      Hæ-

- Hæreditas non adita, non transmittitur. *Qu.* 3. num. 169. & *quæst.* 5. num. 75. & *quæst.* 8. n. 345. pag. 36. 56. & 92.
- Limitatur in minore. *Quæst.* 5. n. 76. 56.
- Et in Ecclesia. *Qu.* 8. n. 344. 92.
- Et in filiis. *Ead. qu.* 8. n. 347. *ibid.*
- Codicillis directo dari, aut adimi non potest. *Qu.* 17. n. 85. 165.
- A milite potest. *Ead. qu.* 17. n. 86. *ibid.*
- Ex tempore, vel ad tempus dari non potest. *Ead. qu.* 17. n. 217. 171.
- Nisi à milite detur. *Ead. qu.* 17. num. 218. *ibid.*
- Sola sine libertate adimi non potest seruo, cui hæreditas, libertasque eodem testamento relicta. *Ead. qu.* 17. num. 198. 170.
- Hæreditatem restituere rogatus Trebellianicam detrahit. *Ead. qu.* 17. n. 94. 166.
- Hæreditatis aditio requiritur ad pupillarium tabularum confirmationem. *Ead. quæst.* 17. num. 129. 167.
- Limitatur in tabulis pupillaribus militum. *Ead. qu.* 17. n. 130. *ibid.*
- Aditio quando non sit necessaria ad effectum solvendi legata pia? *Privil.* 115. n. 3. 298.
- Hæres intra quod tempus conficere inventarium debeat? *Qu.* 3. n. 181. 37.
- Admittitur ad probandum adversus ea, quæ in inventario designata sunt. *Ead. qu.* 3. nu. 186. *ibid.*
- Non melioris conditionis, quàm defunctus esse debet. *Ead. quæst.* 3. n. 215. 40.
- Mariti etiam post annum luctus, ad viduæ pauperis alimenta tenetur. *Ead. quæst.* 3. n. 217. *ibid.*
- Personam defuncti repræsentat, & quidquid est de aliquo, idem quoque est de ejus hærede. *Ead. quæst.* 3. num. 217. *ibid.*
- In omnibus obligationibus defuncti, activis, & passivis succedit. *Qu.* 8. n. 414. 95.
- Qui in causa est, ut defuncti superstes conjux, alimentis negatis, ad viliores operas, quàm quas marito vivente exercebat, salvaque dignitate faceret, descendat, prædefuncti mariti memoriam offendit, & indignum se illius hæreditate efficit. *Qu.* 3. n. 218. *rémissive.* 40.
- Interfecti mortem non vindicans hæreditate, perceptisque fructibus privatur. *Qu.* 5. nu. 63. 55. & 56.
- Minori in hoc parcitur. *Ead. qu.* 5. n. 64. *ibid.*
- Conductoris, in conductione persistere cogitur. *Qu.* 8. n. 413. 95.
- Post temporà locationis, ad reconductionem compelli nequit. *Qu.* 8. n. 343. 92.
- Suspectam etiam hæreditatem pro libertate præstanda adire compellitur. *Qu.* 16. num. 110. 154.
- Semel non potest desinere esse hæres. *Qu.* 17. n. 88. 165. & 166.
- Utra dodrantem gravari non potest. *Ead. qu.* 17. num. 98. 166.
- Quilibet inventarium conficere debet. *Ead. qu.* 17. n. 221. 171.
- Sciens rem aliquam mihi esse legatam, debet mihi restituere fructus ejus à die mortis testatoris obvenientes. *Privil.* 25. n. 4. 369.
- Non potest molestari ante confectionem Inventarii. *Privil.* 40. n. 1. 380.
- Etiam si constaret hæreditatem esse opulentam. *Id. privil.* 40. n. 2. *ibid.*
- Fallit tamen ubi ageretur pro legato incerto- rum & male ablatorum. *Id. privil.* 40. n. 3. *ibid.*
- Extraneus non adimplens testatoris voluntatem privatur ipsa hæreditate. *Privil.* 11. n. 1. pag. 356.
- Non conficiens inventarium tenetur in solidum in foro contentioso. *Privil.* 33. n. 1. 231.
- Fallit favore miserabilium personarum. *Id. priv.* 33. n. 2. *ibid.*
- Et de Jure Canonico. *Id. privil.* 33. n. 3. *ibid.*
- Cedendo legatariis actionem contra debitores liberatur. *Privil.* 163. n. 26. 330.
- Excusatur à confectioe inventarii quando major est expensa quàm utilitas. *Privil.* 33. n. 6. 231.
- Non confecto inventario non compellitur, nisi usque ad vires hæreditarias. *Id. privil.* 33. num. 7. *ibid.*
- Non potest conveniri infra tempus conficiendi inventarium. *Privil.* 29. num. 1. 228.
- Fallit favore miserabilium personarum. *Id. privil.* 29. n. 2. & 8. *ibid.*
- Potest conveniri infra tempus conficiendi inventarium pro rebus male ablatis. *Id. privil.* 29. n. 4. *ibid.*
- Convenitur ex causa alimentorum durante tempore ad conficiendum inventarium. *Id. privil.* 29. n. 9. *ibid.*
- Si infra trimestre confecit inventarium potest conveniri. *Id. privil.* 29. n. 10. *ibid.*
- Hæreticus miserabilis, an fori privilegio utatur? *Qu.* 3. n. 68. & duobus seqq. 30.
- Excommunicationem ipso jure incurrit. *Ead. qu.* 3. n. 68. 69. & 70. *ibid.*
- Hijos dalgo vulgò nominati, à qualificatis nobilibus, excellentioribus nempe & illustrioribus distinguuntur. *Qu.* 9. n. 87. 106.
- Hispalensis Præfecti Prætorio, qua dignitate, potestate, quoque fungantur nomine. *Ead. quæst.* 9. n. 78. 105.
- Hispania an una tantum Provincia à Romanis effecta, aut etiam in plures, & in quot distributa. *Ead. qu.* 9. n. 21. 100.
- Hombres de Armas, Vide Milites.*
- Homicida, qui obtinuit gratiam pro homicidio, si committat de novo homicidium, & obtinuit gratiam, non facta mentione de prima, est nulla. *Privil.* 40. n. 10. 236.
- Hominem qui dicit, miserabilem, id est, miseræ habilem, consequenter dicit. *Qu.* 2. n. 1. 2. & 9. 11. & 12.
- Hominis natura ubi describitur? *Ead. qu.* 2. nu. 22. & 23. 14.
- Homo apud Juristas locum generis tenet, apud Dialecticos speciem constituit. *Ead. qu.* 2. n. 5. 11.
- Honestè, aut turpiter vivere, quæ dicatur. *Qu.* 3. n. 47. 48. 50. & 210. 27. & 39.
- Honor potior vita reputatur. *Qu.* 3. n. 23. 23.
- Secundum ætatem distribui debet. *Qu.* 18. n. 27. 177.
- Hospitale, etsi magnos redditus percipiat, fori principis electione gaudet. *Qu.* 10. n. 33. 112.
- Hospitalitas divino & humano jure commendatur. *Qu.* 15. n. 27. 143.
- Ad peregrinorum hospitalitatem possunt excommunicatione compelli cives. *Ead. qu.* 15. n. 35. 144.
- Hypotheca tacita in bonis tutoris, incipit à die administrationis. *Privil.* 107. n. 11. 286.
- Minime inducitur, nisi in casibus à jure expressis. *Id. privil.* 107. n. 7. *ibid.*
- De jure digestorum an detur pro legato aliment-

# Index Rerum.

439

alimentoꝝ? *Privil.* 163. n. 21. p. 328.  
 Quid de aliis legatis? *Id. privil.* 163. n. 23.  
 328. & 329.  
 Competit à die administrationis inceptæ. *Privil.* 48. n. 3. 386.  
 Tacita inducitur pro restitutione rerum malè  
 ablatarum super bonis ejus qui abstulit. *Id.*  
*privil.* 48. n. 1. *ibid.*  
 Amplia. *Id. privil.* 48. n. 2. *ibid.*  
 Hypothecaria actio an detur contra furem,  
 aut ejus hæredem. *Quæst.* 8. n. 40. 72.  
 Alia. *Vide Minor, Administrator, Bona, Dos*  
 & *Fructus.*

## I.

JACTARE quis suum non præsumitur. *privil.*  
 30. n. 2. pag. 228.  
 Ictus, *Vide Plaga.*  
 Jejunii obligatio, qua ætate mares, foemi-  
 næque, eximantur. *Qu.* 18. nu. 72. & *Jeqq.*  
 182.  
 Ignorans non præsumitur renuntiasse juri quod  
 ignorat. *privil.* 89. n. 6. 272.  
 Ignorantia facti, non juris excusat. *Quæst.* 3.  
 n. 248. *Quæst.* 5. num. 49. & *quæst.* 17.  
 n. 151. 42. 53. & 168.  
 Minores excusat. *Qu.* 5. n. 50. 53.  
 Et universitatem. *Quæst.* 10. n. 44. 114.  
 Rusticos, quibus in casibus excuset? *Quæst.*  
 13. n. 61. 62. 63. & *Jeqq.* 134. & 135.  
 Excusat milites. *Qu.* 17. n. 152. 168.  
 Alia. *Vide Rusticus.*  
 In dubio præsumitur. *Allegat.* n. 39. 399.  
 Illegitimi à successione paterna arcentur. *Qu.*  
 9. n. 117. 107.  
 Imaginationis vis & potentia. *Proæm.* n. 12.  
 4.  
 Immunitas munerum civilium, & publicorum  
 simpliciter concessa, ordinariorum, realium  
 vacationem non continet; personalium, &  
 eorum, quæ à iudicibus judicantur, conti-  
 net, nisi munus tutelæ sit. *Qu.* 3. num. 201.  
 38.  
 Nulla ab hospite recipiendo, liberat. *Qu.* 15.  
 n. 36. 144.  
 Ecclesiarum, ipsarummet favore concessa est.  
*Qu.* 8. n. 50. 73.  
 An ex veteris testamenti lege aut evangelica  
 sit concessa? *Ead. quæst.* 8. nu. 50. *remissive.*  
*ibid.*  
 Ab Ethnicis etiam eorum sanis concessa. *Ead.*  
*qu.* 8. n. 50. *ibid.*  
 Impeditus ad longum tempus, vel in perpe-  
 tuum citatus, an procuratorem mittere tenea-  
 tur? *Qu.* 3. n. 216. 43.  
 Impensa funeris civilis alii creditori præfertur.  
*Ead. qu.* 3. n. 281. 45.  
 Et infirmitatis. *Ead. qu.* 3. n. 281. *ibid.*  
 Imperator non nisi miles deligendus. *Qu.* 17.  
 n. 52. 163.  
 Imperitia Notariorum non debet partibus ob-  
 esse. *Allegat.* n. 14. 398.  
 Imperium & Ecclesia, ac utriusque privile-  
 gia fraternizant. *Qu.* 8. n. 32. 72.  
 Impetrans rescriptum contra miserabiles perso-  
 nas, debet facere mentionem, quod illæ  
 sunt miserabiles personæ, contra quas im-  
 petrat rescriptum, & quare Author do-  
 cet. *Privil.* 40. n. 1. & 2. 236.  
 Quod difficilem reddit gratiam, Principi ma-  
 Jo. Mar. Novar. *Tract. de Priv.* Tom. I I.

nifestare debet. *Id. privil.* 40. n. 2. *ibid.*  
 Tenetur exprimere qualitatem beneficii quod  
 impetrat. *Id. privil.* 40. n. 5. *ibid.*  
 Impetratur frustra, quod jure conceditur. *Pre-*  
*lud.* 1. n. 7. 196.  
 Implementi defectus an rescindat, annullatve  
 contractum? *Quæst.* 8. n. 250. 87.  
 Et quid implementi defectus ex parte Eccle-  
 siæ, vel fisci accidat? *Ead. qu.* 8. nu. 251.  
*ibid.*  
 Impubes patrem habens, pupillus non dicitur;  
 nec fori privilegio utitur. *Qu.* 3. num. 34.  
 25.  
 Qui se hæreditati miscuit, abstinere potest.  
*Ead. qu.* 3. n. 130. 33. & 34.  
 An jurare, & perjurium committere possit?  
*Qu.* 5. n. 69. 55. & 56.  
 An & quando pro ejus testimonio præsumatur?  
*Ead. qu.* 5. n. 71. *in fin.* *ibid.*  
 Alia. *Vide Pupillus, Minor.*  
 In jure nihil frustra. *Allegat.* n. 15. 398.  
 Incertitudo actum vitiat, nisi pars non oppo-  
 nat. *Qu.* 3. n. 86. & *qu.* 8. n. 70. 31. & 75.  
 Publico, aut Ecclesiæ favore non vitiat. *Qu.*  
 8. n. 71. 75.  
 Rei vel loci æquiparatur. *Ead. qu.* 8. n.  
 73. *ibid.*  
 Respectu quantitatis, vel rei legatæ vitiat  
 legatum. *privil.* 19. n. 1. 220.  
 Sic etiam incertitudo personæ. *Id. privil.* 19.  
 n. 3. *ibid.*  
 Vitiat omnem dispositionem. *Id. privil.* 19.  
 n. 2. *ibid.*  
 Incertus de statu suo, testari non potest. *Qu.*  
 17. n. 137. 167.  
 Indebitum indebitè solutum repeti potest. *Qu.*  
 8. n. 360. 92.  
 Quid si fuerit Ecclesiæ solutum? *Ead. qu.*  
 8. n. 361. & 362. 92. & 93.  
 Solutum privilegiatus repetens, an in recipien-  
 tem probandi transferat onus? *Proæm.* n. 49. 6.  
 Alia. *Vide Repetens.*  
 Indefinita æquipollent universalis. *privil.* 175.  
 n. 1. 343.  
 Ubi tamen subest eadem ratio. *Id. privil.* 175.  
 n. 2. *ibid.*  
 Negativè concepta habent vim universalis. *Id.*  
*privil.* 175. n. 3. *ibid.*  
 Equipollent universalis etiam in contractibus  
 alimentis. *Privil.* 175. n. 4. *ibid.*  
 Et omni dispositione. *Id. privil.* 175. n. 4. *ibid.*  
 Quid ubi tenderent in præjudicium miserabi-  
 lium personarum? *Id. privil.* 175. n. 5. *ibid.*  
 Inducta ad unum finem non debent contrarium  
 operari præter eorum intentionem. *Qu.* 11.  
 n. 16. & *Allegat.* n. 13. 120. & 398.  
 Et illata. *Vide Res inductæ.*  
 Infans favore piæ causæ testari nequit. *Pri-*  
*vil.* 171. n. 3. 341.  
 Infirmitas vires corporis minuit, animi addit.  
*Qu.* 3. n. 251. 42.  
 Plures utilitates, effectusque appetendos pro-  
 ducit, scientiarum, & artium magistra.  
*Ead. qu.* 3. n. 252. *ibid.*  
 Ab ignorantia ejus, qui publicè proclama-  
 tum est, excusat. *Ead. qu.* 3. n. 280. 45.  
 Suorum, etiam excusat à comparando. *Ead.*  
*qu.* 3. n. 257. 43.  
 Infirmitatis impedimento allegato, oblataque  
 de illa fide, iudicis potestas suspenditur, in-  
 que valetudinis tempus iudicium differtur.  
*Ead. qu.* 3. n. 258. *ibid.*  
 R r 2 Delicti

- Delicti pœnam minuit. *Ead. qu. 3. n. 261.*  
pag. 43.
- Sumptus. *Vide Impensa.*
- Infirmus diuturno etiam morbo laborans, non semper in omni casu miserabilium privilegiis gaudet. *Proœm. n. 6.* 3.
- Dives non gratis ab Advocatis, aut Procuratoribus juvandus necessario est, neque ab sportularum solutione excusatur. *Proœm. n. 6.* *ibid.*
- Neque legatum miserabilibus factum confequitur. *Proœm. n. 8.* *ibid.*
- An pro civili debito, crimineve in carcerem mitti possit. *Quæst. 3. n. 252. & qu. 18. nu. 65.* 43. & 182.
- Torqueri non potest. *Quæst. 3. n. 253.* 43.
- Ab executione liberatur, quæ contra sic infirmantem fieri non debet. *Ead. qu. num. 254.* *ibid.*
- A contumacia excusatur. *Ead. qu. 3. numer. 255.* *ibid.*
- Et an procuratorem citatus mittere debeat. *Ead. qu. 3. n. 256.* *ibid.*
- In integrum restituitur, confitendo de infirmitate ad ulteriora iudice procedente. *Ead. qu. 3. n. 259.* *ibid.*
- A negligentia excusatur. *Ead. quæst. 3. nu. 260.* *ibid.*
- A pœna, pœnitentiaque excusatur. *Ead. qu. 3. n. 261.* *ibid.*
- Testimonium præstare non cogitur. *Ead. qu. 3. n. 262.* *ibid.*
- Qui diuturnis horis personaliter adesse non potest, vel absens est, sanitas recuperandæ gratia, distributiones quotidianas percipit. *Ead. qu. 3. n. 263.* *ibid.*
- Etiam si propria culpa infirmitatem incidisset, si in sanitate saltem divinis horis consueverat. *Ead. qu. 3. n. 264. & 265.* *ibid.*
- An & quando à muneribus personalibus vel etiam realibus excusetur? *Ead. qu. 3. num. 266. & qu. 18. n. 8.* 44. & 176.
- Excusatur ab omnibus, quæ sanitati obesse, aut incommodè fieri possunt. *Ead. quæst. 3. n. 267.* 44.
- Romam ire pro absolutione obtinenda non cogitur. *Ead. quæst. 3. nu. 269.* *ibid.*
- Longa infirmitate gravatus, à Beneficio, Præbenda, vel Dignitate removendus non est, sed per coadjutorem serviet. *Ead. qu. 3. n. 270.* *ibid.*
- An velide cum medico contrahat? *Ead. qu. 3. n. 283.* 45.
- Ab arbitrando excusatur, etiam post arbitrandi munus susceptum. *Ead. qu. 3. num. 285.* *ibid.*
- Injuriarum remissionem faciens, an ad bonam valetudinem deveniens, actionem instaurare possit. *Ead. qu. 3. n. 288. & 289.* *ibid.*
- Et an donationem in infirmitate factam revocet convalescens? *Ead. quæst. 3. n. 289. remissive.* *ibid.*
- Qui propter adversam valetudinem, officii vacationem obtinuit, iisdem potitur privilegiis, ac si in eo existeret. *Ead. quæst. 3. n. 290.* *ibid.*
- Obtrepentes, vel maleantes à vicinitate expellere potest. *Ead. qu. 3. nu. 291.* *ibid.*
- Absens reputatur. *Quæst. 7. n. 12.* 62.
- Non nisi gravi, diuturnoque morbo fatigatus fori utitur privilegio. *Quæst. 11. n. 28.* 121.
- Ingratitudinem remissam per patrem adhuc filium incapacem remanere juri succedendi ait Molina. *Privil. 26. n. 6.* pag. 371.
- Ingratus miser est. *Quæst. 2. n. 21.* 14.
- Alia. *Vide Donatio.*
- Ingressus Monasterium. *Vide Monasterium, Religio, & Religiosus.*
- Incuria Medicorum sæpe inducit periculum mortis. *Privil. 87. n. 2.* 268.
- Iniquum quod est, non est faciendum. *Præ-lud. 10. n. 4.* 203.
- Injuria Clerico facta, Ecclesiæ, ipsique Deo optimo facta censetur. *Qu. 9. n. 4.* 99.
- Intelligitur. *Ead. qu. 9. n. 48.* 103.
- Et an sit sacrilegium ex natura rei, jure positivo secluso? *Ead. qu. 9. n. 48.* *ibid.*
- Nulla est in miseri vita, & an servo fiat? *Qu. 16. n. 12. 13. & 14.* 148. & 149.
- Sola dissimulatione remittitur. *Privil. 156. n. 3.* 322.
- Injuriarum actio, partium conventionem, aut dissimulationem extinguitur. *Quæst. 3. n. 288.* 45.
- Remissio ab infirmo facta. *Vide Infirmus.*
- Injustus miser est. *Qu. 2. n. 26.* 15.
- Innovatio non tollit jus vetus, & novum non confert. *Privil. 70. n. 5.* 255.
- Inops dicitur miserabilis. *Præ-lud. 8. n. 6.* 201.
- Inquisitio contra non infamatum non tenet, nisi pars non opponat. *Qu. 3. n. 84. & seq.* 31.
- Infamia est non agnoscere filios, quod distat à paterno affectu. *Proœm. n. 2.* 195.
- Insinuatio in Regno, an sit necessaria & usu recepta. *Privil. 66. n. 2. & 3.* 253.
- Favore miserabilium personarum piæ causæ, & Ecclesiæ non requiritur. *Id. privil. 66. n. 4.* *ibid.*
- Non requiritur in donatione facta pro dote. *Id. privil. 66. n. 5.* *ibid.*
- Tam si fiat à patre quam ab extraneo. *Id. privil. 66. n. 6.* *ibid.*
- Quod ampliat in argumento dotis. *Id. privil. 66. n. 7.* *ibid.*
- In donatione propter nuptias non requiritur. *Id. privil. 66. n. 8.* *ibid.*
- Instantia miserabilium favore perimitur, quia jure canonico non perit. *Proœm. n. 56.* 6.
- In civilibus durat triennio & in criminalibus biennio. *Privil. 76. n. 1.* 262.
- Datur etiam in causis summariis. *Id. privil. 76. n. 2.* *ibid.*
- Non perimit in causis miserabilium personarum. *Id. privil. 76. n. 3.* *ibid.*
- Non perit de jure Canonico. *Id. privil. 76. n. 5.* *ibid.*
- Institutio hæredis conjecturis induci non potest. *Privil. 122. n. 1.* 300.
- Limita. *Id. privil. 122. n. 3. & 5.* *ibid.*
- Hæredis est pars substantialis in testamento. *Privil. 7. n. 2.* 211. & 212.
- Institutus in usufructu, quando in totum fit hæres per jus accrescendi. *Id. privil. 7. nu. 18.* 212.
- Instrumenta de novo reperta sententiam latam non infirmant. *Qu. 8. n. 163.* 82.
- Quid in Ecclesia, fisco, Republica, & minore. *Ead. qu. 8. n. 164. 165. & 166.* *ibid.*
- Post conclusum in causa, reperta ab Ecclesia, Prælati etiam negligentia in eis perquirendis data, admittenda sunt. *Ead. qu. 8. n. 167.* 83.
- Pro aliis, nisi omnimoda adhibita diligentia admitti possunt. *Ead. qu. 8. n. 168.* *ibid.*
- Et quid pro miserabilibus? *Proœm. n. 35. 5.* Duobus



# Index Rerum. 441

Duobus eadem die confectis, miserabilium prius celebratum præsumitur. *Proam. num. 48.* pag. 6.  
 Ruralia pro nullo regulariter debito capi possunt, executionive subijci. *Quæst. 13. n. 36.* 132.  
 Et quid si alia debitoris bona non extent. *Ead. qu. 13. n. 37. 38. & 39.* *ibid.*  
 A vectigali sunt immunia. *Ead. qu. 13. n. 40.* *ibid.*  
 Furto subtrahens, qualiter olim puniretur? *Ead. qu. 13. n. 43.* *ibid.*  
 Quæ dicantur, quæque rusticorum appellatione contineantur, ut pignoratior, & executio in eis fieri nequeat? *Ead. qu. 13. n. 45.* *ibid.*  
 Post conclusum in causa favore miserabilium possunt produci. *Privil. 27. numer. 4.* 226.  
 Post conclusum in causa favore Ecclesiæ valeant produci. *Id. privil. 27. numer. 5.* *ibid.*  
 Noviter reperta quæ dicantur? *Privil. 28. n. 8.* 227.  
 Fuisse noviter reperta probatur juramento allegantis. *Id. privil. 28. n. 13.* *ibid.*  
 Contra se nemo edere tenetur. *privil. 12. n. 3.* 215.  
 Duo eadem die confecta, unum cum miserabili persona, alterum cum non miserabili præsumitur prius celebratum cum miserabili persona. *privil. 54. n. 1.* 244.  
 Duo confecta eadem die, unum cum fisco, alterum verò cum privato, est præsumendum prius confectum fuisse instrumentum fisci. *privil. 53. n. 3.* *ibid.*  
 Possunt produci post publicatas attestaciones usque ad conclusionem. *privil. 27. n. 1.* 226.  
 Sed non postea. *Id. privil. 27. n. 2.* *ibid.*  
 Quamvis in continenti producantur, *Id. privil. 27. n. 2.* *ibid.*  
 Confecta à Notario Apostolico in Regno non probant. 172. n. 1. 341.  
 Nec liquidari possunt. *Id. privil. 172. n. 3.* *ibid.*  
 Publica facere non possunt Notarii Apostolici. *Id. privil. 172. n. 2.* *ibid.*  
 Quod intellige ad profana non ad Ecclesiastica. *Id. privil. 172. n. 4.* *ibid.*  
 Instrumentum an, & quatenus probatum dicatur? *Quæst. 3. num. 184.* 37.  
 Falsum producens, & falsi poena, & causæ amissione plectitur. *Quæst. 8. nu. 395.* 94.  
 Ampliatur in pupillo, cujus tutor falsam scripturam producit. *Ead. qu. 8. num. 396.* *ibid.*  
 Et quid in Domino cujus Procurator falsa scriptura usus est? *Ead. qu. 8. num. 397.* *ibid.*  
 Ab Ecclesiæ administratore productum, Ecclesiæ non nocet. *Ead. qu. 8. num. 398.* *ibid.*  
 Nisi à Capitulo productum sit. *Ead. qu. 8. n. 399.* *ibid.*  
 In sui favorem illud producens, impugnare nequit, id ipsum. *Ead. qu. 8. num. 400.* *ibid.*  
 Ecclesia potest, *Ead. qu. 8. n. 401.* *ibid.*  
 Guarentigiarum continens debiti confessionem nulla expressa causa potest liquidari. *privil. 37. n. 8.* 378.  
*Jp. Mar. Novarii Tract. de Priv. Tom. II.*

Alia, *Vide Tenor instrumenti, Edere, & Arma.*  
 Intellectus Legum Civilis, Canonici, Regisque juris.  
*Ex Digesto veteri.*  
 Intellectus Legis *Venditor*, 49. *D. de re judic. Quæst. 3. n. 19.* pag. 23.  
 Legis *Julianus*, 14. *§. si quis à pupillo, & §. si quis colludente, D. de action. empr. Ead. quæst. 3. n. 152. & quæst. 5. num. 48.* 35. & 53.  
 Legis *Si communem*, 10. *D. quemadmod. servit. amitt. Quæst. 10. n. 22. 34. & 36.* 112. & 113.  
 Legis *Qui in carcerem*, 22. *D. de eo quod met. caus. Quæst. 11. n. 37. remissive.* 121.  
 Legis *Cum de in rem verso*, 6. *D. de usur. Quæst. 13. n. 67.* 135.  
 Legis *Habebat*, 13. *D. institutor. action. Quæst. 14. n. 19.* 139.  
 Legis 2. *De his qui sunt sui, vel alien. jur. Quæst. 16. n. 14.* 149.

### Ex Digesto novo.

Intellectus legis *Quod major*, *D. ad municip. Procem. n. 13. & qu. 10. n. 87. 4. & 115.*  
 Legis *Malum*, 242. *§. Viduam, D. de verbor. signific. Quæst. 6. n. 8. & seqq.* 58.  
 Legis *Labeo ait*, 15. *§. Prætor ait primo, & §. seq. D. de in jur. Quæst. 16. n. 13.* 149.  
 Legis 2. *§. 1. D. de vacat. mun. Quæst. 3. n. 195. & seq.* 38.

### Ex Codice.

Intellectus legis *Quoties*, 15. *C. de rei vindic. Quæst. 8. n. 448. & 449.* 96.  
 Legis *si infans*, 18. *C. de jure deliberand. Quæst. 3. n. 170.* 36.  
 Legis *fin. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. Quæst. 8. n. 8.* 69.  
 Legis *si defunctus*, 10. *C. arbitr. tutel. Ead. quæst. 8. n. 194. & seq.* 84.  
 Legis 1. *C. de donation. quæ sub mod. Ead. quæst. 8. n. 249.* 87.  
 Legis *Præsentis*, 5. *C. de his qui ad Eccles. confug. Ead. quæst. 8. n. 319.* 91.  
 Legis *Si quis in hoc genus*, 10. *C. de Episc. & Cleric. Quæst. 9. n. 16. & seqq. usque ad 82.* 100. 101. 102. 103. 104. & 105.  
 Legis *Ne cui*, 32. *C. de locat. Quæst. 8. n. 330. & 331. & quæst. 12.* 91. & 127.  
 Legis *Quisquis*, 5. *C. ad leg. Jul. Majest. Quæst. 9. n. 5.* 103.  
 Legis *unicæ, C. Si in communi eademque caus. in integr. restituit. postul. Quæst. 10. n. 1. & 36.* 113.  
 Legis *Præcipimus*, *§. eod. observando, C. de appellation. Ead. quæst. 10. n. 12.* 111.  
 Legis *fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Ead. qu. 10. n. 47.* 114.  
 Legis *Æde*, 3. *C. de locat. Quæst. 12. nu. 41.* 127.  
 Legis *Certi juris*, 5. *C. de locat. Quæst. 5. n. 58. & 59. qu. 12. n. 42. & qu. 13. n. 59.* 54. 127. & 134.  
 Legis *fin. C. eod. tit. Quæst. 13. n. 12.* 130.

### Ex libro decimo Codicis.

Intellectus Legis *Quoties*, 3. *C. de exact. trib. bus. Quæst. 8. n. 323.* 91.  
R 1 3      Legis

- Legis 2. *Quemadmod. civil. mun. & Legis Universos* 15. C. de Decurion. Ead. quæst. 8. nu. 322. pag. 91.  
*Ex libro duodecimo Codicis.*
- Intellectus Legis Fortissimi, 6. Legis Nulli, 7. C. de erogat. millit. annon. Quæst. 8. n. 426. & 427. 96.  
*Ex Authenticis.*
- Intellectus Authenticæ Qua in Provincia, C. ubi de crimin. agi oport. Quæst. 3. num. 23. 23.  
 Authenticæ Sed novo jure. C. de Episcop. & Cleric. Quæst. 9. n. 61. 104.  
 Authenticæ De Sanctissimis Episcopis, §. Si quis contra coll. 9. Ead. quæst. 9. num. 82. 105.  
 Authenticæ Omnes peregrinos, C. commun. de success. Quæst. 15. n. 31. 144.  
 Authenticæ Contra eum rogatus, C. ad S. C. Trebell. Quæst. 8. n. 294. 90.  
 Authenticæ Quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Quæst. 10. n. 48. 114.  
*Ex Decreto.*
- Intellectus Capitis Si quis Romipetas, 24. q. 3. Qu. 14. n. 14. 138.  
 Capitis Sacerdos, n. 1. q. 2. Quæst. 9. num. 29. 101.  
 Capitis Quod autem, 23. q. 7. Ead. quæst. 9. n. 29. *ibid.*  
 Capitis Si quis suadente, 17. q. 4. ad fin. paragraphi: qui autem ejusdem capituli. Ead. qu. 9. n. 53. & seqq. 104.  
*Ex Decretalibus.*
- Intellectus Capitis Inter Monasterium, 20. & Capitis Suborta sequenti, de sent. & re judic. Quæst. 8. n. 165. remissivè. 82.  
 Capitis Ex parte, de censib. Ead. qu. 8. n. 148. 81.  
 Capitis Per tuas, 9. de arbitr. Qu. 10. num. 37. & seqq. 113.  
 Capitis Quod in dubiis 3. De consecr. Eccles. Ead. qu. 10. n. 39. *ibid.*  
 Capitis Ad Apostolicam, 42. de Simon. Qu. 8. n. 322. 91.  
 Capitis Ecclesia Sancta Maria, 10. de consuet. remissivè. Ead. qu. 8. n. 4. 69.  
*Ex sexto Decretal.*
- Intellectus Capitis Felicitis, de pæn. Quæst. 9. n. 51. remissivè. 103.  
*Ex Partitis.*
- Intellectus Legis 57. tit. 6. part. 1. Quæst. 3. nu. 19. 22.  
 Legis 1. tit. 16. part. 2. Ead. quæst. 2. nu. 5. 9.  
 Legis 30. tit. 1. part. 6. Qu. 15. n. 31. 144.  
 Legis 3. tit. 19. part. 2. Qu. 18. n. 20. 176.  
*Ex Legibus Taurinis.*
- Intellectus Legis 55. Qu. 16. nu. 48. & seqq. 151.  
*Ex nova Regia collectione.*
- Intellectus Legis 4. tit. 1. lib. 3. Quæst. 9. n. 24. 25. & seqq. 101. & 106.  
 Legis 22. tit. 11. lib. 5. Quæst. 16. num. 47. 151.  
 Legis 1. tit. 1. lib. 6. Qu. 18. n. 20. 176.
- Interesse non habens, de eoque non docens, admitti in judicio non debet. Quæst. 3. n. 99. quæst. 8. num. 65. & quæst. 16. num. 106. 32. 75. & 154.  
 Pupillorum favore admittitur. Quæst. 3. nu. 100. 32.
- Et redemptionis, ac libertatis. Quæst. 16. num. 104. & 105. pag. 154.  
 Interpellatio requiritur ut debitor in mora constituatur. *priv.* 147. num. 1. 317.  
 Limita. *Id. privil.* 147. n. 3. 4. & 6. *ibid.*  
 Interpretatio latior fit in donationibus quam in dispositis in ultima voluntate. *priv.* 4. n. 7. 349.  
 Amplissima est facienda in legatis relictis pro exoneratione conscientie & pro malè ablati. *privil.* 12. n. 6. 357.  
 Ampla in testamentis contra hæredes fieri non debet. *Id. privil.* 12. n. 1. *ibid.*  
 Intrusus neque sibi, neque alii per intrusionem jus quærit. Quæst. 8. num. 263. 88.  
 Per intrusionem titulus, vel possessio quæ sita perditur. Ead. qu. 8. n. 264. *ibid.*  
 Invadens res alienas vel proprias apud alios existentes, quibus subjiciatur pœnis. Quæst. 10. num. 75. 115.  
 Inventarium non prodest hæredi nisi fiat infra nonaginta dies. *privil.* 29. n. 11. 228.  
 Infra quod tempus ab hærede confici debeat? qu. 3. n. 179. 37.  
 Tutoris cum judicis decreto faciendum. Ead. qu. 3. n. 181. *ibid.*  
 Et quid in inventario hæredis? Ead. qu. 3. num. 183. remissivè. *ibid.*  
 Ejus copia integra cohæredi petenti danda est. Ead. quæst. 3. n. 188. *ibid.*  
 Nisi cum pupillo litiganti. Ead. qu. 3. nu. 189. *ibid.*  
 Conficere omnes qui hæreditatem adeunt, debent. Quæst. 8. numer. 349. & quæst. 17. n. 221. 92. & 171.  
 Investitura intra annum & diem à vassallo petenda est. quæst. 17. nu. 109. 166.  
 A milite, intra annum & mensem. Ead. qu. 17. nu. 110. *ibid.*  
 Invidus miser est, nec fori privilegio gaudet. Quæst. 2. num. 18. & qu. 20. num. 13. 14. & 186.  
 Johannes Maria Novarius reprehenditur. *Proœm.* n. 12. & sequentibus. 4.  
 Ira furor brevis est. Quæst. 2. num. 16. 13.  
 Iracundus miser est, Ead. quæst. 2. n. 16. *ibid.*  
 Judæa noviter baptisata inter miserabiles personas reponitur. *Privil.* 95. nu. 7. 276.  
 Judex in miserabilium causis ex officio suo per inquisitionem procedit. *Proœm.* numer. 50. 6.  
 Et an hodie in cœteris quoque? Quæst. 3. n. 112. 32.  
 In arbitrando quem miserabilem, non in immensum extendere arbitrium suum debet, prout se humana misera conditio extendit; sed ad legis metam, intraque ejus terminos illud continere. Quæst. 2. numer. 8. 11.  
 In Syndicatu, ad Principis Tribunal trahi nequit. Quæst. 3. num. 76. 30.  
 Nemine petente, tutorem, & Advocatum pupillo dare potest. Ead. quæst. 3. numer. 97. 32.  
 Et fœminis. Ead. qu. 3. n. 236. 41.  
 Non nisi petitum officium suum impartiri debet. Ead. qu. 3. n. 98. & quæst. 8. num. 69. 32. & 75.  
 Sine accusatore contra quamvis inquirere, aut procedere non potest. Quæst. 3. num. 112. 32.  
 Pupilli favore potest. Ead. qu. 3. n. 113. *ibid.* An

- An in rerum minorum, & actionum alienatione, interponere decretum suum debeat, requiratur? *Ead. quest. 3. numer. 154.* pag. 35.
- Sine causæ cognitione ad rei pupilli venditionem interponere decretum suum non debet & peccat interponens. *Ead. quest. 3. nu. 155.* *ibid.*
- An ut pecunias pupillares in prædia, vel sœnus tutor convertat, illud interponere debeat? *Ead. qu. 3. n. 177.* 37.
- Morbo inutilis effectus, officio removetur. *Ead. qu. 3. n. 272.* 44.
- Infirmum durante, dum in officio existit, salarium percipit, & servire intelligitur. *Ead. quest. 3. n. 273.* *ibid.*
- Infirmus an alium suo loco subroget? *Ead. quest. 3. num. 277.* *ibid.*
- Et an delegatus? *Vide Delegatus.*
- Nemine petente procuratorem compellere potest ut mandatum ostendat. *Quest. 8. n. 64.* 75.
- Ecclesiâ defendere, in integrumque illi restitutionem dare ex officio potest. *Ead. quest. 8. n. 68.* *ibid.*
- Indebitè aliquem carcerari mandans in Syndicatu tenetur. *Quest. 11. nu. 72.* 123.
- Ex officio suo procedens, partem habet, quam delator habiturus erat, si Ecclesiæ utilitas in eo vertatur. *Qu. 8. n. 442.* 96.
- Aliiter non habet sed Camera. *Ead. qu. 8. n. 443.* *ibid.*
- Ecclesiasticus, in mixti fori criminibus compensens est, etiam inter laicos. *Quest. 9. n. 70.* 104.
- Dictionem suam vitii ac malefactoribus purgare debet. *Ead. qu. 9. n. 72.* *ibid.*
- Advocati officium, an & quando exercere possit? *Qu. 10. n. 105.* 116.
- Negotiari prohibetur. *Ead. qu. 10. n. 106. 108. & 111.* *ibid.*
- Etiam palam & bona fide. *Ead. qu. 10. n. 109.* 117.
- Et tam perpetui, quàm temporales, major, ac minor. *Ead. qu. 10. n. 107.* *ibid.*
- Visitare carceratos debet, eosque relaxare, & quibus diebus? *Qu. 11. num. 38. & 39.* 121.
- In tortura, ut senem arbitretur quem tenere modum debeat? *Qu. 18. n. 14. 174. & 175.*
- Ecclesiasticus nequit cognoscere inter laicos & è contra. *privil. 94. n. 1.* 275.
- Ecclesiasticus potest cognoscere de causis miserabilium personarum, etiam si sint laici. *Id. privil. 94. n. 4.* *ibid.*
- Declara ut hic docet Auth. *Id. privil. 94. n. 5.* *ibid.*
- Non potest se intromittere in causa, quæ principaliter competit alteri, nisi data negligentia iudicis competentis. *Id. privil. 94. nu. 6.* *ibid.*
